UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ra debet intelligi, quod solemnite
Authen. de nuptiis, & semisse, §. penult. in
fine vendicat. & in §. Item mixta est actio
Instit. de action. & hoc egregie dicit
cap. Vasallus feudum. Si de feud. fuerit con-
Ubicumque enim de feudis fit mentio
tione feudi, intelligitur culpa, & convi-
ciatio ordine, ut in cap. Quicumque adve-
pace teneend. & cum hac limitatione con-
Abb. dicto num. 21. Aut inter Dominum,
vasallum non est quæstio super jure, seu domi-
recto feudi spectante ad dominum, quia
lus non negat rem esse feudalem, sed solum
æstio super dominio utili, vel alio jure
tante ad vasallum, ut quia inter Dominum,
vasallum controvertitur utrum feudum sit
volutum, & vasallus debeat illud perdere,
ad retinere, seu habere; vel utrum debeat tri-
tum, vel aliud simile. Et tunc si Dominus ha-
t Pares Curiæ, hujusmodi quæstio coram il-
agi, ac terminari debet, ut dicto cap. Imperia-
§. Præterea inter duos, in secunda responsione, ac
in his, feud. alienat. & de investitura apud Pares
riæ terminanda. Et de milite vasallo, qui
tumax est, cap. 1. Et ita intelligas gloss. his
verb. Et nota super hoc, dum dicit in hoc casu, in
quo vertitur in dubium, an vasallus debeat feu-
dum habere, vel non, causam esse terminandam
per alios vasallos, scilicet per Pares Curiæ: nam
vasalli eiusdem Domini Pares Curiæ dicuntur,
d. §. Si inter duos, & dicuntur Pares à paritate
dorum, quia debent habere consimilia feu-
, secundum Innoc. hic num. 3. in fin. Holl. n. 10.
Abb. num. 14. vers. Qui autem dicantur Pares. Et
hic firmat idem Innoc. n. 1. dicens: (Si quæ-
feudi inter Dominum vertitur, & vasallum
tentem rem, ad quam agitur, esse feudalem,
ec ut de ea reddat tributum, vel aliud limi-
tam Paribus Curiæ agitur.) Et cum eo con-
nt Holl. n. 3. vers. Sed & Dominus, ubi fortè
Jo: Andr. n. 3. vers. Scripsit autem, Bellam.
§. 3. ad fin. vers. Circa quæstum, ubi etiam
uitur quomodo Pares Curiæ sint eligendi
Holl. n. 9. vers. Sed quæ intelligimus Pares,
num. titulo de feud. §. finali, vers. Pares, ce
jude.
in d. l. Imperialem, §. Præterea inter duos,
Pares Curiæ, & Abb. his num. 14. Si ve-
ius feudi Pares Curiæ non habeat, eli-
biri ad similitudinem Judicis suspe-
ffectialis, de appellat. cap. Si Clericus ad-
tentia
cap. 1. secundum Innoc. hic num. 3
tio spect.
n autem, & vasallus, quod v
num. 9. & Joan. Andr. n. 14.
imus est actor; secùs si vasall
am Ordinario Domini, ac secu-
est, si Dom
ed gloss. præallegat. hic.
neget. &
§. Præterea inter duos, ita secularis
vel
io rei in
ibus delicto,
mittitur ad
erit
Punitur pena mer-
Feudi Regalia
sufficie
coram Metropolitan
iudi
ad
ctor pretendat rem
ne fer
neget.
tione.

Itera-

BX1935
.F3
1676
v.3
c.1

1080044120

PROSPERI F
COMMENT
IN SECUNDUM
DECRETA

DE IVDICIIS.

1 DECERNIMUS. Laici negocia Ecclesiæ tractare non possunt. Bald. vel non debent. Butr. & Cardin. vel magis perfecte secundum Areginum: Laicus non intromittat se negociis ecclesiasticis, nec ejus judicio, nec præcepto debent Judices ecclesiastici justitiam ministrare. Hoc dicit: & sunt tres partes. Secunda ibi, *sed Episcopi*. Tertia ibi, *Hac propter*.

Pro intelligentia hujus textus vide quod scripsi in cap. *Cum contingit*, n. 29. *de arbitr.*

DE IVDICIIS.

Cap. Cæterum.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus paratus coram Domino respondere, coram alio super feudo convenire non debet.*

2 *Feudi causam inter vasallos cognoscit solus Dominus quantum potest, vel non negligit exhibere justitiam.* & n. 34.

3 *Vasallus coram Domino feudi conveniendus est.*

Declaratur primo sive feudum provenat ab Ecclesia, sive à laico. n. 5.

Declaratur secundò, si quæstio feudalis sit inter duos vasallos confitentes rem esse feudalem. num. 11.

Secùs si quæstio sit super dominio directo inter Dominum, & vasallum negantem feudum. n. 13.

Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.

secundum Host. *hic num.* 1. Abb. *num.* 21. & Bald. *num.* 6. limitat, nisi negaverit per ignorantiam, vel errorem juris, vel facti, quia tunc ei parcita debet intelligi, quod solemniter no- Anthen. *de tuen. & servaf.* §. *penult. in* l. *ered. vendicat.* & in §. *Item unica est actio* §. *Instit. de action.* & hoc egregie dicit cap. *Vasallos feudum. Si de feud. juris controv.* Ubicumque enim de feudis in mentione feudi, intelligitur culpa, & convi- ciario ordine, ut in cap. *Quæcumque adve- pace tenend.* & cum hac limitatione con- Abb. *dicto num.* 21. Aut inter Dominum, vasallum non est quæstio super jure, seu domi- directo feudi spectante ad dominum, quia hus non negat rem esse feudalem, sed solum quæstio super dominio utili, vel alio jure tante ad vasallum, ut quia inter Dominum, vasallum controvertitur utrum feudum ut solutum, & vasallus debeat illud perdere, ei retinere, seu habere; vel utrum debeat tributum, vel aliud simile. Et tunc si Dominus habet Pares Curiæ, hujusmodi quæstio coram illa agi, ac terminari debet, ut dicto cap. *Imperiam*, §. *Præterea si inter duos, in secunda responsio, de rebus feud. alienat.* & de investitura apud Pares Curiæ terminanda. Et de milite vasallo, qui ratum max est, cap. 1. Et ita intelligas gloss. *hic vers. Et nota super hoc*, dum dicit in hoc casu, in quo vertitur in dubium, an vasallus debeat feudum habere, vel non, causam esse terminandam per alios vasallos, scilicet per Pares Curiæ: nam vasalli ejusdem Domini Pares Curiæ dicuntur, d. §. *Si inter duos*, & dicuntur Pares à paritate bonorum, quia debent habere consimilia feu- secundum Innoc. *hic num.* 3. *in fin.* Host. *n.* 10. Abb. *num.* 14. *vers. Qui autem dicuntur Pares.* Et hic firmat idem Innoc. *n.* 1. dicens: (Si quæ- feudi inter Dominum vertitur, & vasallum litentem rem, ad quem magistrum, esse feudalem, et ut de ea reddat tributum, vel aliud simile- tam Paribus Curiæ agitur.) Et cum eo con- cit Host. *n.* 3. *vers. Sed & Dom. non, per si ri-* Jo: Andr. *n.* 3. *vers. Scilicet autem, Bellom.* 3. *ad fin. vers. Circa quintum*, ubi etiam ditur quomodo Pares Curiæ sint eligen- Host. *n.* 9. *vers. Sed quæritur intelligitur Pares, num. tertio de feud.* §. *finali, vers. Pares*, &c in d. *Imperiam*, §. *Præterea si inter duos,* Pares Curiæ, & Abb. *hic num.* 14. Si ve- ius feudi Pares Curiæ non habeat, eli- bitri ad similitudinem Judicis suspe- *officiali, de appellat.* cap. *Si Clericus ad- nast.* 1. secundum Innoc. *hic num.* 3 *ut autem*, & vasallus, quod *num.* 9. & Joan. Andr. *n.* 9. Va- nus est actor; secùs si vasal- am Ordinario Domini, *sacu- sed* gloss. præallegatur. *ereà inter duos, sæculari* io rei in *Ecclesiæ delicta, ertiore* S. *mitur pœna mor* coram Metropolitan *ctor prætendatem* *feu. abstitu.* neget.

Itera-

quia Dominus habet jurisdictionem ordinariam in vasallos in effectu causæ concernentis feudum, cùm ei [illegible]atur à lege, ut cap. *Imperialem*, §. *Præterea inter duos, de prohibit. feud. alien.* per Frider. *in ipso feudorum*, & *hic*, & in cap. *Verum*, ubi Abb. *num.* 5. *infrà de foro competen.* Lex autem confert jurisdictionem ordinariam, ut notat Innoc. in cap. *Cùm ab Ecclesiarum, num.* 3. *vers. Et quia lex supra de offic. Ordin.* secundùm Abb: *hic in 1. num.* Felin. & Aretin. *in princ.* inferentes ex hoc ad prorogationem jurisdictionis feudalis de persona ad personam.

5 Declara primò hanc regulam, ut locum habeat, sive feudum proveniat ab Ecclesia, sive à laico, ut hic per Hostiens. *num.* 10. *circa finem in ver. Prohibemus* Joann. Andr: *num.* 2. *in ver. Ecclesia sua.* Bald: *eodem num.* Abb: Felinus, & Alex. de Nævo *in summario text.* & per eundem Abbatemin dicto cap. *Verum, num.* 12. Unde si duo vasalli Archiepiscopi Bononiensis litigarent ratione rerum existentium in Diœceli Mutinensi, & unus eorum alterum impeteret coram Mutinensi Episcopo, licèt alias forus ipsius Episcopi esset competens ratione rei sitæ, tamen in causa feudali ipse non cogetur respondere, nisi coram Episcopo Bononien: Domino feudi: &

6 ita hic formatum fuit Bald: *num.* 1. *vers. Casus*, & è converso si Clericus habeat feudum à Principe sæculari, licèt in aliis causis conveniri non possit nisi coram Ordinario ecclesiastico, ut c. *Si quis cum Clerico, 11. quæst.* 1. & cap. *Cùm sit generale, infrà de foro competen.* tamen in quæstione feudali tenebitur respondere coram Domino feudi, ut sunt in clara in cap. *Verum*, & in cap. *Ex*

7 *transmissa, eodem tit.*, & utrobique tradunt unanimiter Doctores, & Innoc. in cap. *Ex parte, 8. num.* 3. *eodem tit.* nam hoc casu Dominus feudi etiam laicus elicitur judex ordinarius Clerici. Mar: Socin. in dicto cap. *Ex transmissa, in* 5. *limit.* Felin. in dicto cap. *Verum, num.* 3. *vers. Et tenent modern.* Curtius junior, *in tract. de feud. in* 7. *part. seg. à num. quæst.* Jacobin. *eodem tract: in ver. Et dicto vasallus num.* 3. ex communi, Clar. §. *Feudum,*

8 *quæst.* 90. *num.* 8. & idem juris est si Ecclesia sit feudataria: nam & ipsa erit conveniendà coram judice seu Domino feudi, Baldus in l. *Sed si hæc, §. Si verò, in fin. ff. de in jus vocan.* Parisi. de Put. *in tract. de investit. feud. c.* 198. *num.* 3. Felin. in cap. *Ecclesia S. Mariæ, num.* 6. *circa medium, de Constitut.* Bellet. super Constitutionem *Si quis Clericis, num. ver. 66. de Clerici. conveniendi. lib.* 1. Curtius *in tract. de feud. par.* 1. *in* 2. *quæst. princ. num.* 5. Idem apud Carol. de Grass. *d. effect.* 1. *num.* 713. & quod dixi, coram Domino feudi, intelligi, vel coram ipsomet Domino in capite, vel coram Paribus Curiæ, vel coram Arbitris: nam inter hos sunt judices feudales in causa principali, ubi libet tamen in suo casu, ut hic per Baldum [illegible] & patebit in sequenti declaratione, [illegible] à appellationis non revertitur jurisdictio [illegible] ad illos, sed appellatur ad eum, ad quem [illegible] retro à sententia judicis ordinarii secundùm Baldum *hic dicto n.* 1. post Innoc. *eodem num.* [illegible] *Hic facito*, ubi quòd si Pares Curiæ Ecclesiam gravarent, posset Ecclesia appellare ad proximum superiorem, vel ad Papam, ut cap. *Si quis nolunt, 2. quæst.* 6. & c. *Romana* §. *Debet. de appellatio.* 6.

De.

11 Declara secundò, propositam regulam dummodò quæstio feudalis sit inter duos vasallos, quia scilicet uterque se asserit vasallum, nec revocatur in dubium quominus res sit feudalis, sed solùm controvertitur quis eorum sit potior in feudo; tunc enim quæstio agitari, & terminari debet coram Domino feudi, ut cap. *Imperialem, §. Præterea si inter duos, de prohibit. feud. alienat.* per Frider. ubi ad litteram dicitur: Si inter duos vasallos de feudo sit controversia, Domini sit cognitio, & per eum controversia terminetur, & hic notatur glos. *post medium, vers. Si verò inter duos vasallos*, Innocent. *num.* 2. *vers. Si verò ut 2 duos vasallos.* Holt: *num.* 8. *vers. Si ergo inter duos vasallos*,

12 Bald. *num.* 14. Etiam si Dominus sit talis, ut alias jurisdictionem non habeat, ut notat Vincentius in cap. *Novit, infra eodem* Joann. Andr. *hic num.* 3. *vers. Etiam si talium*, Bald. *num.* 2. *vers. Secundò oppono*, & Bellamer. *num.* 3. *col.* 2. *ad finem, vers. In quarto casu.* Et ita intelligas hoc cap. secundùm Bertrandum, Bald: & Abb: in figuratione casus, Butr. & Aretin. *in Summa et textu*, & nullus dis-

13 crepat. Verùm si quæstio feudalis sit inter Dominum, & vasallum; tunc distinguitur secundùm Bellam. *hic n.* 4. *col.* 3. *ad fin. vers. Circa quintum casum*: Nam aut est dubium, seu quæstio de jure, seu dominio directo ad Dominum spectante, ut quia Actor asserit se Dominum feudi, & reus negat dicens rem esse allodialem; & tunc coram loci Ordinario est agendum: non autem coram illo, qui dicit se Dominum, quia aliàs esset judex in causa propria, quod fieri non debet, ut l. *Veteres C. Ne quis in sua causa*: nec quæstio agitari debet hoc casu coram Paribus Curiæ, quia qui negat Dominum, negat & Pares. Facit textus in l. *Qui jurisdictioni, ff. de jurisdictione omn. Iudic.* & quia negato dominio, causa desinit esse feudalis, nec deinde esse in potestate Domini alterius subditum suæ jurisdictioni subigere: &

14 eo ipso quod reus conventus negat rem esse feudalem, hæc quæstio tanquam præjudicialis prius terminanda est coram loci Ordinario, argum. c. *Tuam, infrà de Ordin. cognit.* & §. *Præjudicialis, testitur de action.* qui si cognoverit rem esse feudalem, causam remittet ad Dominum feudi. Et ita in hoc primo membro determinat Innoc. *hic num.* 1. *circa finem, vers. Et eadem modo*, Hostiens. *in princ. & n.* 6. *vers. Aliè tamen dicunt*, Joan. Andr. *num.* 2. & 4. *vers. Nam primum*, Bellam.

15 *num.* 4. *col.* 4. *post medium, vers. In secundo casu*, & *paulò supra*, ubi ait certum esse, quòd si de feudo regali esset quæstio cum Episcopo, & tertio, Rex esset judex competens: Sed si esset quæstio inter Regem, & Episcopum, & Episcopus negaret rem esse feudalem, Rex actor conveniret Episcopum coram Metropolitano, Butr. *num* 9. *col.* 3. *in fin. vers. Potest secundò esse dubium*, Abb. *num.* 20. *circa fin. vers. Aut negatur*, & alii communiter, Goffredus in *Summa tit. de foro compet. vers. Et nota*, Holt. *in Summa tit. de feud.* §. *fin. vers. Et tamen Goffredus*, Angel: in l. 1. *in fin. C. Si à non compet. Iudic.* Bero. *cons.* 82. *num.* 1, & 2. *lib.* 1.

Adverte tamen, quia negans feudum, si con-

16 vincatur, eo ipso cadit à jure feudi, arg. cap. *Quo jure, §. desin.* l. *final. ff. de rei vendicat.* secundùm Innoc. *hic in fin. vers. Et hoc ipso*, & est expressum in cap. *Si vasallus seu [illegible] in tit. Si feudum controversum fuerit*, & in cap. *Si [illegible] feud.*

17 Contrà *in ipso feud.* secundùm Holt. *hic num.* 1. Joan: Andr: *num.* 2. Abb. *num.* 21. & Bald. *num.* 6. qui limitat, nisi negaverit per ignorantiam, vel per errorem juris, vel facti, quia tunc ei parcitur. Et ita debet intelligi, quod solemniter notatur in Authen. *de nuptiis, & semisse*, §. *penult. in l. final. ff. de rei vendicat.* & in §. *Item mota est actio contra eos, Instit. de action.* & hoc egregie dicit text. in cap. *Vasallus feudum. Si de feud. fuerit controvers.* Ubicunque enim de feudis fit mentio de amissione feudi, intelligitur culpa, & convicto judiciario ordine, ut in cap. *Quicunque advo-*

18 *catur, de pace tenend.* & cum hac limitatione concordat Abb. *dicto num.* 21. Aut inter Dominum, & vasallum non est quæstio super jure, seu dominio directo feudi spectante ad dominum, quia vasallus non negat rem esse feudalem, sed solùm est quæstio super dominio utili, vel alio jure spectante ad vasallum, ut quia inter Dominum, & vasallum controvertitur utrum feudum ut devolutum, & vasallus debeat illud perdere, vel retinere, seu habere; vel utrum debeat tributum, vel aliud simile. Et tunc si Dominus habet Pares Curiæ, hujusmodi quæstio coram illis agi, ac terminari debet, ut dicto cap. *Imperialem, §. Præterea si inter duos, in secundo responso, de prohibit. feud. alienat.* & de investitura apud Pares Curiæ terminanda. Et de milite vasallo, qui

18 contumax est, cap. 1. Et ita intelligas glos. *hic vers. Et nota super hoc*, dum dicit in hoc casu, in quo vertitur in dubium, an vasallus debeat feudum habere, vel non, causam esse terminandam per alios vasallos, scilicet per Pares Curiæ: nam vasalli ejusdem Domini Pares Curiæ dicuntur, ut d. §. *Si inter duos*, & dicuntur Pares à paritate feudorum, quia debent habere consimilia feuda, secundùm Innoc. *hic num.* 3. *in fin.* Holt. *n.* 10.

20 & Abb. *num.* 14. *vers. Qui autem dicuntur Pares.* Et ita hic firmat idem Innoc. *n.* 1. dicens: (Si quæstio feudi inter Dominum vertitur, & vasallum confitentem rem, ad quam agitur, esse feudalem, scilicet ut de ea reddat tributum, vel aliud simile, coram Paribus Curiæ agitur.) Et cum eo concordant Holt. *n.* 3. *vers. Sed & Dom. nunquid scripsit hic*, Jo: Andr. *n.* 3. *vers. Scripsit autem*, Bellam.

21 *n.* 4. *col.* 3. *ad fin. vers. Circa quintum*, ubi etiam prosequitur quomodo Pares Curiæ fiunt eligendi: post Holt: *n.* 9. *vers. Sed quæ intelligimus Pares*, & in *Summa titulo de feud.* §. *finali, vers. Pares*, de quo glosin d. l. *Imperialem, §. Præterea si inter duos, in ver. Per Pares Curiæ*, & Abb. *hic num.* 14. Si ve-

22 rò Dominus feudi Pares Curiæ non habeat, eligentur Arbitri ad similitudinem Judicis suspecti, cap. *Cùm specialis, de appellat.* cap. *Si Clericus adversus, 11. quæst.* 1. secundùm Innoc. *hic num.* 3 *vers. Dominus autem*, & *vasallus*, quod [illegible] putant Holt. *num.* 9. & Joan: Andr. [illegible] quando Dominus est actor, secùs si vasallus: tunc aget coram Ordinario Domini, [illegible] *Clericus, 11. quæst.* 1. Sed glos. præallegatur, de Belvis. in d. §. *Præterea inter duos*, [illegible] secularis dum coram Ordinario rei in [illegible] dicitur, opinionem dicit esse veri[illegible] [illegible] *vers. Quid autem si non su[illegible]* quo modus à lege induct[illegible] debet res, & jurisdi[illegible] delictis, [illegible] iterationes.

23 suam; Et quia hæc jurisdictio tanquam super indulta, & præjudicans jurisdictioni ordinariæ videtur esse restringenda, in in Clem. *fin. de offic. ordinar.* in glos. *penult.* Idem firmat Aretin. *hic n.28.* dicens ita tenere communiter Doctores, & hanc quæstionem determinari per textum, quem ipse solus ponderat, in c. *1. in medium.* Si de in vestit. *feud. contr. inter Dom. & Vasall.* Facit text. in cap. *1. circa med. de controvers. feud. apud Pares terminan.* ubi textus dicit, quod inter Dominum, & vasallos cognoscunt Pares. si Pares habeat. Ergo si Pares non habeat, quæstio remittitur ad dispositionem juris communis, ut per eum.

24 Declara tertiò, superadditam regulam nisi inter Dominum, & vasallum, vel inter vasallos agatur personali actione, quæ non sit de jure feudali, inter contra rem feudalem agatur, puta pignoratoria, vel depositi, vel alia communi, quia tunc non coram Domino feudi, sed coram Ordinario rei semper est agendum, secundum Imol. *n.2. vers. Et idem dico, & num.4.* Hostiens. *num.10. vers. Quæsito ante Dominum, & vasallum.*

25 Declara quartò, nisi quæstio sit inter vasallum, & alium non vasallum actorem, quia tunc Dominus non cognoscit, nec sit judex in sua causa sed Ordinarius vasalli, ut hic, & in d. cap. *Imperatorem 8. penult. de probatio. feud. Alienat.* cap. *Ex transmissa 4.* & cap. *Verum, infra de foro compet.* glos. *hic in fin. vers. Si vero inter vasallos,* Innoc. *num.2. circa medium vers. Alii tamen dicunt.* Hosti. *num.9. vers. Et idem est si non vasallus a vasallo, & num.6. vers. Alii tamen dicunt.* Joan. Andr. *n.3. ad 2. in fin. vers. Alii dicunt.* Bellam. *num.1. & vers. Circa septimum in secundo membro,* ibi, *Aut aliter eorum negetur* & probatur in cap. *Ubi in etc. de controvers. inter vasall. & aliam col. 10. in usibus feudor.*

26 Declara quintò, ut locum habeat si agatur judicio petitorio, secus si possessorio, quia tunc sive sit quæstio inter Dominum, & vasallum, sive inter duos vasallos; sive inter vasallum, & non vasallum indistinctè cognoscit Ordinarius rei, non autem Dominus feudi, in cap. *Ex parte, infra de foro compet.* nam exceptio illa, quod Regina esset feudataria, & ideo agendum esset coram Domino feudi, locum habet in petitorio tantum, ut ibi dicitur circa finem in vers. *Non obstantibus exceptionibus actor;* quæ in petitorio potest, quam in possessorio, *&c.* & ibi notat glos. ult. sed si agatur judicio possessorio, tunc cognitio non spectat ad Dominum feudi, sed ad Ordinarium, glos. *hic ante medium, vers. Sed in judicio possessorio* Hosti. *in fin.* Bald. *ante num.1. vers. Et quia causa feudi, & num.2. vers. Tertio oppone,* ratio est, quia quæstio possessoria non est feudalis. Facit ad hoc Clem. *final. de judic.* nam quæstio nudæ possessionis est quæstio facti, & non iuris, unde agit substantiam feudi, sed quamdam fidem, & materialem possessionem, quæ [illegible] jus Domini, ut inquit Bald. *hic d.n.2. vers. Ex quo nota talem conclusionem.* [illegible] di est in rem; causa possessionis [illegible] ut idem ait ante *num.1.* Facit [illegible] §. *Nihil commune, ff. de acquirend. hæred. de feud. part.7.n.23,* [illegible] ille communem opinio- [illegible] Grass. *de effect. Cleric.*

28 Pro concordia sic potest distingui; nam aut ratione possessionis propter dominum, vel injuriam illatam in sua possessione vasallus agit ad injuriam, vel ad pœnam, vel ad interesse simpliciter, vel pro possessione, qua est spoliatus, vult agere criminaliter; ex tunc cognoscit judex Ordinarius, & non feudi, quia hic non vertitur quæstio feudi. Aut igitur possessorio, cujus victoria adminiculatur proprietati, vehitur si petomihi possessionem ablatam restitui, vel si peto te privari jure, quia propria auctoritate occupasti rem à me possessam, vel si ago interdicto *uti possidetis*, petens pronunciari me esse possessorem, (hinc enim paratur magnum commodum judicio proprietatis, ut in §. *Commodum, Institut. de interdict.* & l. *Sicuti, §. Si dominus, ff. Si servitus vindicet.*) & in his casibus cognitio pertinet ad Dominum, quia negari non potest, quin ista quæstio sit de pertinentibus ad causam proprietatis, Bald. in §. *Inter Pares, num.2. de leg.* Conrad. *in usibus feudor.* quem sequitur, & plurimus confirmat Aretin. *hic n.25. vers. Baldus autem dicens hæc esse veritatem.*

29 Declara sextò, eamdem regulam ut respectu Clericorum habeat locum si causa feudalis sit mere civilis; secus verò si contra Clericum vasallum agatur ad amissionem feudi criminaliter, vel civiliter propter crimen, quia tunc non potest de hoc cognoscere Dominus feudi, sed remittenda est cognitio ad Prælatum ipsius Clerici, ut reo judicium ut paternum. Ita Innocent. in cap. *Verum, num.2. ad fin. vers. Licet dixerimus, infra de foro compet.* & ratio est secundum eum *num.3.* quia de crimine Clericum non directè, nec incidenter potest laicus cognoscere, sicut nec de legitimitate, argum. cap. *Ex transmissa, eodem tit.* & est simile in cap. *Tuam, infra de Ordin. cognit.* cap. *Latores, Qui filii sint legit.* cap. *Postulasti, de foro compet.* & cum Innocent. concordant in dicto cap. *Verum,* Hostiens. *num.2. in fin. vers. Licet autem.* Joann. Andr. *num.4.* Bellam. *num.7. in 5. quæst.* Butr. *num.11. col.4. post med. num. vers. Si autem causa esset extra natu,* Imola *num.6.* Abb. *num.17. vers. Ut procedunt hic,* Alex. de Nævo, *num.15. & 16.* & reliqui omnes, Marian. Socin. in cap. *Ex transmissa, num.32. vers. Hæc tamen conclusio, de foro compet.* Paris de Put. *in tract. de reintegrat. feud. cap.198. num.4. & 10.* Autor. *in tract. de potestate judic. Ecles. paper person. Ecclesiast. reg.20.n.2.*

31 Declara septimò, ut non procedat in vasallo Clerico spoliato, quia non cognoscit Dominus feudi, sed statim spoliator per judicem Ecclesiasticum est cogendus restituere Clerico quod rapuit, nam violentus est sacrilegus, quod crimen ecclesiasticum est. cap. *Ita canonicus, 16. q.1.* & patet in c. *Conquestus, infra de foro compet.* etiam si sic dubitari de spoliatione, quia nihilominus cognoscit Ecclesia, arg. c. *De peccatis, 23. q.5.* & c. *Relatum, ubi de hoc, de jurepatr.* Secundum Innoc. *hic n.1. vers. Si autem fuerit Clericus spoliatus* Hostiens. *num.4. & 5.* & Joann. Andr. *n.5. eodem vers.*

34 Declara ultimò, propositam regulam dummodo vasallus coram Domino feudi possit justitiam consequi, alias enim Ordinarius rei erit adeundus, ut hic patet in vers. *Quandiu parati fuerint;* & notant glos. *in prim.* Abb. Aretin. & sequa-

quaces, in *Summar. text.* & idem Abb. *num.12.* Quamobrem si Dominus malitiosè differat procedere, tunc coram Ordinario agetur, Innoc. *hic in fin.* nam ut inquit Bald. *num.2.* jurisdictionem à se executit, quæ eum deneget exhibere. Et idem est si Dominus feudi sit negligens, quia Ecclesia justitiam facit, c. *Ex transmissa,* c. *Licet,* & c. *Ex tenore, infra, de foro compet.* Host. *hic num.11.* Bald. d. *num.2. vers. Cum edo,* quod propter negligentiam redit jurisdictio ad Ordinarium, Imola *n.4.* & Abb. d. *n.12.*

DE IVDICIIS.

Cap. Cum non ab homine.

SVMMARIVM.

1 CLericus depositus incorrigibilis per curiam secularem comprimitur. & num. 35. & 29.

2 Ecclesia optat hominis salutem, & non interitum; Ideo gradatim emendando procedit, & non fulminat degradando.

3 Rex est secularis persona.

4 Responsio debet congruere interrogationi. & n.92

5 Alternativa quando ponitur inter genus, & speciem stat restrictivè, & exponitur pro id est.

6 Quando statuit plura circa idem factum, punitur pro commissis.

7 Laicus quantacumque, & qualicunque fulgeant dignitate, non licet clericos judicare.

8 Dignitas nulla secularis Sacerdotio adæquatur.

9 Rex non ungitur chrismate in capite, sed ceo delinatur in brachio sive humero, vel in armo.

10 Episcopus chrismate consecratur in capite.

11 Clerici autem primæ Tonsuræ non possunt à secularis potestate judicari.

12 Familia Episcopi gaudet privilegio fori.

13 Clericus etiam minorum Ordinum ratione delicti est deponendus.

14 Clericus pro furto, homicidio, vel perjurio deponi potest.

15 Depositus etiam pro crimine irregularitatem inducente non perdit ipso jure privilegium fori.

16 Degradatus actualiter est ipso facto nudatus omni privilegio Ecclesiastico, nec requiritur actualis traditio curiæ secularis. & n.90. & 91.

17 Irregularis ex homicidio non est depositus ipso jure, sed deponendus.

18 Deprehensus in fragranti crimine non potest statim condemnari, nisi etiam sit convictus, vel confessus.

19 Si tamen factum sit notorium, statim condemnari potest.

20 Clericus in crimine deprehensus non potest extra à curia secularis, nisi auctoritate prælatorum.

21 Excommunicatio, & Anathema an, & in quo differant. & num.13.

22 Excommunicationis verbo maior excommunicatio intelligitur.

23 Depositio includit in se suspensionem.

24 Anathematis solemnitates quæ sint?

25 Clericus depositus, & incorrigibilis statim efficiatur de foro seculari ante actuales degradationem, & traditionem. & n. seq.

Et quid si notoriè constet de incorrigibilitate. n.27.

26 Clericus etiam non depositus, qui certò monitus ingerit se enormitatibus, perdit ipso jure privilegium clericale.

28 Incorrigibilis an sit clericus, cognosci debet per judicem Ecclesiasticum.

29 Clericus depositus, & incorrigibilis ita demum comprimendus est per curiam secularem, si Ecclesia de facto non habeat ultra quid faciat. & n.97.

Et qui dicatur incorrigibilis, ibidem, & num.33. & 34. & 96.

30 Pœna canonica quæ sint.

31 Exilii pœna est canonica.

32 Brachio secularis auxilium Ecclesia potest implorare, & judex laicus illud præstare tenetur.

34 Clericus incorrigibilis ut tradi possit curiæ seculari, qui gradus sint servandi, quando pœna incipit à crimine.

35 Et quidsi pœna incipiat à contumacia.

36 Clericus ob pro crimine atrocissimo vel pro pluribus criminibus depositione agnis statim jure degradandus, & tradendus curiæ seculari, licet non sit incorrigibilis. & nu. seqq. usque in fin.

37 Referantur Auctores, & fundamenta opinionis affirmativæ. & n.38. & seqq. usque ad n.65.

Item Auctores, & fundamenta opinionis negativæ. a num.65. usque ad n.104.

Item Auctores hoc relinquentes arbitrio Judicis. num.104.

Et consulto Romano Pontifice. num.105.

38 Intellectus cap. 1. de homicidio. & n. seqq. usque ad num.47.

39 Moriatur verbum in dubio intelligitur de morte naturali, & non de civili.

40 Leg. vel Canon habens plures intellectus allegari non potest ad decisionem causarum.

41 Homicida proditorum non gaudet immunitate Ecclesiastica.

42 Depositio habetur instar mortis.

43 Moriatur verbum ad Ecclesiam relatum non intelligitur de morte corporali, sed de spirituali.

44 Mors duplex.

45 Gladius spiritualis Ecclesiæ non est ad mortem, sed ad medelam.

46 Ecclesia tradendo Clericum judici seculari debet efficaciter intercedere, ut circa mortem sententia moderetur.

47 Intellectus cap. Novimus. de verb. significat.

48 Degradatio Clerici, & traditio curiæ secularis fit pro quibus flagitiis damnabilis, & damnosis. & num. seq.

Declaratur. num.50.

49 Aliud actio est repetitiva similium. & n. seq.

52 Delicti ob frequentiam severius aliquid statuitur.

53 Lex penalis, & exorbitans non extenditur ex identitate, vel maioritate rationis. & n.81. & 82.

54 Lex tribuens potestatem laico super juribus, & personis Ecclesiasticis, etiam ex maioritate rationis non extenditur. & num.82.

55 Flagitia quædam sunt, quæ potius per judices seculares, quam per Ecclesiasticos vindicantur.

56 Degradationis pœna, & traditio curiæ secularis secundum Canones succedit in omnibus delictis, pro quibus secundum leges imponitur pœna mortis naturalis.

Contrarium. num.62.

57 Pœna debent commensurari delicto.

58 Et augentur ex delicti iteratione.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

59 Iteratio peccati transit in consuetudinem peccandi.
60 Carcere perpetui pœna proportionatur pœnæ mortis naturalis.
61 Pœna mitior est statim mori, quam diu affligi, & salutem non speraré.
63 Adulterii pœna secundùm leges in laico est mors naturalis; secundum canones in clerico est depositio, & detrusio in monasterium.
64 Raptus pœna quæ sit secundùm Leges, & Canones.
66 Clericorum exemptio à seculari potestate contantum Canonibus sanctionibus, sed etiam divina ordinatione fuit constituta. & num. 79.
67 Et Papa solus potest huiusmodi exemptionem limitare, seu declarare.
68 Degradationis pœna imponitur tamen in casibus in jure expressis. num. 79. id est.
69 Hæresis.
70 Falsificationis litterarum Apostolicarum.
71 Conspirationis in proprium Episcopum.
Incorrigibilitatis. n. 75.
Virtus nefandi. n. 76.
Missarum celebrationis, & audicionis Confessionis à non ordinato in Presbyterum. n. 77.
Falsificationis monetæ. n.
72 Assassinus absque ulla depositione vel sententia statim relinquitur curiæ seculari.
73 Nec requiritur solemnis degradatio.
74 Requiritur tamen declaratio judicis Ecclesiastici.
80 Exceptio hanc excludit casus sundet.
81 Ratio vbi est eadem, non dicitur extensio sed comprehensio.
82 Falli.
83 Degradatio non fit extra casus in jure expressos, etiam existente ratione, vel maioritate rationis, etiam nec lex civilis imponit aliquam pœnam ex sevissimis. & n. 90.
84 Monetam Principis falsantes de jure civili igne comburantur.
85 In Gallia in aqua ferventi suffocantur.
86 Arrosiores, & sortilegi de jure canonico deponuntur, & detruduntur in monasterium.
87 Et quid in laico de jure civili.
88 Rebellantes Sedi Apostolicæ non tradantur curiæ seculari, nisi sequutæ incorrigibilitate.
89 Nefandi criminis rei secundùm Canones deponantur, & in monasterium detrudantur.
90 Degradandus non excutitur privilegio fori antequam ab Episcopo fuerit actualiter degradatus, & traditus curiæ seculari. & n. 102.
91 Traditio curiæ seculari quomodò fieri intelligatur.
93 Quæcunque, dictis facit venire matera expressa non obstante verbo, alia.
94 Furtum cum sacrilegio non punitur pœna degradationis.
95 Homicidia, vel furta iterata non sufficiunt ad tradendum Clericum curiæ seculari non data incorrigibilitate. & num. seqq.
96 Incorrigibilis quid dicatur.
98 Clericus incorrigibilis non est tradendus curiæ seculari, nisi prius Ecclesia sit experta omnes modos correctionis.
99 Duæ vbi copulativè requiruntur, non sufficit alterum adimpleri.
100 Intellectus cap. Tuæ, de pœnis.
101 Latrocinium est delictum gravius, quàm furtum.
103 Intellectus cap. Ut clamæ, de sent. excommunicationis.
106 Sacerdos Regularis apostata, qui decem furta qualificata commisit, ex voto Congregationis à Sanctissimo deputatæ ad triremes in perpetuum transmissus fuit.

1 CUM NON AB HOMINE. Clericus depositus incorrigibilis per curiam sæcularem comprimitur. Hoc dicit Abb. Antiq. Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardin. Anchar. Imol. & Joan. de Anan, sed communis hæc summatio non placet Abbati Siculo, quia videtur contra text. unde ipse summat sic: Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus est, & successivè anathematizandus, & si sic non respuerit, per judicem sæcularem comprimendus est. Hoc dicit: & concordat Barbat. Felin. Aretin. & Hypolit. Riminald. Sed dici potest Joan. Andr. & Sequaces habuisse bonum intellectum; dum enim dixerunt incorrigibilem esse comprimendum per curiam sæcularem, intellexerunt de incorrigibili secundùm gradus hic præscriptos, & sic non statim post depositionem, sed post excommunicationem, & anathema, ut
2 fusius patebit infra in ultimo notab. Itaque Ecclesia optat hominis salutem, & non interitum; & ideo gradatim emendando procedit, & non fulminat degradando; & hoc secundum Bald. intendit illa Decretalis communis divisio ibi, *Consultationi.*
3 Nota primò ibi, *Regi, vel alicui seculari personæ*, argumentum quod Rex non dicitur sæcularis persona, ut videtur innuere particula disjunctiva, *vel*, ad text. in cap. *Inter cæteras, suprà rescript.* in l. *Peritulus, §. Argentus, ff. de aur. & arg. legat.* & in l. *Cùm quidam, in princ. C. de verb. significat.* & pro hoc facit, quia Rex iungitur, cap. *nuncio, §. Vnde in veteri, suprà de Sacram. Vnct.* Oppositum tamen firmant hic Dec. *num.* 1. & 2. & Hipolyt. Riminald. *num.* 3. *in* 3. *vol. Repet. fol.* 88. vere enim Reges sunt laici ut probat text. in d. § *Vnde in veteri*, & ibi notat Abb. & satis probatur hic in illis verbis, *Per secularem comprimendus est potestatem*; Cùm enim quæstio proponatur de Rege, & sæculari persona, ut responsum quæstio conveniat, arg. §. *Præterea Institut. de inutil. stipul.* dicendum est verba in decisione posita Regem quoque compreliendere, & ita ipsum velut sæcularem personam censeri. Et ad objectum re-
5 spondet Dec. alternativam hic poni inter genus, & speciem: & malè secundùm Hipolyt. Riminald. *ubi suprà*, quia verum non est illam alternativam, *vel*, hic poni inter genus, & speciem: nam dictio, *Rex*, specialis est, non autem genus. Sed rectè Dec. pro genere intellexit sæcularem personam, & pro specie Regem; ex alio tamen capite Dec. non videtur benè loqui, quia quando alternativa ponitur inter genus, & speciem, fit restrictivè, & exponitur pro, *dicit*, ut l. *Vti pactum*, & ibi glossl. 2. & Bart. *C. de transaction.* & l. 2. & ibi etiam glossl. *in verb. vel pecudem, ff. ad leg. Aquil.* Quod hic non benè adaptari potest, quia decisio, ut sæcularis persona non judicet Clericos, non restringitur ad
6 Reges; unde Riminald. *locoeitato* aliter solvit objectum, videlicet quòd ubi alternativa statuit plura circa idem factum, ut in hoc casu; tunc ponitur pro conjuncta, ut notat Bart. in l. *Si ita, qui decem*, §. *Verum in e. oppositione, ff. de rebus dub.* Ego verò existimo alternativam hic stare propriè pro disjuncta, quia rex non dicit Regi, vel alicui sæcularis personæ: dictio autem *alicui*, ostendit, ut nullus laicorum sive sit Rex, sive quæcunque alia persona possit clericos punire: & est simile quod hic subjicitur paulò infra ibi, in furto, vel homicidio, vel per-
8 jurio, seu aliquo crimine: nam dictio, *aliquo*, habetur in alia compilatione: Et propterea ut benè ex hac Decretali deducunt Abb. Dec. & Riminal. *in* 1. *notab.* laicis quantumcunque, & qualicunque fulgeant dignitate non licet clericos judicare: & rationem reddunt, quia nulla Dignitas sæcularis Sacerdotio adequatur, c.
9 *Duo sunt, 96. distin.* cap. *Sobria, de majorit. & obed.* & ideo Rex oleo delinitur in brachio, sive hu-
10 mero, vel in armo: Episcopus verò cum est clericos discutere, & judicare, cap. *Si imperator, ead. distin.* chrismate consecratur in capite, ut ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Sacerdotalem & Regiam potestatem, ut legitur in d. c. *Vnico, §. Vnde in veteri, de Sacr. Vnction.*
11 Secundò nota ibi, *cujuscunque Ordinis* Clericos non posse à sæculari potestate judicari in quocunque ordine sint constituti. Et sic etiamsi sint primò tantùm tonsura initiati, per id quod legitur, & notatur in cap. *Cùm contingat, suprà de æt. & qualit.* & hic notant Hostien. *in princ. in verb. Cujuscunque Ordinis, & num.* 4. *in fin.*
12 *in verb. Et ab Ecclesiastico.* Joan. Andr. *num.* 1. *in fin. in verb. Ordinis.* Imol. *in* 1. *notab.* & plerique alii. Quinimò verb. *Clericos*, hic sumitur large pro quacunque persona Ecclesiastica, quæ eodem privilegio gaudet, cap. *Si quis suadente, 17. quæst.* 4. cap *Porrò de sent. excomm.* unde idem dicendum de familia Episcopi, arg. c. *fin.* §. 1. *in fin. suprà de offic. Archid.* secundùm Hostien. *hic in princ. in verb. Clericos*, & Joan. Andr. *num.* 2. sed certè hæc conclusio licet sit in se vera, tamen non benè probatur hic, quia verba illa, *quibus depositis*: non conveniunt nisi habenti Ordinem, ut accurate observat Abb. hic *in* 2. *not.* Nec obstat text. in cap *Si quis episcopus, 16. quæst.* 7. quem Andreas Barbatia dicit esse contra Abbatem. Quoniam verba illa: *omnesque qui illi communicant*, non referuntur ad verbum, *deponatur*, cui non adaptantur, sed ad verbum *segregetur*, ut patet in cap. *Omnis electio*, ibi, *& segregentur ab Ecclesia omnes, qui illi communicant, 63. distinctione.*
13 Tertiò nota in eadem verbis, *cujuscunque Ordinis.* Ratione delicti esse deponendum clericum non modò in sacris constitutum, sed etiamsi sit inferioris gradus, secundùm Hostien. *hic num.* 3. Card. *num.* 2. & Abb. *in* 3. *notab.* facit secundùm eos cap. 2. & quod ibi notatur, *infra de Cler. excomm. ministr.* Adde tu etiam in Clerico primæ tonsuræ hoc apertius probari in cap. *Degradatio, de pœn. lib.* 6. indu. endo illud ut scripsi in dicto cap. *Cùm contingat, à num.* 62. *de æt. & qualit.* ubi etiam *num.* 64. adduxi Pontificale Romanum in *tit. de degradatione à prima tonsura.*
14 Quartò nota ibi, *sive in furto, &c.* textum expressum quod pro furto, vel homicidio, vel perjurio potest Clericus deponi. Abb. Antiq. *hic in verb. Perjurio*, qui licet loquatur de degradatione, tamen intelligi debet de degradatione verball, juxta text. in d. c. *Degradatio, in princ. de pœn. lib.* 6. & concordant *hic* Imol. *num.* 1. Joan. Andr. *num.* 3. Butr. *eod. num.* Abb. Siculus *in* 4. *notab.* & alii communiter.
15 Quintò nota ibi, *vel homicidio*; Clericum depositum etiam pro crimine irregularitatem inducente, quale est homicidium, non perdere ipso jure privilegium fori, sed adhuc remanere sub jurisdictione Ecclesiæ, cap. *Sacerdos*, cum multis seqq. 81. *distin.* Butr. *hic num.* 13. Imol. *num.* 4. *vers. Item nota, quod licet Abb. in* 5. *notab.* & alii
16 communiter: secus etsi fuerit actualiter degradatus, quia ipso facto nudatus est omni privilegio Ecclesiastico, ut in d. c. *Degradatio, de pœn. lib.* 6. Joan. Andr. *hic num.* 10. Abb. *ubi supra*, neque hoc casu requiritur traditio curiæ sæculari: & est communis opinio, ut hic testatur Alciat. *numer.* 108. prout illam refert Villaloo. in *sua Collect. comm. opinion. littera C. num.* 71. & Jul. Clar. *in pract. crim. §. fin. quæst.* 3. *vers. Sciat autem*: nam traditio intelligitur fieri in actu ipsius degradationis, juxta formam cap. *Nonnulli, in fin. de verb. significat.* & sic non requiritur traditio manualis, sed benè requiritur verbalis, ut ibi dixi *num.* 5. & 6. post Joan. Andr. *num.* 3. & Abbatem *num.* 7. & tangam infra *num.* 91.
17 Sextò nota in eodem verb. *homicidio*, juncto verbo, *deponendum est.* Clericum irregularem etiam ex homicidio voluntario non esse depositum ipso jure, sed deponendum, nec pro tali crimine esse actualiter degradandum nisi sit incorrigibilis, ut hic patet apertè secundùm Ant. de Butr. *num.* 15. Imol. *num.* 5.
18 Septimò nota ibi, *fuerit deprehensus legitimè, atque convictus*; ad deponendum clericum non sufficere, ut fuerit deprehensus in crimine, nisi cùm hoc concurrat ut alter de crimine convincatur, glossl. in cap. *Tuæ, infra de pœn.* & hic notant Abb. Antiq. *in verb. Atque convictus.* Gosted. & Hostien. *num.* 4. *in eodem verb.* Dicens non sufficere solam deprehensionem, nisi quòd infamiam inducendam, ut l. *Palam*, §. *Quæ in adulterio, ff. De ritu nuptiar.* Imò exigitur, ut hoc confiteatur, vel inde convincatur, ut in cap. *Si quis Diaconus, 50. distinct.* Joan. Andr. *hic num.* 4. Butr. *in* 3. *notab.* & Imol. *num.* 2. *in fin.* ad hoc leg. *Capite quinta ff. de adulter.* & l. *Quomodo*, §. *fin. ff. de edilit. edict.*
19 Hoc tamen declara nisi factum sit notorium per evidentiam facti, quia tunc deprehensus in crimine statim condemnari potest, l. *Defensores, C. de defens. civitat. & arg.* cap. *nimis infra de cohabit. clericor. & mulier.* & cap. *De manifest.* 2. *quæst.* 1. & notat præcitata glossl. in c. *Tuæ, de pœn.* de quo dic plenius ut *hic* per Imol. *num.* 6. *vers. Et secundùm hoc non est necesse*, & Abb.
20 *num.* 19. exigitur tamen, ut deprehensio Clerici sit legitima ut hic in glossl. 2. nec fiat à ministris laicis; nisi auctoritate Prælatorum, ne ultra se extendat violentia, quàm exegerit defensio clericorum, cap. *Et fama, infra de sent. excommunicat.* alias esset excommunicati, ut ibi, & firmat d. glossl. 1. *hic* & in d. cap. *Tuæ*, quod latius prosequere, ut per Abb. *hic à num.* 10. & Aretin. *à num.* 9. *usque ad num.* 19. maximè *num.* 15. ubi concludit.
21 Octavò nota ibi, *excommunicari debet, deinde contumacia crescente anathemate mucrone ferito*

Aliud esse excommunicationem, aliud anathema: excommunicatio enim hic non sumitur pro minori, ut voluerant Goffred. & Innoc. *in fin.* quia excommunicationis verbo major excommunicatio intelligitur, cap. *Si quem, infra de sent.*
22 23 *excommun.* nec debet expon pro suspensione, prout exposeit gloss. *hic in verb. Excommunicari*: nam quomodo suspendi posset jam depositus, cum depositio includat in se suspensionem? cap. *Ait si clericus, supra eod.* Abbas *hic num.* 23. sed debet intelligi de majori excommunicatione, quæ fertur sine solemnitate: Anathema verò de illa, quæ fertur cum solemnitate, de qua in cap. *Debent*, 11. *quæst.* 3. Ad hoc Clem. *Si quis suadente, verf. Et quia, de pœn.* De anathemate enim loquitur Apostolus ad *Galatas* 1. & ad *Corinth. ultim.* & habetur in §. *fin.* 13. *quæst.* 2. & dicunt Derivatores anathema dirivari ab Ana, quod est sursum & Thera, quæ est quædam figura ad sortem litteræ E, cum tractu, quæ fronibus damnatorum imprimebatur. Itaque anathema dicitur quasi Anathera, id est, sursum ferens mi-
24 ledictio, de qua in *Guilferius*, 23. *quæst.* 4. solemnitas autem talis anathematis est, quia hanc fulminat Episcopus cum duobus presbyteris præsentibus, cum candelis accensis, quas debent in fine anathematizationis in terram projicere, & pedibus conculcare, ut moris est Romani Pontificis in publicatione Bullæ in die Cœnæ Domini: & hanc dixi certam inter excommunicationem, & Anathema, rejectis aliorum expositionibus, constituunt hic Abb. Antiq. *in verb. Excommunicari* Hostiensis *num.* 6. *in eodem verb.* Joan. Andr. *num.* 6. *in verb. Anathematu.* Butr. *num.* 32. Card. *num.* 3. *circa fin. verf. In gloss.* & Abb. *num.* 3. Quomodo autem fiat absolutio ab anathemate, vide in cap. *Cùm ad pau*, 11. *quæst.* 3.

25 Nono nota ibi, *pessimum verò si in profundum malorum, &c.* Clericum depositum, etiamsi sit incorrigibilis, secundum unum intellectum non esse sub potestate sæculari, nec perdere privilegium clericale ante actualem traditionem ejusdem. *ultim. hic* Hostiensis *num.* 8. Butr. *num.* 7. & 17. idque securius esse dicit Henric. Boich. *num.* 8. *verf. Sed secutus.* Sed secundum alium intellectum clericus quando est depositus, & incorrigibilis, sine alia degradatione, & traditione statim efficitur de foro sæculari: & ita hic est casus singularis secundum Cardinalem
26 *num.* 2. *verf. Item in comprimendum.* Intelligo secundum intellectum, quem sequitur Joan. Andr. *num.* 10. & 11. rationem reddit à fortiori, quia si absque depositione clericus tertio monitus ingerens se enormitatibus perdit privilegium clericale, ut cap. *Contingit, si secundo*, cap. *In audientia*, & cap. *Perpendimus, infra de senten. excommun.* multò magis perdet jam depositus, qui tertiò monitus postea se non correxit. Neque hic dicitur quod tradatur sæculari potestati, sed quod sæcularis potestas eum comprimit.
27 Hoc tamen intelligunt Cardin. *num.* 6. *verf. Hoc tamen.* Imol. *eodem num. verf. Et secundum hoc*: quando de incorrigibilitate notorie constat, ut quia incedit armatus, & spernit monitiones Episcopi: tunc enim non est necesse, ut convincatur ordine judiciario servato, cùm in notorio talis probatio non requiratur, cap. *Ad nostram, il ter-*
28 *ca, infra de jureju.* cap. *Manifesta*, & cap. *Dicta nuffesta*, 2. *quæst.* 1. alioquin si non constaret de incorrigibilitate, & judex laicus eum comprehenderet, & clericus negaret se esse incorrigibilem, de hujusmodi articulo an esset incorrigibilis prius cognoscendum esset per Judicem Ecclesiasticum, arg. c. *Si judex laicus, de sent. excomm. lib.* 6.

29 Decimò nota ibi, *Cùm Ecclesia non habeat ultra quid faciat.* Ita demum Clericum depositum incorrigibilem esse comprimendum per curiam sæcularem, si Ecclesia non habeat ultra quid faciat, scilicet de facto, prout intelligunt Doctores, non autem de jure, quia certum est Ecclesiam de jure ultra pœnas depositionis excom-
30 municationis, & anathematis, habere etiam alias pœnas, cùm multæ sint, ut notat gloss. 2. in cap. *Ad reprimendam, de offic. Ordinar.* & Joan. Andr. in cap. *Pro humani, num.* 4. *col.* 3. *circa finem in verb. Excommunicationis, de homicid. lib.* 6. & fusius in cap. *Quæsitum, & quando, si secundo, num.* 18. *verf. Secundum Canones autem, infra de accusat.* Potest enim omnia bona temporalia confiscare, ut ibi, & in c. *Excommunicamus*, §. *Damnati, infra de hæret.* Item habet pœnam verberum citra sanguinis effusionem, ut c. *in Archiepiscopatu de raptor.* Item imprimit characterem etiam in facie, licèt non ita profundè, ut sanguis eliciatur, sed cutis superficies deformetur in signum maleficii, ut cap. *Ad audientiam.* juncta glossa *ult. de crimin. falsi.* Item indicit servitutem, cap. *Ita quorundam, de Iudæ*, ubi Christiani deferentes merces prohibitas ad Saracenos capientium servi efficiuntur. Item potest diffidare Clericum cum omnibus bonis suis, ut à quocumque possit impunè offendi, ut in præalleg. cap. *Pro humani.* Item potest detrudere in Monasterium ad tempus, vel in perpetuum, cap. *De lapsis*, 16. *quæst.* 6.
31 cap. *Novimus*, §. 1. *de verbor. significat.* & in specia habet pœnam exilii, ut cap. *Accusatoribus*, 3. *quæst.* 5 cap. *Probatum*, & ibi gloss. *fin.* 16. *quæst.* 6. c. *Accedens*, 50. *distinct.* cap. *primo, de calumniator.* cap. *ult. de pœn.* idque per omnes exilii species, de quibus notat gloss. in Extravag. *Ad nostri iramus XXII. in verb. Bannitis, de privileg.* Cùm ergo hic text. dicat Clericum incorrigibilem post depositionem, excommunicationem, & anathema esse comprimendum per sæcularem potestatem, itaut ei pœna exilii deputetur, eo quod Ecclesia non habeat ultra quid faciat; & tamen Ecclesia possit eandem quoque pœnam exilii infligere per omnes ejus species; utique cogimur fateri ea verba non esse intelligenda de jure, ita ut Ecclesia non habeat ultra quid faciat ex defectu pœnarum, vel ex defectu potestatis, sed de facto propter potentiam illius criminosi, qui ab Ecclesia corrigi, & comprimi non potest. & ita hunc text. intelligit Abb. Antiq. *ante num.* 1. *in verb. Ultra quid faciat*, dicens hoc cap. intelligi de nobilibus, & potentibus, ad quorum correctionem non sufficit Episcopus, vel Prælatus: & cum eo concordant Joan. Andr. *num.* 8. *in verb. Ultra*, Bald. *num.* 2. *in verb. Quid faciat*, Bellam. *num.* 3. *in verb. Ultra*, Butr. *num.* 18. Cardin. *num.* 5. *verf. Secus si incorrigibilis*, & Anchar. *num.* 6. *verf. Adverte tamen*, ex quibus patet hanc esse communem lecturam ad istum text. prout etiam testatur Abb. Siculus, *num.* 24.

Nec

32 Nec refragatur, quod Ecclesia possit invocare Judicis sæcularis auxilium, inquit teneatur illud præstare tanquam Ecclesiæ minister, c. *Administratores*, 23. *quæst.* 5. cap. 1. *de offic. Ordinar.* cap. *Ultimò*, 11. *quæst.* 3. Et eo invocare possit Ecclesia impunere pœnam exilii, vel alium canonicam, ut in c. *Ut facta, de sentent. excommunicat.* ubi clericus incorrigibilis Ecclesiasticus
33 Judex decernit in aliam custodiam. Quoniam, ut bene respondet Abb. *hic num.* 23. *circa verb. verf. Et ad contrarium*, forte de facto si capere non poterat per familiam Potestatis, fortasse ad hoc sæpe accipit auxilium. Unde Ecclesia non vult amplius habere curam ipsius, sed dimittit eum Judici sæculari, qui potest habere majorem solertiam in capiendo eum, cum agnoverit illum esse de foro suo; vel forte ut sæpe de facto contingit, iste clericus captus multoties capturam illustr effringendo carceres, & deteriora commendo; & ita Ecclesia non ponit eum condignè castigare, cùm pœnam mortis non habeat; quare ipsum relinquit Curiæ sæculari, quæ legitimam pœnam infligat. Et dic legitimam, id est à legibus sæcularibus impositam, & sic mortis, vel mutilationis membri, secundum qualitatem delicti, *ut hic per* Abb. Antiq. *in verb. Legitima*; & hanc dicit esse verum intellectum Abb. Sicul. *ubi supra*, quem etiam ponit Archid. in cap. *Quæ sacerdotum, num.* 5. & 7. 11. *quæst.* 1. relatus à Bellam. *hic num.* 3. *in verb. Ultra*, ubi sic tunc demum clericum tradendum esse Curiæ sæculari, id est permittendum esse; imò præcipiendum Judici sæculari ut eum capiat, & coerceat, si per Ecclesiam corrigi non possit propter illius potentiam, vel malitiam, vel quia detentus ultimo arte necromantiæ illudit carcerem, & in pace esse non vult. Et concordat Cardin. *hic num.* 5. *circa m. d. verf. Secus si incorrigibilis*, dum ait clericum esse incorrigibilem cùm non vult pœnitere, nec potest capi per Judicem Ecclesiasticum, & tunc esse coercendum per Judicem sæcularem, cùm Ecclesia non habeat ultra quid faciat. Et ex hoc intellectu notabiliter colligo clericum depositum, & incorrigibilem quandò, ut vulgò dicitur, est in forum Curiæ Ecclesiasticæ, nullatenus esse tradendum Curiæ sæculari, cùm Ecclesia possit eum punire pœnis Canonicis, de quibus supra. Quod singulariter nota, quia multi in hoc decipiuntur.

34 Ultimò nota ex hoc textu, & memoriæ commenda practicam procedendi contra clericum criminosum. Servandi sunt enim quatuor gradus, ut hic per Hostien. *num.* 5. & 9. *in verb. Potestatem*, Joann. Andr. *num.* 6. *ad* 9. Bald. *num.* 2. Imol. *num.* 3. & alios communiter. Constito enim de delicto, si delictum est depositione dignum, clericus deponitur. Et hic est primus gradus pœnæ infligendæ: & si se corrigat, quia non iterat, nec continuat delicta, & depositionem servat, & pœnam, & pœnitentiam injunctam adimplet, non proceditur ultrius: sed si incorrigibilis prædicta non servando, & similia, vel deteriora crimina perpetrando, excommunicatur: & hic est secundus gradus. Crescente verò contumacia anathematizatur: & hic est tertius gradus. Demum si non reliquerit, quin potius in profundum malorum devenerit, ne sit perditio plurimorum, scilicet per malum exemplum, vel etiam plurimos damnificando, mutilando, vel occidendo: Tunc demum cùm Ecclesia non habeat ultra quid faciat, non ex defectu pœnarum, vel potestatis, sed quia propter illius potentiam de facto non potest eum comprimere, & coercere, relinquet eum comprimendum per sæcularem potestatem, qui est quartus gradus pœnæ infligendæ, & est similè in c. *Ultimò*, 81. *distinct.* cap. *Clericum*, 3. *quæst.* 4. cap. *Si quis Sacerdotum*, 11. *quæst.* 1. cap. *At si clerici supra eodem.*

35 Cæterum adverte, quia hæc procedendi forma locum habet quando pœna incipit à crimine, seu quando procedunt propter crimen: Tunc enim clericus criminosus primò deponitur, secundò excommunicatur, tertiò anathematizatur, & quarto loco per Curiam sæcularem comprimitur ut dictum est. Secus verò si pœna incipiat à contumacia, quia tunc procedendum est ordine inverso: nam primò, clericus contumax suspenditur, secundò excommunicatur, tertiò deponitur, quarto, & ultimò traditur Curiæ sæculari. Et hunc ordinem respiciunt jura pro, & contra hic allegata, videlicet cap. *Esto*, 23. *qu.* 4. cap. *Quærimdum*, 23. *dist.* cap. *Honoratum*, 74. *dist.* cap. *Quæsitum*, §. *fin. infra ut lit. non contest.* Et hic declarant gloss. *ultim.* Innoc. *num.* 1. Hostien. *num.* 9. *verf. Et hoc verum est quando pœna incipit à crimine, & num.* 1. *verf. Vbi verò pœna incipit à contumacia*, Bald. *num.* 2. Henric. Boich. *in fine, verf. Si pœna incipit à contumacia*, Butr. *num.* 13. & reliqui omnes.

36 Expeditis notabilibus, venio ad celebrem quæstionem, An clericus non servatis gradibus pœnarum hic præscriptis statim in degradandus, & tradendus Curiæ sæculari quando commisit crimen aliquod atrocissimum, puta homicidium cum proditione, vel parricidium, vel homicidium cum latrocinio, seu spoliatione, vel homicidium cum sacrilegio, ut in eo, qui occidit Presbyterum, vel personam sacram, vel aliud simile, propter quod de jure civili laico esset imponenda aliqua pœna ex atrocissimis, verbi gratia pœna ignis, pœna discerptionis, quæ infligitur, cum res secatur in plura frusta, & pœna traditionis ad bestias, vel alia ejusdem in l. *Pœna particularis, ff. ad leg. Pompe. de Parricid.* in l. *Sacrilegii, ff. ad leg. Iul. Peculat.* & in l. *Capitalium per totam, ff. de pœn.* & quid si clericus commiserit plura homicidia, plures fallitates, vel plura latrocinia, ex quorum singulis esset depositione dignus?

37 Petrus de Ancharano *hic à num.* 10. *verf. Et quæ super illa materia usque ad num.* 16. *verf. Tertio opponitur*, & in *reg. iuris*, cap. *Ea quæ, sub num.* 22. *verf. Decimo nona quæro, de reg. iuris, lib.* 6. & in *consil.* 58. *ex narrata in facto à num.* 5. in publica disputatione, quam habuit Bononiæ, & Abb. Siculus, qui tunc erat illius Scholaris repetita disputatione in cap. *At si clerici, à num.* 39. *usque in fin. supra eodem*, concluserunt hunc text. qui pro homicidio, vel furto imponit tantùm pœnam depositionis, non autem degradationis, & traditionis Curiæ sæculari, debere intelligi, & restringi ad homicidium, vel furtum non qualificatum, quod non transeat in aliam speciem criminis graviorem. Item debere intelligi de uno homicidio, vel fallitate, vel furto, non autem

UNIVERSIDAD DE NAVARRA

tem de pluribus die frequentatis, quorum unumquodque esset dignum depositione. Hisenim causis putarunt non vendicate sibi locum hoc cap. Nec communes theorici DD. Sed tales statim esse per Episcopum degradandos, & tradendos Curiæ sæculari, ut Imam pœnam ultimi supplicii. Et hanc opinionem Ancharani, & Abbatis postea probarunt Joan. de Anan. in cap. 1. num: 5. post med. vers. Sed in foro contentioso etiam secundum Canones, infra de iis qui fil. occider. & in cap. 1. num: 4. & 5. de homicid. Felin. in cap. 1. num: 49. ante med. vers. Et quod etiam emergentia casus, de Constitution. & in cap. Inquisitionis, num: 5. de accusat. Dec. in d. cap. At si clerici, num: 51. vers. Postremò, Abbas usque in fin. qui licet hanc opinionem non sequatur, tamen concludit eam habere magnam æquitatem, ut delicta puniantur debita pœna; & sic vidisse illam servari Florentiæ per unum Commissarium. Quam pariter Sylvester Aldrovand. in addit. ibi litera E. verb. Enormi, fateatur veriorem, & late tuentur Mantica num: 64. & Hippolytus de Marsil. in Repetit. anum 5.32. vers. Prosequor, usque ad num: 54. vers. Nisi autem, ubi dixit sibi placere dicta Abbatis per jura. Et ratio est, quia ipse adducit, & in consil. 9. num: 17. Gabriel. de Benedict. in cap. Raynutius part. 3. quæstione, de homicid. anum 40. vers. Item & per consequens, usque in fin. de testam. dicit eam communem prope fin. addit. num: 40. vers. Et per consequens, Alciat. hic à num: 22. ad 28. quinon solum putat hanc opinionem veriorem esse in puncto juris, sed amplius inquit servari de facto in pluribus locis, Brunell. in repet. d. cap. 1. de homicid. part. 5. num: 6. vers. Ego supra, & in tract. de concilio lib. 3. art. 12. num. 3. A ex. de Nævo cons. 59. num: 21. vers. Ad hoc facit. Aide. Barbat. sibi contrarius cons. 64. num: 8. fin. vers. Sed jura, & num: 9. vol. 1. Angel. de maleficiis, verb. Ex ibi caput 2. patrilis amputetur, num: 58. vers. Adde quod notat Abbas, subdens se eam vidisse de facto servari Ferrariæ, & ibi Augustinus, num: 41. vers. Et in quantum, dicens communem, & ita vidisse practicari, Soccin. Sen. d. reg. jur. litera C. reg. 16. vers. Quinto fallit, Bossius tit. de foro competen. num. 135. vers. Et in tertia alia delictis quasi statu, & num: 141. vers. Sed in quibusdam statu, Tiraquell. de pœn. temperand. cap. 49. num: 36. & 37. Diaz in practic. criminal. canonica cap. 90. addit. 95. referens duos casus, alterum Parisiis 1530. in Sacerdote, qui animo deprædandi necaverat Rectorem cujusdam Oppidi: alterum Hispali anno 1536. in quamor Religiosis, qui Provincialem laqueo suffocatum in lecto interfecerant, Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 14. dicens communem, & lib. 9. cap. 16. num. 35. vers. Tamen fallit, ubi loquitur de clerico parricida, & lib. 7. cap. 38. num: 11. ubi de reo læsæ majestatis, Franch. decis. 571. Qui non solum num: 4. vers. Pro fisco, refert Neapoli subiisse pœnam ultimi supplicii clericum, qui furtum commiserat in monte Pietatis, cùm fuerit degradatus per Curiam Ecclesiasticam, & traditus Curiæ sæculari; sed num: 1. testatur etiam pœna mortis animadversum fuisse in clericum in sacris constitutum, qui una cum aliis decem fratribus ingressus cum armis domum honestæ mulieris sitam in Suburbio sancti Antonii, accepta ab eadem clave unius capsæ illa, & filiabus inclusis in quidam cameraa interiori, subripuit ducatos septingentos, & quædam mobilia: nam prævia consultatione Sac. Congregationis Cardinalium negotiis Episcoporum propositæ degradatus fuit, & traditus magnæ Curiæ. Et sequuntur plerique ex innumeribus. Et videtur ex mente Innocentii hic in verb. Deponendum est. dum ait: (Ubi clericus deponitur pro crimine sufficit depositio, nisi enormitas criminis aliud inducat.) & Bald. ante num: 1. vers. Secundo alternative, ubi similiter limitat hunc tex. Nisi enormitas causæ aliud inducat.

38 Pro hac opinione Anchar. & Abb. inducitur primò text. in cap. 1. de homicid. ubi refertur illud Exodi cap. 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evellet eum ut moriatur. Nam dicendo, evellet eum ab altari, ostendit se intelligere de clerico homicida per insidias; & sic qualificato, qui servit altari, non autem de laico, qui non servit, imò stare debet ab altari remotus, ut cap. 1. de vit. & honest. clericor. nam privatio, sicut est evellere, præsupponit habitum, cap. Ad abolendum, de disponsat. impuber. l. Decem. ff. de verb. obligat. Et evelli proprie dicitur quod est impressum, & infixum, sicut est clericus respectu servitii altaris, cap. Cùm secundum, de prebend. Intelligit ergo, evellis, scilicet per depositionem, seu degradationem judicis Ecclesiastici, ita ut moriatur per executionem Judicis sæcularis: Idcirco enim littera dicit, moriatur, in tertia persona quasi non per Episcopum, qui evellit ab altari, cum Ecclesia non proferat sententiam sanguinis, cap. Sententiam, ne cler. & monach. seu per alium pœna mortis sit imponenda, quia verbum, moriatur, in dubio intelligitur de morte naturali, & non civili, in cap. Suscepti, de rescript. lib. 6. & in l. Extra parte, 5. in insulam, ff. de verbor. oblig. Et aliæ expositiones ibi positæ per Joan. Andr. num: 1. in verb. Moriatur: videntur contra mentem legis Exodi, quæ homicidas simpliciter morte puniebat, & modo redacta est illa lex inter Ecclesiasticas constitutiones, ut servetur, non ut frustra membranas occuper, cap. Si Romanorum, 19. distin. Et eo magis hæc interpretatio videtur recipienda, quia concordat cum jure civili, ut in auth. De clericis apud pr. pr. Episcop. ante fin. & in auth. Clericis, C. de Episcopis, & Cler.

39 Extorum advertendum est d. cap. 1. de homicid. habere varios intellectus; ac proinde allegari non posse ad decisionem causarum, ut not. Bart. ut l. In ambiguo, num: 2. ff. de reb. dub. Alex. l. 1. col. 2. ff. fol. matrim. Felin. in cap. 1. circa fin. de Constitution. præsertim ad limitandam clericorum exemptionem ex iis, quæ dicam infra num: 66. & 79. Multi enim intelligunt illum text. in laico, qui proditorie homicidium commisit; & hoc magis consonat Scripturæ sacræ, quæ ibi ponitur: & sensus est, ut si occidens confugiat ad Ecclesiam, & teneat altare, debeat tamen inde evelli, quia proditorie occidit, nec gaudet immunitate, de qua in cap. Inter alia, de Immunitat. Ecclesiast. Verbum enim, evellet, ibi significat abstractionem facti, non autem separationem clerici ligati Ecclesiæ. Et hunc intellectum ponit ibi gloss. in verb. Per insidias, & Hostiens. in princip. in verb. Altari meo, Alex. cons. 145. visis Themate, num: 5. lib. 7. & Aretin. hic numer. 59.

40 Extorum advertendum est d. cap. 1. de homicid. habere varios intellectus; ac proinde allegari non posse ad decisionem causarum, ut not. Bart. ut l. In ambiguo, num: 2. ff. de reb. dub. Alex. l. 1. col. 2. ff. fol. matrim. Felin. in cap. 1. circa fin. de Constitution. præsertim ad limitandam clericorum exemptionem ex iis, quæ dicam infra num: 66. & 79. Multi enim intelligunt illum text. in laico, qui proditorie homicidium commisit; & hoc magis consonat Scripturæ sacræ, quæ ibi ponitur: & sensus est, ut si occidens confugiat ad Ecclesiam, & teneat altare, debeat tamen inde evelli, quia proditorie occidit, nec gaudet immunitate, de qua in cap. Inter alia, de Immunitat. Ecclesiast. Verbum enim, evellet, ibi significat abstractionem facti, non autem separationem clerici ligati Ecclesiæ. Et hunc intellectum ponit ibi gloss. in verb. Per insidias, & Hostiens. in princip. in verb. Altari meo, Alex. cons. 145. visis Themate, num: 5. lib. 7. & Aretin. hic numer. 59.

& videtur hodie approbatum in Constitutione 7. Gregorii XIV. de immunitat. Ecclesiast. ut dixi in
42 dicto cap. Inter alia, num: 51. & 51. Pleriq; autè exponunt verbum, moriatur, ibi policum, id est, deponatur, quod habetur instar mortis, 3. Quia ergò, 2. quæst. 7. Et hæc est communis sententia,
43 ut attestatur Aretin. dicto num: 59. Quamvis enim verbum, moriatur, regulariter sit intelligendum de morte naturali, tamen hoc fallit quando referrur ad Ecclesiam, quæ hanc pœnam non infligit, cùm non habeat vindictam sanguinis, ut
44 dictum est. Et est simile in cap. Per venerabilem. Rationibus, infra qui fil. sint legit. ubi verba illa Deuteronomii, decreto Judicis moriatur, quæ in veteri testamento intelligebantur de morte naturali, in lege nova ab Ecclesia sic exponuntur, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam velut mortuus à communione fidelium separatur: nam ut inquit Hostien. ibi num. 35. duplex est mors, scilicet corporalis, quam exercet Judex sæcularis cum gladio materiali, per quam à mundo vertit in facinorosos homines, l. 3. ff. de jurisdict. omn. Judic. c. Ille gaudium 24. quæst. 4. id est, fundendo sanguinem, animam, quæ dat vitam corpori, extra corpus vertit, & sic anima separata à corpore remanet ipsum corpus mortuum. Alia est mors spiritualis, quam exercet Princeps Ecclesiasticus gladio spirituali cap. Visis, 16. quæst. 2. quo animadvertit in facinorosos, scilicet expellendo, & separando gratiam Dei, quæ est vita, sive spiritualis anima animæ humanæ. Et hæc anima spiritualis ab anima humana separata, remanet anima humana mortua, ut cap. Si qui Presbyterorum, de reb. Ecclesiæ, non alien. cap. Corripiantur, 24. quæst. 3. cap. Si qui, de major. & obed. unde Augustinus tom. 9. tract. 49. in Joannem. (Est mors, quam homines timent, scilicet separatio animæ à corpore; & est mors quam non timent, scilicet separatio Dei ab anima, quæ est vera vita animarum.) Et de morte spirituali scilicet depositionis communiter intelligitur illa Decretalis prima de homicid. ut
45 prædixi. Et quamvis lex Exodi ibi posita loqueretur de morte naturali, tamen illud præceptum, cùm sit judiciale, fuit evacuatum per Adventum Christi, ut docet S. Thomas in 1. 2. quæst. 103. art. 4. & quæst. 104. art. 3. & cùm sit hodie redacta inter constitutiones Canonicas, non debet intelligi secundùm rigorem, quo intelligebatur in lege veteri, sed secundùm mansuetudinem Ecclesiæ in lege Evangelica, quæ utitur gladio spirituali non ad mortem, sed ad medelam,
45 c. Multi, in princ. 2. quæst. 1. cap. Audi, 11. quæst. 3. & cap. Cùm medicinalis, de sentent. excomm. lib. 6. Nec satisfacit ponderatio Ancharani, & Abbatis, quod verbum, moriatur, ibi ponatur in tertia persona, scilicet per executionem Judicis sæcularis: quia Ecclesia dum tradit reum sæculari potestati, non debet adjicere, ut moriatur: imò debet efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum circa eum sententia moderetur, quæ sunt verba text. in cap. Novimus, de verb. Significat. & hic notant Hostiens. num: 8. in verb. Comprimendum, & Joan. Andr. num. 9. in eod. verb. Nec refragatur text. in c. Delatori, 4. quæst. ult. quia intelligitur mystice, ut ibi notant Archid. & Turrecrem. & scriptis plenus in d. cap. 1. n. 4. de homicid.

47 Secundò igitur loco pro opinione Ancharani, & Abbatis inducitur, text. in dicto cap. Novimus, de verb. Significat. ubi Papa occasione explicandi contenta in Canonibus antiquis, & in suo Decreto contra falsarios promulgato super forma degradationis, & traditionis faciendæ sæculari potestati, sic ait: (Ut clericus propter hoc, vel aliud flagitium grave non solùm damnabile, sed damnosum fuerit degradatus, tanquam extortus privilegio clericali sæculari foro per consequètiam applicetur: nam jus alternativæ ostendit regulam degradationis, & traditionis clerici facinorosi non esse restringendam ad solum crimen falsi, sed generaliter infligendam pro quolibet crimine gravi damnabili in se, & damnoso quoad exemplum aliorum.) Nec satisfacit responsio Aretin. hic num: 59. vers. Non obstat text. in cap. Novimus, & aliorum dicentium delictum grave, & damnosum intelligi, quando delinquens est incorrigibilis propter scandalum, seu malum exemplum. Quoniam huic interpretationi obstat natura dictæ alternativæ: nam sicut qualitas incorrigibilitatis non requiritur in prima parte alternativæ pro crimine falsi, ita nec in altera super alio flagitio gravi, quia res dubia in una parte alternativæ declaratur habito respectu ad positam in alia, secundùm Bart. in l. 1. num: 1. & Socin. Sen. cod. num: 1. ff. de reb. dub. Tum
49 quia dictio, aliud, ostendit Summum Pontificem intellexisse de simili gravi quidem, sed citra requisitum incorrigibilitatis sicut in falso, quia ponitur comparative ad illud, secundùm gloss. in l. Si fugitivi, in ver. Alia pœna, C. de feris, fugitiv. & Bald. in l. fin. num: 1. C. de his qui non domin. Et ita prælegatum cap. Novimus, intellexit Innoc. ibi num: 1. dum generaliter ait: (Nota quod pro quolibet crimine, dummodo sit damnabile, & damnosum, potest aliquis tradi Curiæ sæculari.)

50 Sed ad textum in dicto c. Novimus, ego respondeo, verba illa, vel aliud flagitium grave, esse intelligenda de criminibus, pro quibus est expressum in jure clericum esse degradandum, & tradendum Curiæ sæculari: nam cùm prima pars alternativæ loquatur de falsario litterarum Apostolicarum, de quo est in jure expressum, ut debeat degradari, &c. ut in cap. Ad falsariorum, de crim. falsi, utique dum text. dicit propter hoc, scilicet crimen falsi, & postea subjungit, vel aliud flagitium grave; debet intelligi de alio flagitio similiter in jure expresso, ponderando dictionem aliud, quæ est repetitiva similium juxta præcitatam gloss. in d. l. Si fugitivi. Inter casus autem in jure expressos non reperitur homicidium qualificatum, nec homicidium, vel furtum iteratis juribus repetitum, ut latiùs dicetur infra num: 68. & seq. & num 83. Innocentius verò in dicto cap. Novimus, num. 1. non residet in illa opinione, quod pro quolibet crimine damnabili, & damnoso possit quis degradari, sed subjungit, vel alter, ut dicimus in cap. Excommunicamus, supra de hæret. ubi autem num: 1. tenet pro tribus tantùm criminibus in jure expressis posse fieri degradationem, & traditionem Curiæ sæculari. Et ita Innocent. potius allegari potest pro contraria sententia: & similiter dum dicit hunc textum non procedere si enormitas criminis aliud inducat, allegat textum in d. c. Ad falsariorum. Et sic loquitur in casibus exceptis in jure.

Tet-

51 Tertiò, Pro eadem opinione Abb. in d.c. *At si clerici, num.* 42. *col. penult. ante med. ver. Allego etiam textum, supra eodem*, inducit tex. in cap. *Pro humani, de homicid. lib. 6.* ubi cum clerici mandantes, seu facientes hominem Christianum interfici per assassinum, & receptantes, defendentes, seu occultantes assassinum habeantur ab omnibus diffidati: ex hac perpetua diffidatione ex verisimili mente innitur Ecclesiam nolle graviter delinquentes in suo foro retinere, sed juxta delicti qualitatem puniendos dimittere Curiæ sæculari.

52 Verumtamen respondet Aretin. *hic num.* 59. *circa fin.* ille casus specialis habuit causam, & occasionem à frequentissimis cædibus, & magnis periculis, quæ immimebant propter illos assassinos; unde in aliis delictis quantumcunque enormibus non videtur militare eadem ratio: nam propter delicti frequentiam aliquid severius statuitur, ut *l. Aut facta in fin. ff. de pœnis*, & nihilominus

53 etiamsi vigeret eadem ratio; quæ tamen lex illa est pœnalis, & exorbitans, non deberet fieri extensio; ext. est notabilis in *l. Sed si quidem, ff. ad leg. Pompe. de parricid.* & bene facit gloss. notab. in Clem. *Ut sic, qui in vero. Eodem, de ætat. & qualit.* nec obstat text. in cap. *De multa, de præbe. ult.* quia dici potest ibi fieri extensionem propter favorem publicum Ecclesiarum: vel dicas, licet

54 aliàs fieret extensio, non tamen fieri posse ubicunque potestas conceditur laico super juribus, vel personis spiritualibus, quæ cùm sint odiosa, non extenditur etiam per majoritatem rationis, ut in cap. *Tua, il primo, infra, de decimis*, juncto cap. *Cùm in tua, eodem tit.* secundum Aretin. *hic num.* 60. & 61.

55 Quartò, Pro hac parte allegatur text. in c. *Sunt quædam, 23. quæst. 5.* ubi dicitur: sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi judices, quam per Antistites, & Rectores Ecclesiarum vindicantur: & in fine subjungitur, illos maxime constitutos esse propter latrones, homicidas, raptores, & ut illos damnent, & alios suo timore compescant.

Sed illi textus non loquitur de clericis, sed de laicis, qui, ut ibi dicitur, interficiunt Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, sive Diaconum. Tales enim vindicantur à sæcularibus potestatibus, licet puniri possint etiam per Ecclesiam, cum crimen sacrilegium mixti fori, ut notatur in cap. *Cùm sit generale, infra, de foro competent.* alioquin si textum de clericis intelligeremus, & de omnibus delictis ibi expressis, sequeretur, ut clerici pro quoliber homicidio, furto, vel rapiu puniendi essent per Judicem sæcularem, quod est directo contra hoc capitulo, & c. *Tua, inf. de pœn.*

Quinto, Ad idem inducitur text. in cap. *At si clerici, in fine supra eodem*, ibi: (Non debet quemliber pro suis excessibus judici tradere sæculari.) Quæ verba innuunt Episcopum posse hoc tacere etiam non data incorrigibilitate, licet facere non debeat indifferenter, & quandocunque, sed tantummodo cùm delictum hoc exigit, vel ob sui gravitatem, vel frequentationem secundùm Abb. *ibi d. cit. pen. post medium, vers. Item induco.*

Verum hic intellectus desumitur ex illis verbis, *non debet quemlibet*, exponendo *non quemlibet*, id est, *nullum*, sed alii melius exponunt *quemlibet*, id est, depositum: & hoc modo ille text. potius facit pro hac parte secundùm Aretin. *hic d. num.* 61.

56 Sexto, & ultimò (quod est præcipuum fundamentum pro hac opinione) in hujusmodi delictis atrocissimis, quæ requirunt pœnam excessivam, non invenitur aliqua pœna Canonica, qua reus possit condignè puniri, ex Theorica Innocentii in cap. *Qualiter & quando, il secondo, num. 6. vers. Secundùm Canones autem*, & ibi etiam Joann. Andr. *num.* 18. *eodem vers. infra de accusat.* ubi æquiparando per modum regularium pœnas Canonicas legalibus pœnis tradunt regulam quod in omnibus delictis, in quibus per leges sæculi imponitur pœna mortis naturalis, secundum Canones succedit pœna degradationis, & traditionis Curiæ sæculari: ergo contra clericum, qui homicidium qualificatum perpetravit, vel plura homicidia, falsitates, vel latrocinia, Ecclesia uti poterit hac pœna degradationis, & traditionis Curiæ sæculari; quia non habent ultra quid faciat, ut hic dicitur, cùm secundum Canones nunquam imponatur pœna mortis corporalis, cap. *Clericis*, & cap. *Sententiam, infra, de Clericis vel Monach.* cap. 1. & 2. 51. *distin.* 8. Cùm enim pro simplici homicidio, vel furto procedatur ad depositionem, & detrusionem in Monasterium, ut *his*, & in cap. *Tua, de pœnit.* utique pro qualificato, vel iterato, cum gravior pœna et condigna non reperiatur inter Canones, recurrendum erit ad vindictam secundum leges sæculi mediante degradatione, & traditione judici sæculari, ut plenius ratiocinatur Abb. ut *supra num.* 39. *vers. Item pramittendum cum duob. seqq.*

57 Et confirmatur, quia pœnæ ita debent adæquari, & commensurari delictis, ut quod scelerattus est commissum, gravius vindicetur, cap. *Nos asseramus, 24. quæst. 1.* cap. *Quæsivit, de his quæ fiunt à major. par. Cap.* cap. *fin. in fin. de excess.*

58 *Prælat.* & ex iteratione delicti pœnæ augeantur secundum gloss. in *l. Quisquis, in verb. Vel tertiò, in fin. C. De serv. fugitiv.* & in *l. Servus, in verb. Sæpius, C. ad leg. Iul. de vi publ. vel priva.* quia iteratio transit in consuetudinem peccandi, *l. 3. in fin. C. de Episcopal. audient.* Ac si homicidium, & furtum qualificatum, vel iteratum extra incorrigibilitatem punietur eadem pœna Canonica depositionis, seu detrusionis in Monasterium, qua punitur simplex, & unicum, non servaretur justitia adæquationis: ergo pro illius observatione dicendum est in qualificato, seu iterato locum esse degradationi, & traditioni Curiæ sæcularis. Quod primo loco animadvertit Abb. *d. num.* 39. *vers. Et primò*, & Anchar. *d. cons. 178. n. 2.*

60 Cæterum hoc fundamentum principale destruitur manifestè ex eo, quia pro atrocissimis delictis, pro quibus secundum leges imponenda esset pœna mortis, Ecclesia habet pœnam carceris perpetui, quæ proportionatur pœnæ mortis naturalis, saltem quando sic detrusus debet sustentari pane, & aqua: nam, ut inquit Cardin. *hic num.* 4. *vers. Oppono ex casu*, quo clericus detruditur in Monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam, ut sustentetur pane doloris, & aqua angustiæ, juxta textum in cap. *Nobis*, 5. *Pro illo vero falsario scelerato, infra de verb. significat.* hujusmodi pœna est loco ultimi sup-

61 plicii: sic ergo non est clericus delinquens impunitus, imò acrius affligitur, quia minor pœna & salutem nonest stari in mori, quam diu affligi, spetare. Ita Cardinal. cum quo concordat Aretin. *hic numer.* 53. & facit text. in cap. *Nihil enim, il secondo, de consecration. distinct.* 5.

62 Nec adversatur doctrinæ Innocentii in dicto cap. *Qualiter & quando, numer. 6. vers. Secundùm Canones autem, de accusat.* quia non dicit id, ad quod Anchar. cum allegat: ejus enim verba hæc sunt, (Secundum Canones autem nunquam imponitur pœna corporalis mortis, sed est quædam, quæ quasi similis ei habetur, scilicet quia relinquitur sæculari judici puniendus.) Allegat cap. *Ad falsariorum, de crimin. falsi.* & alia jura, in quibus expressum est clericum esse comprimendum à sæculari potestate; atque ita Innoc. non constituit illam regulam, quam ex eo elicit Anchar. quod in omnibus casibus, in quibus lex civilis imponit pœnam mortis naturalis, secundum canones succedat pœna degradationis, & traditionis Curiæ sæculari: Hoc enim est manifestè falsum, quia lex civilis in multis casibus pro magnis flagitiis imponit laico pœnam ultimi supplicii: & tamen lex canonica non imponit pœnam degradationis actualis, nec traditionis Curiæ sæculari, ut in cap. *Tua, infra, de pœnit.* Et hic ponderat Aretin. *numer.* 61. *vers. Nec est verum quod semper Canon imponat pœnam*

63 *clerico, quæ possit proportionari pœnæ civili, quæ imponitur laico.* Ideoque lex civilis pro adulterio imponit laico pœnam mortis corporalis, ut in *l. Quamvis, la seconda, C. de adult. de communi.* Alex. *cons.* 13. *post numer.* 3. *lib.* 7. & tamen clericus pro adulterio secundum canones non degradatur, sed deponitur, & in Monasterium detruditur ad agendam perpetuam pœnitentiam cap. *Si quis Episcopus*, 81. *distin.* glos. 1. in

64 cap. *Lator*, 2. *quæst.* 7. *de communi.* Clarus *in* §. *Adulterium, vers. Sed quæro.* Item pro raptu lex civilis imponit laico pœnam ultimi supplicii, *l. unic. C. de rapt. virgin.* & tamen lex Canonica non imponit Clerico pœnam actualis degradationis, nec traditionis Curiæ sæculari, sed depositionis, ut cap. *De puella*, 36. *q.* 2. & notat Archid. in cap. *Lex illa, in fine*, 36. *q.* 1. & idem in rapto monialis, ut *l. Si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cleric. junctis* cap. *Nullus* 36. *qu.* 2. Quinimo in pluribus delictis atrocissimis, pro quibus lex civilis imponit pœnam excessivam, secundum Canones non fit degradatio, ut dicam infra

65 *num.* 83. *& seqq.*

Delinctis igitur fundamentis opinionis Anchar. & Abb. magis placet contraria opinio, quæ procuidubio validioribus fulcitur rationibus, & magnis est authoritatibus roborata: nam pro illa allegari possunt antiqui ferè omnes, qui tenuerunt non esse locum degradationi, nec traditioni Curiæ sæculari, nisi in casibus in jure expressis, de quibus dicam infr. *num.* 66 *& seqq.* eamque tuetur in specie, & communem dicit Aretin. *hic à numer.* 51. *ad* 62. Barbatia in c. *At si clerici, à num.* 120. *usque ad num.* 158. præsertim *numer.* 138. *in fin. & seqq. supra eod.* & ibi etiam Dec. *numer.* 278. *vers. Ab aliam opinio*, dicens

hanc veriorem *de jure Bero, num.* 182. & 182 Anton. Burgol. *numer.* 106. *vers. Tu autem, cum tribus seqq.* Arnold. Albas. *in repetit. cap. Quoniam quæst.* 11. *à num.* 37. *usque ad* 75 *de hæretic. lib.* 8. Riminald. Jun. *cons.* 685. *num.* 30. *& seqq. vol.* 6. Berrent. *cons.* 76. *num.* 12. Plaza *in Epitom. delict. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 7. *&* 13. *&* 1. 22. *num.* 43. Villalobo. *commun. opinion. litera C, num.* 84. *& litera I, num.* 8. Bonacoss. *commun. opinion. crim. lib.* 1. *in verb. Clericis si per insidias*: & alii recentiores. Et eam tenuit aperte Host. in c. 1. *num.* 2. *de homic.* ubi firmat Clericum pro homicidio ex insidiis, seu cum proditione, esse qualificato, de quo loquitur illud cap. Ita demum esse tradendum Curiæ sæculari, si sit incorrigibilis, & non aliàs juxta tex. *his.* Item Clericum pro homicidio depositum si postea committat alia homicidia, non tamen esse tradendum Curiæ sæculari, nisi sit incorrigibilis secundum gradus hic præscriptos, sensit clarè Cardin. *hic num.* 4. *vers. Oppono.*

66 Principale fundamentum hujus opinionis est, quia Ecclesiastica libertas, & Clericorum exemptio à sæculari potestate non tantum Canonicis sanctionibus, sed etiam divina ordinatione fuit constituta cap. *Si imperator*, & ibi glo. *in verb. Et dissent.* Turrecrem. & præpos. *num.* 1. 96. *dist.* in Concil Trident. *sess.* 25 *de reformat. cap.* 20 & scripsi plenius in c. *Ecclesia sancta Mariæ, numer.* 10. *& seqq. supra de constitut.* & est communis

67 opinio, ut dixit Rota interius citanda *num.* 79. ergo solus Papa potest hujusmodi exemptionem limitare, seu declarare præscribendo in quibus casibus clerici sint per Ecclesiam degradandi, & comprimendi per Curiam sæcularem, quia cùm non puri hominis, sed veri Dei vice fungatur in terris, jus divinum non humana, sed divina potius auctoritate distinguit, seu declarat, ut in cap. *Quanto, supra de translat. Episcop.* & plenè declarant Host. *in summa, de rescript.* §. *Quæ vires, vers. Potest autem, & seq.* Joan. Andr. in cap. *Altæ legitimi, num.* 50. *in fin. vers. In contrarium allegatur, in Evangelio, de regul. jur. lib.* 6. Anchar. *cons.* 373. *Revocatur in dubium, & cons.* 239. Parum dubitationis, Præpositus in c. *Laterem, num.* 17. 1. *q.* 1.

68 Certi autem sunt casus, in quibus Romani Pontifices per Constitutiones suas vel in corpore juris inserta, vel extravagantes ordinave-

69 runt Clericos esse degradandos, & tradendos Curiæ sæculari, quorum primus est in crimine hæresis cap. *Ex communi omne, §. damnati.* & cap. *Ad abolendam, §. 1. de hæret.* cap. 1 & c. *Super eo, eod. tit. lib.* 6. Secundus est in crimine falsificationis litterarum Apostolicarum, cap. *Ad falsariorum, de crimin. falsi.* Tertius in crimine insidiarum, & conspirationis contra proprium Episcopum, c. *Si quis Sacerdotum*, 11. *qu.* 1. De quo dic plenius, ut scripsi in d. cap. *Ad abolendam, n.* 44. *de hæretic.* Et pro his tribus et similibus dumtaxat de jure communi clericum posse degradari, & tradi Curiæ sæculari alias verò tuendum esse per Ecclesiam determinat Innoc. in dicto cap. *Ex communi omne, numer.* 1. glossa in d. cap. *Ad abolendam, in ver. Relinquatur*: cum qua concordant ibi Host. *num.* 5. *vers. Ab hac regula excipiuntur casus.* Joan. Andr. *num.* 5. *vers. In glossa tertiæ*, Henric. Boic. *numer.* 21. *vers. Falsit.* ubi

etiam Joannem, & Tancredum in hanc sententiam citat. Butr. *num: 4. 20. vers: Fallit in crimi: cu filio*, Cardin. *num: 17.* & Abb. *num: 11. vers: Sed fallit primo*, Glossa in dict. c. *Si quis Sacerdotum, in ver: Mox depositus, 11. quæst. 1.* ubi etiam Archid. *num: 1.* Tutecrem. *num: 5. vers: Ad secundum quæstionem.* Gemin. *num: 4.* & Pezapol. *num. 5.* glos. in cap. *Novimus, in verb: Tradatur, de verbor: significat.* & ibi etiam Innocent. *num: 1.* dum se remittit ad ea, quæ dixit in dict. cap. *Excommunicamus*, Hostiens. *num: 1. in verb: Seculari tradatur Curiæ*: & Cardin. *num: 4.* & hic notat idem Hostiens. *num. 11.* Ex quibus patet hanc esse unanimem Canonistarum sententiam: & ita hanc esse communem theoricam Doctorum affirmat Gulielm. de Benedict. *post tertiam partem repet. cap. Raynutius de testam. in quæstione de homicid. num. 5. & sequent.* quem refert Follet. *in practic. crimin. canonic: fol. 272. num. 23.* & Jul. Clar. *in praxi crimin. §. fin. quæst: 36. vers: Sciat etiam*: in aliis autem criminibus utcunque atrocissimis sufficit sola depositio, nec debet actualiter degradari, si paratus sit se corrigere, sed debet detrudi in perpetuum carcerem, ut tenent omnes supracitati, & hanc dicit esse communem opinionem Boll. *in tit. de foro compe-*
72 *tent. num: 156.* Quartus casus est in Clerico affassino, qui tanquam publicè diffidatus, absque ulla depositione, vel sententia ipso jure & facto relinquitur Curiæ sæculari, ut in cap. *probatum, de homicid: lib. 6.* Unde tradendus est Curiæ sæculari non expectatâ incorrigibilitate. Et est communis opinio, ut attestatur Gulielm. de Benedict. *in dict. quæst: de homicid:* quam possit post repetit. cap: *Raynutius, fol: 41. in fin.* & Clar. *dictâ quæst. 36. vers. Quæro etiam.* Neque in hoc crimine affassinij requiritur solemnis degrada-
73 tio, ut dicit Cassane. *in consuet. Burgund: in tit. de truffiques rubr. 1. in ver: Si aucun, fol: 193. in 2. fallent.* & alij apud Clar. *dict: quæst: 36. vers:*
74 *Sed quæro; Tu fin.* Franch. *decis. 471. num: 7.* requiritur tamen declaratio Judicis Ecclesiastici, qua pronuntiet ipsum esse assassinum; & hæc est communis opinio, ut dicit Capic. *decis: 112.*
75 *num. 2.* & alij apud eundem Clar. *loc. cit.* Quintus casus est in Clerico incorrigibili, qui servatis gradibus pœnarum præscriptis in hoc cap. Cum ecclesia non habet ultra quid faciat, prævia degradatione traditur Curiæ sæculari secundum unum intellectum, & secundum alium per Curiam sæcularem comprimitur, ut dixi *supra nu.*
76 *25.* Sextus est in Presbyteris, & Clericis sæcularibus, & regularibus crimen nefandum contra naturam exercentibus: nam ex Constitutione 72. Pij V. incipien. *Horrendum illud scelus, in Bullar. tom. 2. pag. 299.* omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico illius Canonis auctoritate privantur, ita ut per judicem ecclesiasticum degradati potestati statim sæculari tradantur, quæ de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio devolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Quod etiam de perpetranti-bus hoc scelus idem Pontifex prius statuerat in Constitutione 4. incip *Cum primum, §. 11. eodem tom pag. 180* de cujus Bullæ intellectu vide quid scripsi in c. *Ad falsariorum, in §. non infra de crimine*
77 *falsi.* Septimus & octavus est in his, qui ad Ordinem Presbyteratûs minimè promoti, Missarum celebrationem reperti fuerint usurpâsse, vel sacramentalem confessionem audivisse. Ab Inquisitoribus enim, & locorum Ordinariis ab Ordinibus, si quos habuerint, degradati, statim Curiæ sæculari traduntur debitis pœnis plectendi ex Bulla 81. Clementis VIII. incipien. *Etsi alias,*
78 *in Bullar. tom. 3. pag. 128.* Nonus & ultimus est in personis ecclesiasticis tam sæcularibus, quàm regularibus, quæ in provinciis, regnis, civitatibus, & locis, in Italia duntaxat existentibus, aureas, vel argenteas monetas tondent, fabricant, colorant, vel alias adulterant, aut adulteratas scienter erogant, vel exponunt: nam prævia degradatione Curiæ sæculari punienda traduntur, ex Constitutione Urbani VIII. incipien. *in supremo, edita Idibus Novembris anno 1627.*

79 Cùm igitur regula stet pro exemptione Clericorum à sæculari potestate ante omnem humanam Constitutionem à jure divino inductam, ut dicit præcitata glossa in cap. *Si Imperator, 96. distinct.* & Bald. in auth. *Statuimus in principio Cod. de Episcopis, & Clericis*, & à prædicta regula certi tantùm casus reperiantur excepti, ut dictum est utique in aliis non exceptis firmatur regula in contrarium, ut non sit locus huic pœnæ degradationis, nec traditionis Curiæ sæculari, leg. *Quæsitum, §. Denique, ff. de fund. instruct.* leg. *Nam quod liquide, §. final. ff. de pen. legat.* cap. 2. *de conjugat. leprosi.* Et notat Dyn. *in rubr. de regul. jur. lib. 6.* & ita in proprijs terminis ratiocinatur Rota *Lucana Introjurisdictionis 4. Junij 1607.* coram Coccin. in prælla post Consil. Prosp. Farinac. *decis. 241.* ubi *num. 3.* dicit Clericos jure divino exemptos esse à jurisdictione laicorum ex præcitata glossa, quam Doctores communiter sequuntur, & *num. 7.* firmat Episcopum non posse devenire ad actualem degradationem Clerici, neque eum tradere Curiæ sæculari nisi in casibus à jure Canonico, & ex jure novo, ut suprà expressis, quos singillatim commemorat, licèt mentionem nõ faciat de ultimo casu Clerici monetarij, quia tunc temporis nondum edita fuerat Constitutio Urbani VIII.

80 Neque obstat, quòd exceptio non excludat casus similes, imò similia, & æquiparata exceptis censeantur exceptuata, ut notat glossa in *l. 1. in ver. Judicati, C. de condict. indebit.* & Abb. in cap. *Quoniam frequenter, num. 6. vers. Si ergo eadem*
81 *ratio, ut lit. non contestat.* Et quando in uno casu est per omnia eadem ratio, non potest dici ampliatio, vel extensio, sed exclusio, seu comprehensio sub eodem casu disposito, ut in his terminis advertit Anchar. *hic num. 23. vers. Non obstat si dicatur*, & post eum Franch. *decis. 370. num. 2.*
82 Quoniam ut ex Aretin. dixi *suprà num. 53.* hæ non procedit quando lex est simul pœnalis, & exorbitans, quia tunc non procedit de similibus adhibitis ex identitate vel majoritate rationis. Item non procedit quando agitur de limitanda exemptione Clericorum à jurisdictione laicali, ut per eum.

83 Et quod non ut deveniendum ad actualem Clerici degradationem extra casus in jure expressos, etiamsi in alijs sit eadem, vel major ratio, sic ostendo apertissimè. Nam laici cudentes falsam monetam, committunt crimen læsæ ma-

jestatis, & per leges civiles imponitur pœna excessiva, quia traduntur flammis exurendi, & eorum bona publicantur, leg. 2. *C. de falsi moneta*, secundum interpretationem, quam dicit esse communem Vivius *comm: opinion: in verb: Monetam falsam imperatoris*, Covarr. *Veterum collatio Numismatum, cap. 8. num. 3.* & in Gallia falsificantes monetam Regis, in aqua fervente, sive bulliente suffocantur, ut refert Igne. *in repet: §. Non alias, num: 497. ff. ad Sallanian.* & Jul. Clar. *in praxi crimin: §. Falsum, vers: Dixi etiam*; & tamen Clericimonetarij ante dictam Bullam Urbani VIII. non tradebantur Curiæ sæculari, ut in Extravag: *unic. de crimin: fals: inter communes*: cùm hoc esset speciale in falsarijs litterarum Apostolicarum, ut in dict: c. *Ad falsariorum, de crimin: fals.* nec post Bullam traduntur nisi in Italia.
86 Similiter clerici Idolorum cultores, Aruspices, & Sortilegi de jure canonico deponuntur, & detruduntur in monasterium, ut cap. *Si quis Epi-*
87 *scopus*, cum *cap: seqq: usque in fin: 26. quæst. 5.* Et tamen de jure Civili laici concremantur, & eorum bona publicantur, saltem in casu, *l. 3. C. De*
88 *malefic. & mathemat.* Item Episcopi, & Clerici rebellantes Sedi Apostolicæ non traduntur Curiæ sæculari, nisi sequutâ incorrigibilitate, *c. De Liguribus, 23. quæst. 5.* & tamen committunt crimen atrocissimum læsæ majestatis in primo capite, ut *l. 1. in prima*, & quod ibi notatur, *ff. ad leg. Iul: majest.* nec in Clem. *Pastoralis, de re judicat.* Aretin. *hic num: 56.* & servatur ubique ut scindantur in frusta, teste Julio Claro *in §. Læsæ majestatis,*
89 *vers: Sed quæro quæ sit pœna.* Et eodem modo clerici contra naturam incontinentes, secundùm Canones non traduntur Curiæ sæculari, sed deponuntur, & in monasterium detruduntur, ut cap. *Clerici, de excess: Prælat.* licèt hoc crimen sit atrocissimum, & Bulla Pij V. restringitur ad exercentes, ut dictum est *suprà num: 76.*

90 Ex quibus patet verum non esse quod tradit Abb. in cap: *Ut si Clerici, num: 41. suprà cod.* ubi ait posse circa hoc dari novam doctrinam, quod ubicunque per leges imponitur pro crimine atrocissimo aliqua pœna ex sævissimis, puta ut reus damnetur ad bestias, vel igne comburatur, aut in frusta scindatur, contra clericum talia committentem possit judex laicus procedere super tali crimine atrocissimo, & episcopum in sententia, & processu prævenire, & eo degradato legali pœnâ afficere: patet enim ex prædictis etiam ubi lex imponit aliquam ex prædictis pœnis sævissimis, & excessivis, nihilominus non esse locum degradationi: & multò minus præventioni judicis laici, quia etiam in casibus in quibus expressum est in jure, ut Clericus degradetur, nihilominus non efficitur de foro sæculari, nisi postquam degradatio fuerit celebrata sæculari potestate præsente, ac pronuntiatum eidem cùm fuerit celebrata, ut in suum forum re-
91 cipiat degradatum: & sic intelligitur tradi Curiæ sæculari, ut est expressum in cap. *Novimus, de verb: significat.* & ibi dixi *num: 5. & 6.* facit cap. *Degradato, in fin. de pœn. lib. 6.* Cavendum est igitur ab hac nova Doctrina secundùm illud Apostoli: 12. *ad Hebræos 9. Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci.* Ad hoc c. *Qui nescit. 11. distinct.* & quod notat glos. ult. in c. *Cùm consuetudinis suprà de consuetudin.*

92 Secundò principaliter pro hac opinione inducitur multipliciter hoc cap. Nam Papa hic fuit consultus, an Regibus liceat clericos judicare, sive in furto, sive in homicidio vel perjurio, seu quibuscumque fuerint criminibus deprehensi: & quamvis in responsione simpliciter dicat pro furto, vel homicidio, vel perjurio seu alio crimine, tamen illa dictio, *quibuscumque*, censeri debet repetita, ut responsio congruat interrogationi, *l. Ut responsum, C. de transactionib. §. Præterea Institut: de inutil: stipul.* Et ita intelligit hunc text. glos. in figuratione casûs, dum dicit: Papa respondet, quòd si clericus in furto, vel alio quocunque
93 crimine deprehensus fuerit, *&c.* Dictio autem, *quacunque*, facit venire majora non obstante verbo, *alia*, ad notat. per Aretin. in *l. Quicunque, per illum text. C. Qui admitt.* & glos. juncto tex. in c. *Si sibi absenti, in vers. Quicunque alius, de præben: lib. 6.* & firmavit Rota coram Crescentio *decis: 1. aliàs 32. de privileg.*

94 Præterea hic tex. comprehendit homicidium & furtum sub unica verborum structura, & determinatione: ergo debet utrunque casum æqualiter determinare, *l. Iam hoc jure, §. Si autem*, & ibi Bart. *num: 1. ff. de vulgar.* & *l. fin. C. de sentent. cum similib.* Sed pro furto qualificato scilicet rei sacræ, & cum sacrilegio, Canones non imponunt hanc pœnam traditionis Curiæ sæculari, ut cap. *fin. de furt.* ergo nec pro homicidio cum sacrilegio, vel alias qualificato.

95 Ulterius quòd plura furta, vel plura homicidia non sufficiant ad tradendum clericum Curiæ sæculari non datâ incorrigibilitate secundùm gradus hic præscriptos, probatur hic evidenter: Nam dicit text. depositum pro homicidio, vel furto, vel perjurio non statim esse comprimendum per sæcularem potestatem; sed si sit incorrigibilis, prius esse excommunicandum, & cre-
96 scente contumaciâ anathematizandum. Dicitur autem incorrigibilis, qui similia, vel deteriora crimina committit, nec vult pœnitere, secundùm Anton. de Butr. *hic num: 22.* Ergo iteratio delictorum non sufficit ad tradendum Curiæ sæculari, nisi deveniat in profundum malorum, & sic sequatur ultima incorrigibilitas, quæ succedit post anathema. Tunc enim Ecclesia non habet ultra quid faciat, & ideo ne ille sit perdito plurimorum, relinquit eum sæculari potestati puniendum. Quod bene observat Host. hic prope fin. & Dec. in dict. c. *Si clerici, num: 258. suprà eodem*, & latiùs dictum est *suprà in ult. notabili.*

97 Ad hæc Clericus non est tradendus Curiæ sæculari, nisi quando ecclesia non habet ultra quid faciat, id est, quando de facto propter illius potentiam non potest eum comprimere, ut ostensum est *suprà in decimo notabili.* Ergo non debet attendi ad effectum traditionis quale sit delictum, quod Clericus committit, sed an pro illo delicto possit per Ecclesiam coerceri de facto; & consequenter nec pro homicidio qualificato, vel iterato erit locus hunc pœnæ quamdiu Ecclesia de facto non impeditur pœnis canonicis in eum animadvertere.

Sed esto illa verba essent intelligenda de jure, & non de facto: nihilominus ut bene considerat Aretin: *hic nu: 52.* quod hic dicitur, non tantùm respicit pœnam criminis, sed etiam reme-

dum corrigibilitatis, & conversionis; & intendit Pontifex, ut quando Ecclesia est experta omnes modos conversionis, & non profuit, tunc demum Curiæ commitatur per sæcularem potestatem. Quamvis ergo contra Clericum, qui homicidium qualificatum, vel iteratum commisit, Ecclesia non habeat ultra quid faciat ad puniendum, habet tamen ultra quid faciat ad corrigendum, & hoc penderat textus noster, qui fortissimè facit contra opinionem Ancharani, & sequacium: Nam ut vides, Clericus non traditur Curiæ sæculari, nisi his duobus concurrentibus, videlicet ut Ecclesia non habeat ultra quid faciat, & Clericus sit incorrigibilis, quod perinde est ac dicere, ut quoad pœnam, & quoad correctionem Ecclesia non habeat ultra quid faciat ad conversionem, maximè si Clericus sit paratus culpam fateri, & pœnitere, vel non nisi ut se velle pœnitentiam subire. Igitur cum hæc duo
99 copulativè requirantur, non sufficit alterum ad inducendum hunc effectum, ut l. *Si hæredi plures, ff. de condit. instit.* & notatur in c. 2. *supra de resc.ript.*

100 Tertiò principaliter pro hac opinione est textus in cap. *Tua, infra de pœnis*, ubi Pontifex requisitus qualiter puniri debeant Clerici in latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus deprehensi, respondet eos à suis Ordinibus degradatos esse detrudendos in arcta monasteria ad pœnitentiam
101 peragendam: nam latrocinium est delictum gravius, quàm furtum, cap. 1. *in fin. de homicid.* unde secundum Host. in d. c. *Tua, in princ.* & Jo. Andr. *num.* 1. ille textus loquitur de ijs, qui se immiscent enormitatibus, juxta cap. *Perpendimus, de sent. excommun.* Et sic loquitur de furibus qualificatis, & non de simplicibus, qui tamen & ipsi à suis Ordinibus sunt deponendi, ut hic patet, & degradatio, de qua in dict. c. *Tua*, intelligitur de verbali, scilicet depositione, non de actuali, secundùm Jo. Andr. *ibi num.* 2. alias non congrue-
102 rent quæ ibi sequuntur de pœna detrudendi in monasterium: nam actualiter degradatus exuitur omni privilegio clericali, & statim efficitur de foro sæculari, ut c. *Degradatus, de pœnis, lib. 6.* & c. *Novimus, de verb. signific.* & latius dictum est *supra n. 16. 90. & 91.* Item verba illa, in latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus, apta sunt comprehendere etiam plura latrocinia, vel magna scelera: ergo est ibi textus expressius, quòd pro furto etiam qualificato, vel iterato Ecclesia non
103 imponit pœnam actualis degradationis.

Quarto, & ultimò, alijs omissis, ad idem est textus apertus in cap. *Ex famæ, infra de sentent. excommunicat.* ubi decidit, ut Clerici, qui gravitèr excedentes à Prælatis suis in monasterium detrusi carcerem claustri effugiunt, & prioribus ie sceleribus scelestius immiscent, ab ijsdem Prælatis possint, ac debeant arctè custodiæ mancipari, ne aliter ad similia, vel deteriora labantur; nec Curia sæcularis possit illos capere nisi de mandato eorundem Prælatorum, quia tunc non suâ, sed illorum authoritate id facere videntur. Pondera illa verba: *graviter excedentes*, junctis verbis: *prioribus sceleribus*, quæ ostendunt hos Clericos gravia, seu magna scelera commisisse; & hic homicidia vel furta, & similia, de quibus loquitur hoc cap. & d. cap. *Tua, de pœnis.* Item pondera verba: *prioribus se sceleribus scelestius immiscentes*: nec non illa: *ad pejora*: quæ demonstrant eos deinde iterata, & graviora scelera commisisse. Et nihilominus à suis judicibus Ecclesiasticis sunt comprimendi vel per seipsos, vel si necesse fuerit invocato brachij sæcularis auxilio. Ergo est ibi casus expressus, quòd pro magnis sceleribus iteratis, & scientiam pro homicidio qualificato, vel iterato Clericus non traditur Curiæ sæculari non datâ incorrigibilitate. Ex quibus puto hanc opinionem verissimam, & non esse tutum ab ea recedere in judicando, vel consulendo.

104 Porrò in hac opinionum contrarietate alij considerantes etiam cessante incorrigibilitate à Clericis perpetrari posse talia flagitia, quæ non valeant condignè punirì solâ depositione, vel detrusione in monasterium, cujus loco successit transmissio ad triremes, nunc verò in ergastulum existimârunt hoc relinquendum esse arbitrio judicis Ecclesiastici, qui juxta qualitatem facti, & personarum decernat an delinquens sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus, nec ne: inter quos Covarr. *pract. quæst. lib. 2. quæst. 20. num. 7.* ubi ait: (Nec tamen inficior posse contingere homicidium, aliudve crimen ita perniciosum Reipublicæ inspectis loci, temporis, & personarum qualitatibus, quod arbitrio discretorum judicum hanc traditionem justissimè patiatur. Et ex illo idem repetunt Plaza *in Epitom. del dor. lib. 1. cap. 21. num. 13. vers. Nec me latet*, Didac. Perez *tom. 3. comm. in ordin. regni*, Castell. *lib. 8. tit. 4. l. 3. sub vers. Verum ant. in degradatur.* Clar. *in §. fin. dict. quæst. 36 vers. Pariter etiam*, ubi postquam dixit opinionem Ancharani, & Abbatis servari in practica, ut scilicet propter homicidium proditorium, vel aliud enorme, & gravissimum delictum Clericus degradatus tradatur Curiæ sæculari non expectatâ incorrigibilitate, seque etiam vidisse aliquando ita observari: concludit in hujusmodi casibus enormibus hoc relinquendum esse arbitrio ipsius judicis ecclesiastici degradantis, qui secundùm qualitatem facti & personarum decernat an sit tradendus Curiæ sæculari, vel non; subdit tamen in dubio non esse faciendam traditionem Clerici delinquentis, qui non est incorrigibilis, nisi natura rei, & circumstantiæ criminis aliud suadeant: & idem dicunt Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 66. vers. Aliqui tamen sunt, & 67.* Farinac. *qu. 8. num. 81. vers. Ego*, & alij recentiores. Addunt nonnulli hujusmodi arbitrium non aliter explicandum esse, quàm consulto prius Summo Pontifice, secundùm ea, quæ tradit Episcopus Scradensis *in tract. de censur. & irregularit. tit. de deposit. & degradat. cap. 14.* Qui pluribus exemplis ostendit in multis mundi partibus sæpius servatum fuisse dictam opinionem Anchatani, & Abbatis, accedente tamen Summi Pontificis authoritate, & non aliàs. Quod etiam admittit Gregor. Lopez *in leg. Partit. Hispan. l. 61. verb. Homicidio, tit. 6. part. 1.* & Farinac. *dict. quæst. 8. num. 81. circa fin.* ibi. & tamen semper Pontifice consulto, qui propterea *cons. 143. num. 1. in fin. vol. 2.* respondit, Presbyterum, qui occidit Præpositum Villæ Cerenaschi, & bonis expoliavit, de jure potuisse etiam non expectatâ incorrigibilitate, prævia reali degradatione tradi Curiæ sæculari, saltem Papâ consulto: & hoc similiter tutius esse dixit Martinus del Rio *disquisit. magicar. lib. 5. sect. 16. sub vers. Si quarta.*

Sed

Sed quidquid dicant isti, cùm jura in hoc articulo sint clara, non relinquitur locus arbitrio judicis, cap. *de causis, supra de offic. deleg.* & ideò tenendum quod primò dixi.

106 Et ita die 16. Novembris 1650. in Congregatione à Sanctissimo specialiter deputata actum fuit de causa cujusdam Marij Capponetti Siculi solemniter professi in Religione Fratrum Capucinorum Sancti Francisci, qui in eadem commiserat furtum excedens summam scutorum centum, & loco triremium, ad quas damnatus fuerat, septennium manserat in carcere; ac deinde ad sacerdotium promotus, habitu religionis temerè dimisso, apostatavit, & per annum extra Religionem vagatus in habitu clericali, tandem Romæ anno Jubilæi patravit decem magna furta in palatijs diverforum Magnatum cum portarum & seriniorum fractura, in quorum ultimo deprehensus, & carceribus mancipatus omnia singillatim confessus fuit; & cùm dubitaretur an propterea esset degradandus, & tradendus Curiæ sæculari, ut lueret pœnam ultimi supplicij, articulo de mandato Sanctissimi accurate discusso, resolutum fuit contra opinionem Ancharani, & Abbatis non esse locum huic pœnæ degradationis, nec traditionis Curiæ sæculari, sed tantùm detrusioni in perpetuum carcerem, vel ad triremes. Quam Congregationis sententiam Sanctitas Sua ad se relatam approbavit. Et ita prædictus reus in effectu ad triremes in perpetuum fuit transmissus, &c.

DE IVDICIIS.

Cap. Cum venissent.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Tridentini decreta an, & quibus liceat interpretari. & num. 9. usque in finem.*

Interpretationum quatuor sunt species: Principis, Consultudinis, Iudicis, & Magistrorum; & in quibus differant. ibid. & n. seq.

2 *Interpretatio, quam Princeps facit non ut Legislator, sed ut Magister, probabilis est, non necessaria.*

3 *Interpretatio tralativa quæ sit.*

4 *Interpretatio argumentalis & extrinseca propriè non inest legi.*

5 *Interpretatio improprie quotuplex sit.*

6 *Interpretatio quid sit.*

7 *Verba legum exponimus, leges non interpretamur, sed declaramus.*

8 *Interpretatio alia est litteralis, alia quæ in obscuritate sententiæ, seu dubietate verborum consistit.*

9 *Bulla Pij IV. circa prohibitionem interpretationis Concilij Tridentini refertur.*

10 *Bulla Pij IV. prohibens Tridentini Concilij interpretationem, de qua interpretationis specie sit intelligenda.*

11 *Concilij Tridentini Canones & Decreta nemo potest per modum legis universalis interpretari nisi solus Papa. & nn. seqq.*

12 *Canones, & Leges interpretari potest tantùm, qui potest condere.*

13 *Declaratio dubiorum emergentium ex decretis generalium Conciliorum à Sede Apostolica petenda est.*

Cognata quæ tendit ad destructionem, vel confirmationem alterius, debet ab eo procedere, qui potest actum celebrare. ibid. vers. Quæ conclusio.

14 *Papa potest Concilium Tridentinum interpretari tam per seipsum, quàm per eos, quibus id munus specialiter demandaverit.*

15 *Legatus non modò suam constitutionem, sed etiam rescriptum Papæ potest interpretari.*

16 *Interpretatio Papæ, vel habentis authoritatem ab ipso habet vim generalis Constitutionis, etiamsi in aliquo speciali casu, ad consultationem alicujus edita fuerit.*

17 *Congregationis Concilij declarationes sigillo, & subscriptione munita, etiamsi editæ fuerint in aliquo speciali casu, faciunt jus quoad omnes, perinde ac si à Papa editæ essent.*

18 *Congregatio Episcoporum & Regularium non habet jus Tridentini Concilij decreta interpretandi. & num. seqq.*

Iurisdictio Papæ reservata non comprehenditur in concessione jurisdictionis quantumcunque generali. ibidem.

19 *Interpretandi potestas cohæret personæ, & in alium non transit.*

20 *Legatus de Latere Tridentini Concilij decreta interpretari non potest absque speciali facultate.*

21 *Episcopi in suis decretis, & Constitutionibus, & Iudices in suis sententijs & interlocutionibus interpretari non possunt decreta Concilij Tridentini, & num. seqq. usque ad num. 52.*

22 *Iudicibus an, & quomodo liceat jura interpretari, & num. seq. usque ad num. 25. & jum. 28. usque ad num. 44.*

23 *Episcopi prohibentur generalium Conciliorum dubia interpretari.*

24 *Intellectus l. fin. C. de legib. l. 2. §. Si quid vero, C. de veter. Jur. enucl. & l. Non possunt, ff. de legib.*

25 *Bulla Pij IV. dum prohibet ne quis audeat statuere super decretis Concilij Tridentini, intelligitur de statutis declaratorijs. & num. seqq.*

26 *Episcopi tanquam executoribus Concilij Tridentini in sua diœcesi licet pro hujusmodi executione edicta proponere.*

27 *Reges efficere debent ut custodiantur leges & præcepta Dei.*

28 *Pretextus, seu color quid sit.*

20 *Verbum statuere, necessitatem inducit, & in materia declaratoria non importat nisi interpretationem authoritativam.*

30 *Congregatio Concilij à Pio IV. ad Concilium Tridentinum non interpretandum, sed exequendum, assumpta habitavit, an ab initio ei licuisset Concilium interpretari.*

31 *Rotæ Romanæ decisiones sunt Magistrales, & probabiles tantùm, licet magnum habeant pondus authoritatis.*

31 *Rotæ Romanæ decisiones prævalent communi opinioni.*

33 *Item faciunt jus in Curia ad instar stylì, saltem si secundùm eas fuerit sæpius judicatum.*

34 *Rotæ Romanæ in suis decisionibus non licet Tridentini Concilij decreta interpretari absque speciali facultate. & n. seq.*

35 *Signatura Iustitiæ, cùm in genere & confusè petitur commissio causæ, debet in commissione addere clau-*

dum corrigibilitatis, & conversionis; & intendit Pontifex, ut quando Ecclesia est experta omnes modos conversionis, & non profuit, tunc demum Curiæ commitatur per sæcularem potestatem. Quamvis ergo contra Clericum, qui homicidium qualificatum, vel iteratum commisit, Ecclesia non habeat ultra quid faciat ad puniendum, habet tamen ultra quid faciat ad corrigendum, & hoc penderat textus noster, qui fortissimè facit contra opinionem Ancharani, & sequacium: Nam ut vides, Clericus non traditur Curiæ sæculari, nisi his duobus concurrentibus, videlicet ut Ecclesia non habeat ultra quid faciat, & Clericus sit incorrigibilis, quod perinde est ac dicere, ut quoad pœnam, & quoad correctionem Ecclesia non habeat ultra quid faciat ad conversionem, maximè si Clericus sit paratus culpam fateri, & pœnitere, vel non nisi ut se velle pœnitentiam subire. Igitur cum hæc duo
99 copulativè requirantur, non sufficit alterum ad inducendum hunc effectum, ut l. *Si hæredi plures, ff. de condit. instit.* & notatur in c. 2. *supra de resc.ript.*

100 Tertiò principaliter pro hac opinione est textus in cap. *Tua, infra de pœnis*, ubi Pontifex requisitus qualiter puniri debeant Clerici in latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus deprehensi, respondet eos à suis Ordinibus degradatos esse detrudendos in arcta monasteria ad pœnitentiam
101 peragendam: nam latrocinium est delictum gravius, quàm furtum, cap. 1. *in fin. de homicid.* unde secundum Host. in d. c. *Tua, in princ.* & Jo. Andr. *num.* 1. ille textus loquitur de ijs, qui se immiscent enormitatibus, juxta cap. *Perpendimus, de sent. excommun.* Et sic loquitur de furibus qualificatis, & non de simplicibus, qui tamen & ipsi à suis Ordinibus sunt deponendi, ut hic patet, & degradatio, de qua in dict. c. *Tua*, intelligitur de verbali, scilicet depositione, non de actuali, secundùm Jo. Andr. *ibi num.* 2. alias non congrue-
102 rent quæ ibi sequuntur de pœna detrudendi in monasterium: nam actualiter degradatus exuitur omni privilegio clericali, & statim efficitur de foro sæculari, ut c. *Degradatus, de pœnis, lib. 6.* & c. *Novimus, de verb. signific.* & latius dictum est *supra n. 16. 90. & 91.* Item verba illa, in latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus, apta sunt comprehendere etiam plura latrocinia, vel magna scelera: ergo est ibi textus expressius, quòd pro furto etiam qualificato, vel iterato Ecclesia non
103 imponit pœnam actualis degradationis.

Quarto, & ultimò, alijs omissis, ad idem est textus apertus in cap. *Ex famæ, infra de sentent. excommunicat.* ubi decidit, ut Clerici, qui gravitèr excedentes à Prælatis suis in monasterium detrusi carcerem claustri effugiunt, & prioribus ie sceleribus scelestius immiscent, ab ijsdem Prælatis possint, ac debeant arctè custodiæ mancipari, ne aliter ad similia, vel deteriora labantur; nec Curia sæcularis possit illos capere nisi de mandato eorundem Prælatorum, quia tunc non suâ, sed illorum authoritate id facere videntur. Pondera illa verba: *graviter excedentes*, junctis verbis: *prioribus sceleribus*, quæ ostendunt hos Clericos gravia, seu magna scelera commisisse; & hic homicidia vel furta, & similia, de quibus loquitur hoc cap. & d. cap. *Tua, de pœnis.* Item pondera verba: *prioribus se sceleribus scelestius immiscentes*: nec non illa: *ad pejora*: quæ demonstrant eos deinde iterata, & graviora scelera commisisse. Et nihilominus à suis judicibus Ecclesiasticis sunt comprimendi vel per seipsos, vel si necesse fuerit invocato brachij sæcularis auxilio. Ergo est ibi casus expressus, quòd pro magnis sceleribus iteratis, & scientiam pro homicidio qualificato, vel iterato Clericus non traditur Curiæ sæculari non datâ incorrigibilitate. Ex quibus puto hanc opinionem verissimam, & non esse tutum ab ea recedere in judicando, vel consulendo.

104 Porrò in hac opinionum contrarietate alij considerantes etiam cessante incorrigibilitate à Clericis perpetrari posse talia flagitia, quæ non valeant condignè punirì solâ depositione, vel detrusione in monasterium, cujus loco successit transmissio ad triremes, nunc verò in ergastulum existimârunt hoc relinquendum esse arbitrio judicis Ecclesiastici, qui juxta qualitatem facti, & personarum decernat an delinquens sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus, nec ne: inter quos Covarr. *pract. quæst. lib. 2. quæst. 20. num. 7.* ubi ait: (Nec tamen inficior posse contingere homicidium, aliudve crimen ita perniciosum Reipublicæ inspectis loci, temporis, & personarum qualitatibus, quod arbitrio discretorum judicum hanc traditionem justissimè patiatur. Et ex illo idem repetunt Plaza *in Epitom. del dor. lib. 1. cap. 21. num. 13. vers. Nec me latet*, Didac. Perez *tom. 3. comm. in ordin. regni*, Castell. *lib. 8. tit. 4. l. 3. sub vers. Verum ant. in degradatur.* Clar. *in §. fin. dict. quæst. 36 vers. Pariter etiam*, ubi postquam dixit opinionem Ancharani, & Abbatis servari in practica, ut scilicet propter homicidium proditorium, vel aliud enorme, & gravissimum delictum Clericus degradatus tradatur Curiæ sæculari non expectatâ incorrigibilitate, seque etiam vidisse aliquando ita observari: concludit in hujusmodi casibus enormibus hoc relinquendum esse arbitrio ipsius judicis ecclesiastici degradantis, qui secundùm qualitatem facti & personarum decernat an sit tradendus Curiæ sæculari, vel non; subdit tamen in dubio non esse faciendam traditionem Clerici delinquentis, qui non est incorrigibilis, nisi natura rei, & circumstantiæ criminis aliud suadeant: & idem dicunt Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 66. vers. Aliqui tamen sunt, & 67.* Farinac. *qu. 8. num. 81. vers. Ego*, & alij recentiores. Addunt nonnulli hujusmodi arbitrium non aliter explicandum esse, quàm consulto prius Summo Pontifice, secundùm ea, quæ tradit Episcopus Scradensis *in tract. de censur. & irregularit. tit. de deposit. & degradat. cap. 14.* Qui pluribus exemplis ostendit in multis mundi partibus sæpius servatum fuisse dictam opinionem Anchatani, & Abbatis, accedente tamen Summi Pontificis authoritate, & non aliàs. Quod etiam admittit Gregor. Lopez *in leg. Partit. Hispan. l. 61. verb. Homicidio, tit. 6. part. 1.* & Farinac. *dict. quæst. 8. num. 81. circa fin.* ibi. & tamen semper Pontifice consulto, qui propterea *cons. 143. num. 1. in fin. vol. 2.* respondit, Presbyterum, qui occidit Præpositum Villæ Cerenaschi, & bonis expoliavit, de jure potuisse etiam non expectatâ incorrigibilitate, prævia reali degradatione tradi Curiæ sæculari, saltem Papâ consulto: & hoc similiter tutius esse dixit Martinus del Rio *disquisit. magicar. lib. 5. sect. 16. sub vers. Si quarta.*

Sed

Sed quidquid dicant isti, cùm jura in hoc articulo sint clara, non relinquitur locus arbitrio judicis, cap. *de causis, supra de offic. deleg.* & ideò tenendum quod primò dixi.

106 Et ita die 16. Novembris 1650. in Congregatione à Sanctissimo specialiter deputata actum fuit de causa cujusdam Marij Capponetti Siculi solemniter professi in Religione Fratrum Capucinorum Sancti Francisci, qui in eadem commiserat furtum excedens summam scutorum centum, & loco triremium, ad quas damnatus fuerat, septennium manserat in carcere; ac deinde ad sacerdotium promotus, habitu religionis temerè dimisso, apostatavit, & per annum extra Religionem vagatus in habitu clericali, tandem Romæ anno Jubilæi patravit decem magna furta in palatijs diverforum Magnatum cum portarum & seriniorum fractura, in quorum ultimo deprehensus, & carceribus mancipatus omnia singillatim confessus fuit; & cùm dubitaretur an propterea esset degradandus, & tradendus Curiæ sæculari, ut lueret pœnam ultimi supplicij, articulo de mandato Sanctissimi accurate discusso, resolutum fuit contra opinionem Ancharani, & Abbatis non esse locum huic pœnæ degradationis, nec traditionis Curiæ sæculari, sed tantùm detrusioni in perpetuum carcerem, vel ad triremes. Quam Congregationis sententiam Sanctitas Sua ad se relatam approbavit. Et ita prædictus reus in effectu ad triremes in perpetuum fuit transmissus, &c.

DE IVDICIIS.

Cap. Cum venissent.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Tridentini decreta an, & quibus liceat interpretari. & num. 9. usque in finem.*

Interpretationum quatuor sunt species: Principis, Consultudinis, Iudicis, & Magistrorum; & in quibus differant. ibid. & n. seq.

2 *Interpretatio, quam Princeps facit non ut Legislator, sed ut Magister, probabilis est, non necessaria.*

3 *Interpretatio tralativa quæ sit.*

4 *Interpretatio argumentalis & extrinseca propriè non inest legi.*

5 *Interpretatio improprie quotuplex sit.*

6 *Interpretatio quid sit.*

7 *Verba legum exponimus, leges non interpretamur, sed declaramus.*

8 *Interpretatio alia est litteralis, alia quæ in obscuritate sententiæ, seu dubietate verborum consistit.*

9 *Bulla Pij IV. circa prohibitionem interpretationis Concilij Tridentini refertur.*

10 *Bulla Pij IV. prohibens Tridentini Concilij interpretationem, de qua interpretationis specie sit intelligenda.*

11 *Concilij Tridentini Canones & Decreta nemo potest per modum legis universalis interpretari nisi solus Papa. & nn. seqq.*

12 *Canones, & Leges interpretari potest tantùm, qui potest condere.*

13 *Declaratio dubiorum emergentium ex decretis generalium Conciliorum à Sede Apostolica petenda est.*

Cognata quæ tendit ad destructionem, vel confirmationem alterius, debet ab eo procedere, qui potest actum celebrare. ibid. vers. Quæ conclusio.

14 *Papa potest Concilium Tridentinum interpretari tam per seipsum, quàm per eos, quibus id munus specialiter demandaverit.*

15 *Legatus non modò suam constitutionem, sed etiam rescriptum Papæ potest interpretari.*

16 *Interpretatio Papæ, vel habentis authoritatem ab ipso habet vim generalis Constitutionis, etiamsi in aliquo speciali casu, ad consultationem alicujus edita fuerit.*

17 *Congregationis Concilij declarationes sigillo, & subscriptione munita, etiamsi editæ fuerint in aliquo speciali casu, faciunt jus quoad omnes, perinde ac si à Papa editæ essent.*

18 *Congregatio Episcoporum & Regularium non habet jus Tridentini Concilij decreta interpretandi. & num. seqq.*

Iurisdictio Papæ reservata non comprehenditur in concessione jurisdictionis quantumcunque generali. ibidem.

19 *Interpretandi potestas cohæret personæ, & in alium non transit.*

20 *Legatus de Latere Tridentini Concilij decreta interpretari non potest absque speciali facultate.*

21 *Episcopi in suis decretis, & Constitutionibus, & Iudices in suis sententijs & interlocutionibus interpretari non possunt decreta Concilij Tridentini, & num. seqq. usque ad num. 52.*

22 *Iudicibus an, & quomodo liceat jura interpretari, & num. seq. usque ad num. 25. & jum. 28. usque ad num. 44.*

23 *Episcopi prohibentur generalium Conciliorum dubia interpretari.*

24 *Intellectus l. fin. C. de legib. l. 2. §. Si quid vero, C. de veter. Jur. enucl. & l. Non possunt, ff. de legib.*

25 *Bulla Pij IV. dum prohibet ne quis audeat statuere super decretis Concilij Tridentini, intelligitur de statutis declaratorijs. & num. seqq.*

26 *Episcopi tanquam executoribus Concilij Tridentini in sua diœcesi licet pro hujusmodi executione edicta proponere.*

27 *Reges efficere debent ut custodiantur leges & præcepta Dei.*

28 *Pretextus, seu color quid sit.*

20 *Verbum statuere, necessitatem inducit, & in materia declaratoria non importat nisi interpretationem authoritativam.*

30 *Congregatio Concilij à Pio IV. ad Concilium Tridentinum non interpretandum, sed exequendum, assumpta habitavit, an ab initio ei licuisset Concilium interpretari.*

31 *Rotæ Romanæ decisiones sunt Magistrales, & probabiles tantùm, licet magnum habeant pondus authoritatis.*

31 *Rotæ Romanæ decisiones prævalent communi opinioni.*

33 *Item faciunt jus in Curia ad instar stylì, saltem si secundùm eas fuerit sæpius judicatum.*

34 *Rotæ Romanæ in suis decisionibus non licet Tridentini Concilij decreta interpretari absque speciali facultate. & n. seq.*

35 *Signatura Iustitiæ, cùm in genere & confusè petitur commissio causæ, debet in commissione addere clau-*

clausulam, dummodo non agatur de interpretatione Decretorum Concilij Trident.

36 Iudex delegatus in causa sibi commissa fungitur vice Papæ, & est major Ordinario.

37 Episcopo sim sua diœcesibus, & Iudicibus in causis pendentibus liceret Concilium Tridentinum interpretari, qua incommoda sequerentur.

38 Iudicem oportet Legum, & Canonum sensu, & mentem scrutari, etiam posthabitâ verborum proprietate, quod sine interpretatione fieri non potest.

39 Iudex super puncto tantùm, quæ juridicè sententiâ decidi non possunt, debet Principem consulere.

Declaratur. n. 51.

40 Interpretationis prohibitio non afficit ubi copia Principis haberi non potest.

41 Iudices super dubijs litterarum Apostolicarum nullatenus possunt judicare seu pronunciare, sed tantùm cognoscere incidenter.

42 Iudex de dubio arduo, & inexplicabili super literis Apostolicis etiam incidenter cognoscere non potest, sed debet Papam consulere.

43 Interpretatio dubiorum super literis Apostolicis emergentium indistincte petenda est à Papa si sit præsens in loco.

44 Iudex cum incidit dubium concernens interpretationem Concilij Tridentini, quomodo se gerere debeat in cognitione, & expeditione causæ.

45 Interpretationi locum non est ubi verba sunt clara.

46 Iudex cum dicitur, & principaliter versatur in dubium super intellectu alicujus decreti Concilij Tridentini, omninò abstinere debet ab interpretatione.

47 Iudex etiam incidenter de dubijs super decretis Concilij Tridentini cognoscere non potest, si commodè pateat aditus ad Congregationem.

48 Iudices, qui ob locorum distantiam, vel aliud legitimum impedimentum nequeunt ad Congregationem Concilij recurrere, possunt, si periculum sit in mora, de dubijs non arduis decretorum Concilij incidenter cognoscere, & super negotio principali pronunciare.

49 Impedimentum insistens publicæ honestati, quod oritur ex matrimonio contra formam Concilij contracto per verba de præsenti, & non consummato, non fuit à Concilio sublatum, & durat usque ad quartum gradum.

50 Episcopi & Iudices, etiamsi difficilis sit recessus ad Sedem Apostolicam, dubium arduum, & difficile super decretis Concilij Tridentini etiam incidenter decidere non debent.

51 Iudex in dubijs decidendis quem ordinem servare teneatur.

52 Doctores, & Magistri prohibentur glossas, commentarios, adnotationes, & scholia super decretis Concilij Tridentini typis mandare, atque impressa edere, & n. seq. usque ad n. 64.

53 Bulla Pij V. prohibens ne quis edat ullum genus interpretationis super decretis Concilij Tridentini, includit etiam interpretationem probabilem, & n. seqq.

54 Iudices seculares minimè possunt leges Canonicas & Conciliares interpretari.

55 Verba universalia includunt etiam ea, quæ aliàs à dispositione generali non includerentur.

56 Canonum statuta Principum Constitutionibus adjuvantur.

57 Iurisperitum, qui edidit glossam impressam Hispano idiomate super Concilio Tridentino, declarare excommunicatus à S. Congregatione.

58 Remissiones Augustini Barbosæ Iudici librorum prohibitorum adjecta ex sententia S. Congregationis Concilij.

59 Legumlatores ferè omnes suas ad leges interpretationem prohibuerunt.

60 Consuetudo contra Constitutionem Apostolicam habentem decretum irritans, & insigem pœnam excommunicationis validè introduci non potest.

61 Septimi libri Decretalium compilatio sub Gregorio X. III. inchoata, & sub Clemente V. III. absoluta, cur publicata non fuerit. & num. sequent.

62 Decretalium quot compilationes fuerint, & qui illarum glossatores.

63 Doctoribus, & Magistris non licet glossas, commentarios, adnotationes, aut scholia super Decreto Concilij Tridentini manuscripta evulgare. & n. seqq.

Declaratur n. 71. & 76.

64 Verbum, edere, quid importet propriè.

65 Typographia usus quo tempore inceptus.

66 Librorum impressio, & evulgatio etiam in materia pœnali pari passu ambulant.

67 Communis usus loquendi prævalet verborum proprietati.

68 Declaratur.

69 Statutum imponens pœnam pro homicidio quocunque patrato, an comprehendat etiam homicidium casuale, & sine dolo.

70 Dictio, quocunque modo, extendit dispositionem etiam ad impropria, & alias non comprehensa in dispositione generali.

71 Opera etiam manuscripta consueverunt allegari, licet minus frequenter, quàm impressa, & cur. & n. seqq.

73 Vincentius profundissimæ scientiæ pater dictus à Iaanne Andrea.

74 Doctores antiqui mittebant sibi invicem libros manuscriptos propter illorum penuriam.

75 Rationes finalis reliquæ satis sunt ad justinendam dispositionem.

76 Doctores, qui glossas, & commentarios manuscriptos super decretis Concilij Tridentini non evulgant, sed ad usum suum sibi reservant, non incidunt in pœnas Constitutionis Pij IV.

77 Gl. ssa Cardinalis Antonij Carafæ, & Episcopi Theani super decretis Concilij Tridentini.

78 Congregationis Concilij Ministri an includantur in Bulla Pij IV. de non interpretanda decretis Concilij Tridentini.

79 Ratio expressa per gerundium censetur finalis.

80 Doctores, & Advocati, qui aliquod Tridentini Concilij decretum incidenter interpretantur, eamq; interpretationem scriptam, aut impressam edunt, excusantur à censuris Bullæ Pij IV.

81 Verba, quocunque modo, includunt omnem modum tam principalem & directum, quàm incidentem.

82 Navarri consilia multa contra declarationes Sac. Congregationis Concilij.

83 Bulla Pij IV accepit interpretationem ex communi sententia, ut non comprehendat editiones interpretationum, quæ fiunt obiter Magistri & Doctores super aliquo decreto Concilij Tridentini.

84 Ver-

84 Verba universalia, quocunque modo, restringuntur ad subjectam materiam.

85 Verba obscura propter eorum generalitatem ex observantia veniunt declaranda.

86 Constitutio tollens consuetudinem, non tollit interpretationem.

87 Consuetudo in legibus interpretandis primo loco spectanda est, deinde propria significatio verborum.

88 Interpretatione prohibita, non censetur prohibita interpretatio, quæ fit obiter, & incidenter.

89 Magistri, & Lectores licitè possunt in scholis Tridentini Concilij decreta oretenus interpretari. & n. seq. in fin.

90 Concilium Tridentinum in Græcam, Arabicam, Catedam, aliasque exteras linguas versum.

91 Litteralis expositio absolutè necessaria est ad intelligentiam legum.

92 Doctores, & Magistri de jure communi facultatem habent Leges, & Canones interpretandi.

93 Interpretandi licentia, quæ in Doctoratu conferitur quid operetur.

94 Bulla Pij IV. non sustulit facultatem, quam Doctores habent publicè interpretandi Concilium Tridentinum. & n. seqq. usq. in fin.

95 Extensio in pœnalibus non est facienda de casu ad casum.

96 Interpretatio legum natura aliter necessaria est, & ideo per Constitutionem, vel Statutum tolli non potest.

97 Statutum prohibens interpretationem, intelligitur de extrinseca.

98 Argumenta frequenter, & collationibus latens veritas aperitur.

99 Concilij Tridentini decretum in cap. 2. sess. 25. de reform. expenditur.

100 Interpretatio Canonum ad dogmata pertinentium aliter fieri debet à Lectoribus Theologiæ, atque à Professoribus Iuris Pontificij.

101 Canonum disciplina est Theologiæ subalternata.

102 Indulta ad majorem confirmationem actus, non debent ejus infirmationem operari.

103 Intellectus l. Nemo Clericus, C. de Summ. Trinit. & fide Cathol. & c. 2. § Inhibemus, de hæretic. in 6.

Dispetare publicè, vel occultè de articulis Fidei an liceat Clericis, vel Laicis. ibid.

104 Doctoribus, & Magistris an liceat interpretationes super decretis Concilij scholaribus scribentibus publicè dictare.

CUM VENISSENT. De dubiis privilegiorum Apostolicæ Sedis solus Papa cognoscit, & non inferior. Hoc dicit secundum Ant. de Butr. & Abbat. Vel secundum Bald. & Cardinal. De privilegiis Apostolicis non judicant alius à Papa. Vel sic secundum Aretin. Interpretatio privilegii pertinet ad conditorem, non ad alium. In hoc habes jura concordantia infra, n. 12. & seqq. Breve est, & non dividitur, & est pars Decretalis, quæ habetur supra in cap. Cum venissent, de in integr. restitut. secundum Goffred. Host. & Ioan. Andr. quod plenius explicat Abb. Antiq.

Quæro. An & quibus liceat Tridentini Concilii decreta interpretari.

Ad evidentiam præmittendum est primò respectu efficientis, seu interpretantis quatuor esse species interpretationum, quas recenset glossa in cap. 1. de ver. interpretatio: & ibi etiam Doctores, supra de postulat. Prælator. Item gloss. fin. in c. Sunt, 3. Ex hoc, 11. q. 1. glo. in l. Si de interpretatione, ff. de legib. & in l. in ver. Iusque, C. eod.

1 Prima interpretationis species est generalis, necessaria, & in scriptis redigenda ut Principis, cap. Inter alia, infra de sent. excomm. & c. fin. de concess. Preb. lib. 9. cum concord. de quibus infra in prima conclusione: quam interpretationem appellat authoritativam Card. Jacob. in tract. de Concil. c. 16.

Secunda species est generalis, & necessaria, sed non in scriptis redigenda, ut consuetudinis, l. Minime, ff. de legib. & d. l. Si de interpretatione.

Tertia species est quidem necessaria, & in scriptis redigenda, sed non generalis, ut Iudicis, l. Non possunt. & l. Nam ut ait, ff. de legib. nat. Innoc. in d. c. 1. n. 6. in fin. de postul. Prælat. & Sylvest. in ver. Opinio, num. 2. vers. Quia Iudex potest interpretari. Et hæc interpretatio inter partes similiter dici potest authoritativa, quia res judicata pro veritate habetur, l. Ingenuum, ff. de stat. homin. & judicium redditur in invitum, l. Inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig. Quamvis generalis dici non possit, quia jura litigatorum non egreditur ut declarat Innocent. in cap. Cum specialis, numer. 4. in fin. de appellation.

Quarta species interpretationis est, quæ nec generalis, nec in scriptis redigenda, nec necessaria est, sed probabilis tantùm, quam nonnulli doctrinalem appellant, sicut est interpretatio Glossarum, & Magistrorum l. Unica, C. de Professoribus in urb. Constantin. lib. 12. cum aliis, de quibus infra. in 6. conclus. num. 92. Quod habet locum etiam si hanc interpretationem faciat Princeps, seu Legislator, sed ut Magister, seu Doctor, ut de apparatu Innocentii IV. not. Jo. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. ne Sede vacan. Felin. in cap. 2. de rescript. Ia. in l. 1. ff. si cert. pet. & docet idemmet Innoc. in c. Per tuas, il. secundi, sub num. 4. vers. Si tu dicas, de Sponsal. & Navart. cons. 11. incip. Quibus signis cognoscitur, de Constit.

3 Præmittendum secundò respectu formæ, seu naturæ ipsius interpretationis secundum Card. in c. Cum dilectus, n. 12. vers. Ostava quæro, de consuet. interpretationem duplicem esse, quædam enim est translativa, per quam ficitur unum idioma in aliud transferitur juxta rex. in l. 1. in fin. ff. de verb. oblig. et sic dicuntur Septuaginta Interpretes S. Bibliæ. Et Hieronymus itidem interpretes. Et hos etiam Mediatores appellatus in per Card. ubi supra.

4 Quædam verò est interpretatio, quæ non fit per translationem unius idiomatis ad aliud, sed circa idem idioma. Et hæc rursus subdividitur alia enim interpretatio est argumentalis, & extrinseca, quæ propter non intellegi, ut inquit Bald. in c. 1. n. 32. de Constit. Et hanc dicit triplicem esse Cardin. loc. cit. videlicet abrogativam, extensivam, & restrictivam. Quæ divisio colligitur ex gloss. 2 in l. 1 ff. de orig. jur. dum dicit interpretationem largius poni pro correctione,

ctione, pro arctatione, & prorogatione. Ad eadem est gl. in *l. 1. §. Qui operas, in ver. Interpretatione ff. ad Tertull.* & not. Paul. de Castr. *cons. 338. Quæ exceptiones, n. 2. lib. 1.* dicens interpretationem sumi posse etiam pro omnimoda correctione, & pro modificatione, quæ in augmento, vel diminutione consistit. Nec dissentit Bartol. in leg. *Gallus §. Etiamsi, ff. de liber. & posthum.* corrupte enim legum ibi interpretationem quandoque sumi pro declaratione; & legendum videtur pro correctione, cum Bartolus ad hoc alleget tex. in d. §. *Quo operas*, qui loquitur de interpretatione illa, quæ dicitur correctio, ut ibi per glos. *in ver. Interpretatio*, ait; large, & improprie secundum glos. præalleg. in d. l. 1. *de orig. jur.* sed potius correctio, vel modificatio ut per Paul. de Castr. d. *cons. 338. n. 2. lib. 1.* & de hac vide late per Card. in d. c. *Cum dilectus d. n. 14. usque in fin. de consuet.*

Alia verò interpretatio, ut idem Bald. ait in d. cap. 1. *n. 25. de Constit.* est substantialis & intrinseca, & inseparabilis a lege. Et hoc modo accipitur interpretatio proprie pro congrua verbi dubii declaratione, secundum Paul. de Castr. *ubi supra*, de qua scripserunt Bartol. in l. *Omnes populi, in 3. quæst. sexta quæstionis principalis, num. 56. ff. de justit. & jur.* Salyc. in l. 2. *in 1. C. de novat. allegat.* Ludovic. Roman. *in repetit. Si vero, §. Item vero, circa primo p. ff. solutis matrim.* & Petr. de Anchar. *in repet. c. Canonum statuta, in decima quarta quæstione principali de Constitut.*

6 Præmittenda est tertiò diffinitio interpretationis proprie sumptæ, quæ secundum Bald. *in prooem. Decretal. n. 95.* est sermonum difficilium, vel perplexorum expositio, vel secundum Sylvest. *in ver. Interpretatio, in prin.* est unius verbi per aliud, vel unius sententiæ per aliam declaratio:

7 propterea tamen cum verba legis exponimus, legem non interpretamur, sed declaramus, ut scripsit Bartol. in *dicta l. Gallus §. Etiamsi, numer. 1. ff. de liber. & posthum.* licèt Interpretationis verbum sæpè accipiatur pro declaratione, ut in leg. 1. *ff. si cert. pet.* & alibi passim.

8 Præmittendum quartò interpretationem, seu declarationem, ut proponitur, diffinitam iterum subdividi secundum Abb. in c. *Super quæstionum, num. 8. vers. Et dic clarius, de off. deleg.* Alia enim est litteralis, per quam scilicet verbum, vel verbi sensus, seu constructio quasi grammaticaliter ad litteram exponitur, juxta text. in cap. *Exit qui seminat, §. Itaque sub pœna, de verbor. significat. lib. 6.* in l. 1. *§. fin. ff. de verbor. obligat.* & in l. *Prospexit, ff. Qui, & a quibus.* Et hanc appellat Corium litteræ Oldrad. *cons. 9. Posito fine præjudicio num. 4. vers. Præterea.* Item verborum corticem. Clem. *un. §. Verum, de jurejur.* Item superficiem, & sermonum solia Hieron. *in Epist. ad Galat. c. 1.* ut refertur in c. *Marcion. 1. q. 1.* Item verbum ex verbo Greg. in cap. *Propterea, de verbor. signif.* Item interpretationem linguarum, ut cum dicimus Eucharistia, id est, bona gratia. Abb. *loc. cit.* & grossum modum intelligendi Bald. in l. *Lege, num. 7. C. de legib. hered.* Alia est interpretatio, ut inquit ibidem Abb. quæ in obscuritate sensus, seu dubietate verborum consistit quæ scilicet non nudam litteram, & verborum corticem explicat, sed verba, & sensum simul juxta cex. in d. l. *Nominum & res, §. Verbum ex legibus*, juncta glos. *ff. de leg.* aut certe sensum, seu intellectum, qui latet intrinsecè, & essentialiter inest, ut in c. *Intelligentia, de verbor. signif.* in l. *Contra legem, vers. In fraudem*, & in l. *Scire leges, ff. de legib. cum concord.* de quibus per Oldrad. *loco citat.* et hanc Jura, & sacri Canones appellant legis rationem, intellectum, sententiam, mentem, animam, vim, robur, spiritum, medullam, radicem, [illegible] ut in d. Clem. 1. §. *Verum, de jurejur.* & in d. c. *Marcion, 1. q. 1. cum simil.* de quibus ibi per glos. *in ver. Sed in sensu*, Feder. de Sen. *cons. 4. Testator, n. 7. vers. Multum est* & Abb. *cons. 75. Primò est videndum, n. 6. vers. Nam mens legis, lib. 1.*

9 Ultimò præmittenda sunt verba Bullæ Concilii e Pio IV. *editæ 7. Calend. Februar. 1564.* incipien. *Benedictus Deus, in fin. Concilij*, quæ hic se habent; (Ad vitandum præterea perversionem, & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilii Commentarios, & interpretationes suas edere; Apostolica authoritate inhibemus omnibus tam Ecclesiasticis personis cujuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis, quocunque honore ac potestate præditis; Prælatis quidem sub interdicto ingressus Ecclesiæ; aliis verò quicunque fuerint sub excommunicationis latæ sententiæ, pœnis ne quis sine authoritate nostra audeant ullos commentarios, glossas, annotationes, scholia, illumve omnino interpretationis genus super ipsius Concilii decretis quocunque modo edere, aut quidquam quocunque nomine, etiam sub pretextu majoris corroborationis, aut executionis, aliove quæsito colore statuere. Si cui verò aliquid in eis obscurius dictum, & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam omnium fidelium magistram, cujus authoritatem, etiam ipsa S. Synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates, & controversias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipsa quoque Sanct. Synodus decrevit, reservamus.)

10 His præcognitis, quidam opinati sunt in Constitutione Pii IV. non prohiberi nisi interpretationem generalem [illegible] necessariam, seu authoritativam, quæ in scriptis redigitur; & sic primæ speciei, de qua in principio primi suppositi num. 1. ut Salas *de legib. tract. 14. qu. 97. disp. 21. sect. 11. vers. Neque obstant priori parti fundamenta*, & vers. *Quantum ad primam*, post Henriq. *lib. 7. de indulg. c. 29. num. 4.* Et Eman. Rodrig. *tom. 1. Regul. quæst. in 11. quæst. art. 3. §. Ad vitandum*, sed hæc sententia est nimis laxa, & reddit Constitutionem Pii IV. prorsus inanem, & frustratoriam: nam cum interpretatio hæc authoritativa, & generalis decretorum Conciliorum fieri non possit nisi à summo Pontifice, ut patebit infra in prima conclusione; inepte Pius IV. illam tam distinctè prohibuisset omnibus tam ecclesiasticis personis, quam laicis. et verba Bullæ universalia, & præ-

prægnantia, & tam crebrò inculcata, violentam hanc restrictionem non patiuntur, ut similiter patebit infra in 4. *conclus. nu. 54. vers. Quintò expendenda sunt verba.*

Alii è converso fortè religiosius quàm par est, existimarunt Pium IV. interdixisse generaliter, & indistinctè quamcunque interpretationem etiam probabilem decretorum Concilii Tridentini. Sed hæc opinio est nimis rigida, & facilè potest injicere laqueum conscientiis ob Censuras in prædicta Constitutione inflictas, easque patitur difficultates, quæ inferius subjiciuntur in quinta, & sexta conclusione.

Quamobrem pro veritate statuendæ sunt Conclusiones infrascriptæ.

11 Prima conclusio est, Decreta, & Canones Concilii Tridentini nemo potest authoritativè, ac per modum legis universalis interpretari, nisi Romanus Pontifex. Hæc Conclusio est manifesta.

12 Primò quia generaliter ille solus habet jus interpretandi Canones, qui habet potestatem condendi eos, quæ sunt verba text. in §. *Ex his omnibus, 11. quæst. 1.* Et unde jus prodiit, interpretatio quoque debet procedere, c. *Inter alia, in fin. de sentent. excomm.* cap. *Constitutionem, eod. tit. in 6.* cap. *Cum venissent, de indic. l. 1. l. Leges Sacratissimæ*, & l. *fin. C. de leg.* ibi (Si enim leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum Imperio esse oportet.) *Et infra.* (Quis legum ænigmata solvere, & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is, cui soli Legislatorem esse concessum est?) Quæ jura, ut vides, loquuntur taxative, ità ut excludant omnem potestatem inferiorem à Principe. Et à glos. & DD. communiter intelliguntur de interpretatione primæ speciei, quæ scilicet in scriptis redigitur ad differentiam juris non scripti, quæve generalis, & necessaria est; & facit jus quoad omnes, juxta text. in cap. *final. de Constitut.*

13 Deinde patet hæc conclusio, quia interpretatio Generalium Conciliorum, quæ per Romanæ Ecclesiæ authoritatem & fiunt, & robur accipiunt, cap. 1. *& seq. 17. dist.* cap. *Ideo, 2. quæst. 6. & 22. dist. per tot.* cap. *Significasti, de elect.* omnino pertinet ad Summum Pontificem, cap. *Nec licuit, 17. dist.* ibi: (Sed quoties aliqua de universali Synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem ad Apostolicam Sedem conveniant) c. *Dilectus, de con. eff. preben. in 6.* & ubi ubique glos. & DD. not. glos. in Extravagan. *Cum inter nonnullos, in ver. Declaramus, de verbor. signif.* Præpos. in cap. *Sicut, numer. 1. 15. dist.* Turrecrem. *in Summa, de Ecclesia, lib. 3. cap. 53.* Card. Jacob. *de Conc. cap 10.* Ideoque in Constitutione Sixti V. *editâ 11. Calend. Februar. 1587.* quæ incipit *Immensa, in §. Deum autem Patri*, super Institutione S. Congregationis Concilii, dicitur, Ad singularem tantummodo Summi Pontificis authoritatem spectare, Generalia Concilia indicere, confirmare, interpretari.

Ac demum quia in individuo ipsummet Concilium Tridentinum in *decreto de recipiend. decret. Concil. sess. 25. de reform.* declarationem eorum, quæ in eodem Concilio statuta, ac diffinita fuerunt, remisit ad Romanum Pontificem. Et Pius V. in antedicta Constitutione decretorum Concilii Tridentini interpretationem sibi, ac Sedi Apostolicæ specialiter reservavit, ac cæteris omnibus interdixit. Quæ conclusio maximè procedit quoad interpretationem correctivam, seu modificativam, de qua supra in secundo supposito *num. 5.* Explorati enim juris est inferiores à Summo Pontifice nequaquam posse decreta universalium Conciliorum abrogare, vel modificare, cap. *Inferior, 21. dist.* cap. *Cum inferior, de major. & obed.* Clement. *Ne Romani, de elect.* & habetur expressius in Extravagan. Joannis XXII. *Sancta Romana, §. Quædam autem, de Relig. domib.* ubi id notat glos. *in ver. Consilio.* Item glos. in cap. *Cum dilectus, in ver. In etatè*, & ibi etiam Abb. *col. 5. de elect.* glos. in cap. *Nec licuit, in ver. Particularem, 17. distinct.* Felin. in cap. 1. *de Sponsal.* Naturalem rationem reddit hic Petr. de Anchar. *in 2. notab. nu. 1.* quia cognitio, quæ tendit ad destructionem, vel confirmationem actus, debet ab eo procedere, qui potest actum celebrare, ut in regula, *Nihil tam naturale, ff. de regul. Iur.*

14 Secunda conclusio. Quemadmodum Romanus Pontifex potest decreta Tridentini Concilii per seipsum authoritativè interpretari, ita & per eos, quibus id munus interpretandi specialiter demandaverit, eorumque interpretatio habebit legis authoritatem perinde ac interpretatio Papæ, l. *Non ambigitur, ff. de legib. l. 1. §. fin. ff. A quib. appell. non lic. §. Lex est, Instit. de jure natural.* & l. *Formam, ff. de Offic. Præfect. Prætor.* Quæ jura ad hoc propositum adducit glos. Magna in l. 1. *in fin. glosse, vers. Item contra, ff. de leg. b.* Sed melior text. est in l. 1. *§. His itaque collectis*, juncta *§. Sed neque, C. de veter. jur. enuclean.* ponderando eum ut diximus in cap. *Quantum, numer. 8. vers. Ad idem est textus formalis, supra de Constitut.*

15 Si Legatus non modo suam Constitutionem, ut in cap. *Ex parte, il terzo, de verbor. signif.* Sed etiam rescriptum Papæ potest interpretari, cap. 1. *de postul. Prælat.* glos. in d. cap. *Ex parte, in ver. Interpretatione*, & glos. *fin.* in cap. *Sicut, §. Ex his omnibus, 11. quæst. 1.* Et in Prætoris stipulationibus si ambiguus sermo acciderit, Prætoris est interpretatio, l. *In Prætoris, ff. de Prætor. stipul.*

16 Porrò interpretatio, quam facit Papa, vel generalem authoritatem habens ab ipso, habet vim generalis Constitutionis, & facit jus quo ad omnes, etiam si non generaliter, & per modum legis, sed in aliquo speciali casu, & ad consultationem alicujus edita fuerit. Hic est textus in l. *fin. in princ. C. de leg.* cujus hæc sunt verba: (Si Imperialis Majestas causam cognitionaliter examinaverit; & partibus coninus constitutis sententiam dixerit, omnes omnino judices sciant hanc esse legem non solùm illi causæ pro qua, producta est, sed & omnibus similibus. Quem textum ad hoc ponderat ibi Bald. *n. 1.* Ad idem est casus in cap. *Ex multa, de Voto.* Per quem textum ita tenet glos. in c. *Extua, in ver. Consultationem, de fil. Presbyt.* & Felin. qui alios adducit in cap. 1. *num. 17. de Constit.*

17 Ex duabus conclusionibus ut supra firmatis, infertur primò, ut sacra Congregatio Concilii possit decreta Tridentini Concilii ita interpretari,

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI PADOVA
CENTRALE DEL SISTEMA BIBLIOTECARIO

tari, ut ill ius declarationes sigillo, & subscriptione munitæ, etiamsi editæ fuerint in aliquo particulari casu habeant vim Constitutionum generalis, earumque ut ipsamet Congregatio declaravit, eadem habenda sit ratio, ac si a Papa editæ essent, cum authoritatem interpretandi Concilium habeat ex Constitutione Sixti V. proximè relata: quam propositionem latissimè probavimus in d. c. *Quamiam sup. de Constit. n. 6. usque ad n. 69.*

18 Inferitur secundò ut Sacra Congregatio Episcoporum, ac Regularium, quamvis habeat à Papa authoritatem respondendi illorum consultationibus, proindeque ejus responsa etiam in casibus particularibus edita faciant in similibus casibus jus generale quoad omnes ad instar declarationum Sacræ Congregationis Concilij tamen facultatem non habeat Tridentini Concilii decreta interpretandi: Tum quia in generali commissione respondendi ad dubia Episcoporum, & Regularium non comprehenditur facultas interpretandi Concilium, quæ ex Bulla Pii IV. est Romano Pontifici specialiter reservata, c. 2. *de penit. & remiss. in 6.* c. *ult. de off. Vicar. eod. lib.* cap. *Nuper*, *vers. Quia tamen conditor Canonum, de senten. excomm. in antiq.* Et in specie in concessione jurisdictionis quantumcunque generali non comprehendi jurisdictionem reservatam Summo Pontifici; est casus in cap. *Quod translationem*, & ibi glos. & DD. not. *de off. leg.* Dec. *cons. 197. In casu impositionum, num. 1.* Rota. *decis. 119. Legatus, vel Nuncius, in novis, & decis. 36. Nota Legatus, in antiq.* ubi propterea decidit in concessione conferendi beneficia qualitercunque vacantia facta Legato non venire beneficia Papæ reservata. Potestas autem interpretandi cohæret personæ, adeo ut non transeat in alium, ut monuit Innoc. in c. *fin. de success. ab intest.* & not. glos. in l. *Idem Pomponius, in ver. Apparet, ff. de rei vendic.* Ideoque Greg. XIII. dixit nunquam suæ intentionis fuisse committere Episcoporum Congregationi ut de iis, quæ ad interpretationem Concilii pertinerent, aut de ipsis Congregationis Concilii decretis cognosceret. Illud autem se rectè meminisse ait Sanctitas Sua commisisse Congregationi Concilii ea omnia, quæ ad Concilium interpretandum pertinent, ut est adnotatum in libris publicis ejusdem Congregationis Concilii *tom. 10. fol. 557.* Tum quia, & multo clarius in præallegata Bulla Sixti V. incipien. *Immensa, in §. Et nos quidem, super Institutione S. Congregationis Episcoporum*; dum eidem Congregationi facultas tribuitur Episcoporum, aliorumque Prælatorum, & Ordinariorum petitiones audiendi, eorumque consultationibus respondendi; causas item, & Controversias inter Prælatos de jurisdictione; aliave de causa exortas. Item inter Capitula, aut obtinentes dignitates, ac inter quascunque singulares personas, & universitates, aut locorum in temporalibus Dominos examinandi; expressè interseritur exceptio illa: *præterea, quæ Tridentini Concilij interpretationem exigant.* Et similiter in eadem Bulla in §. *Nec sanè minus, super Institutione S. Congregationis regularium.* Disertis verbis statuitur, ut Cardinales hujus Congregationis cum inter Episcopos, & Regulares dubitationes inciderint, quæ sub decretorum Concilii dispositione, aut interpretatione comprehendantur, eas ad eandem Congregationem Concilii remittant. Et ex
20 hac secunda illatione facit clarè subinfertur nec Legatum de latere posse interpretari decreta Concilii Tridentini, cum hæc facultas sit Papæ specialiter reservata; ideoque non includatur in facultatibus legati quantumcunque generalibus, juxta text. in d. cap. *Quod translationem, de off. leg.* & prædictam decisionem *Rotæ 119. in novis.*

21 Tertia conclusio. Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisque locorum Ordinariis in suis decretis, & Constitutionibus tam in Conciliis provincialibus, vel diœcesanis, quàm extra. Item judicibus quibuscunque in eorum sententiis; & interlocutionibus prohibitum est Trident Concilii decreta interpretari.

22 Probatio autem hujus conclusionis si petenda esset à jure communi, esset satis dubia; non enim constat apud omnes, an. & quomodo liceat Ordinariis, & Judicibus jura interpretari: nam in
23 c. *Nec licuit, 16. dist.* prohibetur Episcopis generalium Conciliorum interpretatio, cum eis præcipitur ut quoties de universali Synodo dubitatio nascitur, pro decisione conveniant ad Sedem Apostolicam. Qui textus in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additum: ad Episcopos Mauriteniæ. Item de judicibus loquuntur verba illa Deuteronomii c. 17 *si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, &c. & judicium tuum inter portas videris variari, veniet ad judicem, quem fuerit illo tempore*, idest ad Papam, ut exponit
24 Innocentius III. in c. *Per venerabilem*, §. *Rationibus. Quisti. sint legit.* Ad idem sunt text. in l. *fin.* C. *de legib.* ibi (Et quare omnes ambiguitates judicum, quas ex legibus oriri evenit aures accipiunt nostræ, si non à nobis interpretatio procedit) & in l. 2. *vol. ult. C. de veter. jur. enucl.* ibi (Si quid verò ambiguum visum fuerit, hoc ad Imperiale culmen per Judices referatur.) Nec dicamus ea jura procedere in interpretatione generali, quæ facit jus quoad omnes, quoniam id verum quidem est in ea parte, in qua decidunt solum Principem legis conditorem posse jura interpretari. At dum prohibemur ne judices interpretentur leges, sed Principem consulant, intelligi non debent, nisi de interpretatione in causis particularibus. Indubitatum est enim judices, quorum jurisdictio ad certos limites territorii, vel personarum restricta est, nequaquam posse interpretationem facere per modum legis universalis, l. fin. ff. de jurisdicom. jud. Et lex non ferur nisi in casu dubio, l. *Labeo, ff. de Carbonian. edictu*: & in proposito not. *hic* Dec. *n. 1.*

Non obstat textus in l. *Non possunt, ff. de legib.* quia habet locum quando dubium est super negotio, non autem super verbis legis, ut ibi glos. & DD. notant. Non enim eodem loco haberi debet quæstio facti, & quæstio juris. Quia ut dicitur in l. *Non statim, ff. ad l. Flaviam, de plagiar.* cum incidit quæstio facti non Principem consultare de ea re oportet, sed quod verissimum in re præsenti cognoscitur, sequi judicem oportet.

Non obstat l. *Neque leges*, & l. *Nam ut ait Pa-*

dius, ff. eod. quia procedunt in interpretatione Iurisconsulti, seu Principis, ut in d. l. *Neque leges*, declarat glos. *in ver. Scribi possunt.*

Non obstat cap. 1. *de postulat. Prælat.* quia habet locum in Legato, qui mandatum Apostolicum interpretatur ex commissione Papæ, ut notant DD. hic.

Innocentius tamen in eodem *cap. 1. de postul. Prælat. in 6. in fin.* simpliciter dicit quemlibet Judicem posse in causa legem interpretari. Et idem Innocentius in cap. *Cum speciali, sub n. 4. de appellat.* posteaquam dixit inferioribus Judicibus non licere jura condere, neque interpretari, nec etiam inter jus scriptum, & æquitatem, cum id solum Principibus liceat, fatetur tamen in causis, quas coram se habent inferiores judices, bene posse quantum ad jus litigatoris pertinet super juribus, & interrogationibus etiam inter jus, & æquitatem interpretari. et dictum Innoc. sequitur ibi Jo. Andr. *col. 3. vers. Quidam dicunt*, dicens inferiores Judices in causis quas habent coram se, in præjudicium litigantis posse interpretari jus scriptum, & æquitatem; sed talem interpretationem jus non facere, nisi inter partes, Anton. de Butr. *n. 11. vers. Dicit tamen Innocentius*, & Petr. de Anchar. *in repet. Canonum statuta, sub. n. 35. vers. Et vide quod notat Ioan. Andreas, de Constitutionib.*

Communiter tenetur judicem super dubia legum, & Canonum non posse directè, & principaliter judicare, sed tantum posse cognoscere indirectè, & incidenter, ita ut super illis non pronunciet, sed super negocio principali dum taxat, ut patebit infra in hac ipsa conclusione *n. 41. & seqq.* Et hoc intelligunt Innocentius, & Jo. Andr. supracitati dum dicunt judicem posse interpretare leges in præjudicium litigatoris.

Cæterum quicquid sit de jure communi,
25 quod pertinet ad decreta Concilii Tridentini hujusmodi altercationes omnes diremit Constitutio Pii IV. ad cujus veritatis evidentiam, quia Eman. Rodrig. *tom. 1. Regular. quæst. in 11. quæst. art. 3. §. Ad vitandum*, Henrig. *lib. 7. de indulgent. cap. 29. n. 2.* Et Salas *de legib. tract. 1. 14. qu. 97. disp. 21. sect. 11. vers. Ad secundum respondet* perperam opinati sunt Constitutionem Pii IV. non procedere quoad Judices in tribunalibus; supponendum est enim Pius IV. *in 2. part. §. Ad vitandum*, inhibere ne quis audeat super decretis Concilii Tridentini
28 quidquam quocunque nomine etiam sub prætextu majoris corroborationis, aut executionis statuere, verbum illud, *statuere*, esse intelligendum de statutis declaratoriis tantum. Patet tum ex clausula, quæ immediatè subsequitur ibi (Si cui verò aliquid in eis obscurius dictum, & statutum fuisse, eamque ob causam interpretationem, aut decisione aliqua egere visum fuerit, ascendat ad Sedem Apostolicam) nam adversativa illa, *vere*, & singula verba hujus clausulæ congruerent, nisi prius egisset de statutis declaratoriis; Tum ex ratione prœmiali ejusdem §. Vitandæ scilicet perverbionis, & confusionis, quæ oriri posset, si unicuique liceret in decreta Concilii interpretationes suas ederet quæ indicant se inserius agere nolle, nisi de materia interpretationis. Ad Clem. 1. cum ibi not. *de offic. Ordin.* Lap. *alleg. 101. In civitate, n. 24. vers. Circa secundum statutum.* Tum denique quia illud verbum *statuere*, intelligi non potest de statutis Correctoriis Concilii; quia illis non conveniunt, imo advertantur illa verba Constitutionis *etiam sub prætextu majoris corroborationis.* Nec
26 intelligi potest de statutis, & edictis merè executoriis; absurdum enim esset ut locorum Ordinariis non liceret edicta proponere pro observatione, & executione Concilii. Cum in eadem Constitutione Pii IV. *in §. Mandamus*, distinctè eis præcipiant, ut ejusdem Concilii decreta, & statuta in Ecclesiis suis, civitatibus, & diœcesibus in judicio, & extra judicium diligenter observent, & à subditis quisque suis inviolabiliter faciant observari. Contradictores, *&c.* et propterea passim videmus in Synodis provincialibus à S. Congregatione recognitis, & emendatis, & in Synodis diœcesanis inseri statuta, & ordinationes pro executione decretorum Concilii Tridentinis prout tamen absque ulla illorum interpretatione. Quinimò in decreto *de recip. & observ. decret. Concil. sess. 25. de reform.* admoventur etiam Principes omnes ad operam suam ita præstandam, ut
27 quæ à S. Synodo decreta sunt, ab omnibus recipiantur, & observentur. Ad Regem enim spectat, ut custodiri faciant leges, & præcepta Dei, & Ecclesiæ, ut Augustinus docet *epist. 42. 50. & 156.* Et fecerunt pii Imperatores Constantinus, Theodosius, Marcianus, & alii, ut objecit Card. Bellarm. *tom. 1. lib. 1. de Concil. cap. 20.* & constat ex l. *Cunctos populos, C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. cum concord.*

Cum igitur verbum *statuere*, positum in Constitutione Pii IV. nec referri potest ad statuta correctoria, neque ad executoria, superest, ut referri debeat ad declaratoria, ita ut sensus Constitutionis sit, ne sub prætextu majoris corroborationis, vel executionis quisquam audeat super decretis Concilii quidquam statuere, idest statuendo declarare, quod est authoritative interpretari; nā prætextus, seu color est simulatio quæsita ad faciendum id, quod alia via prohibetur, cap. *Avaritia, de elect. in 6. cap. Eos qui, de temp. ordin. l. Sub. Prætextu, C. de transact.* & not in l. *Illicita, ff. de offic. Præsid.*

29 Atque hoc pro constanti supposito, tertia hæc conclusio probatur primò, quia illud verbum *statuere*, nullatenus referri potest ad interpretationem probabilem Iurisperitorum, sed ad necessitatem, & authoritativam dum taxat. Verbum enim *statuere*, necessitatem inducit, cap. *In lit. de verborum significat.* glos. in Extravag. *Execrabilis Ioannis XXI. in ver. statuimus*, & in materia, declaratoria non importat nisi interpretationem authoritativam, ut de verbo, *determinare*, quod idem est ac statuere, l. 1. *ff. Quod quisque juris est text.* in cap. *Constitutionem*, ibi, *declarantes decernimus, de sentent. excomm. in 6.* & in c. 1. & ibi Gemin. *in 2. not. de Clerico agrot. eod. lib.* Rursus illud verbum *statuere*, referri non debet ad interpretationem authoritativam primæ speciei, idest generalem, quæ facit jus quoad omnes; hanc enim indubitatum est super decretis conciliaribus facere non posse nisi solum Papam, neque in hoc erat opus prohibitione Pii IV. alioquin Constitutio esset super casu indubitabili, quod esse non debet, l. *Labeo, ff. de Carbon. edict.* Reliquum est igitur ut referri debeat solummodo ad interpretationem authori-

tatis

farivam, quam circumscripta prohibitione facere potuissent Episcopi in suis diœcesibus, & Iudices in causis in eorum tribunali pendentibus.

Secundo loco idipsum probatur, quia interpretationem probabilem quartæ speciei jam Pius IV. prohibuerat in prima parte illius §. *Ad vitandum*, ut dicemus infra in quarta conclusione n. 53. *usque ad* 63. Unde nisi postea egisset de interpretatione necessaria, & specialis; Secunda parsillius §. abundaret, & esset omnino superflua, quod non esset dicendum, ut ibidem patebit.

Tertiò Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium authoritatem non habet interpretandi Concilium in ostensum est supra in secunda conclusione, *vers. Infertur secundo, n. 18. & seqq.* Quinimmo in eadem Bulla Pii IV. confirmationis Concilii ibi, *nullumve omnino interpretationis genus*, propter ea verba fuit dubitatum a sacra Congregatione Concilii, An ex quo Pius IV. in erectione dictæ Congregationis voluerit tantum deputasse eam ad executionem decretorum Concilii, non autem ad interpretationem, & amplius ibi mandavit, ut si aliqua dubietas emergeret, ad Sanctitatem suam referret, et in hac Bulla hanc facultatem interpretandi etiam sibi reservavit: An Congregatio ipsa incideret in istam censuram decidendo multos casus propositos ad interpretationem Concilii pertinentes absque eo quod illam relationem Sanctissimo fecerit. Et cum Congregatio hæc de re consuluisset Pium V. Sanctitas Sua dixit se non credere Congregationem incidisse in hujusmodi censuras, quoniam opinabatur hanc prohibitionem eos tantum comprehendere, qui proprio ausu interpretari præsumpsissent, ut indicant illa verba, *audeant interpretari*; tamen pro futuro dixit se tribuere facultatem Congregationi, ut absque alia delegatione posset decidere casus quos Congregatio tanquam claros putaret decidendos; quos vero tanquam dubios putaret referendos, Sanctitati Suæ referret, prout postea fecit, ut dictis verbis est adnotatum in libris publicis S. Congregationis manu Cardinalis Carafæ. Si igitur supremis Urbis tribunalibus fas non est decreta ipsius Concilii interpretari, idque ne ipsi quidem Congregationi Concilii licuit ab initio, nisi quoad casus, quos tanquam claros putasset decidendos, pro quibus etiam opus fuit speciali Sanctissimi facultate, quanto minus id licebit Ordinariis, & Judicibus inferioribus?

31 Quarto quamvis Rotæ Romanæ decisiones sint probabiles tantum, seu Magistrales secundum Gemin. in cap. *Dubius, col. 5. n. 9.* & ibi etiam Franc. *numer. 10. de rescript. in 6.* & tantum quatuor insignes Rotæ Auditores, nempè Felin. in c. *Pastoralis, col. fin. numer. 10. vers. Et idem est de decisionibus Rotæ de fide instrum.* Præpos. in cap. *Nequit*, 9. *dist.* dicens decisiones nostræ non sunt jura, & idcò non sunt reprobari. Bellam. *decis.* 42. *fin. causa, in ante contestata* Castad. *decis.* 17. *numer.* 7. *ac prudens* magnum tamen habent pondus authoritatis, ut per Christophor.
32 Castil. *cons.* 7. *Visis primo, col. fin. numer.* 20. & 21. et prævalent communi opinioni secundum Imolam in c. 1. *de lit. cont. ff.* quicquid ibi contra
33 scripserit Barbat. *col.* 15. Quinimo Joan. Franc. Pavinus similiter Rotæ Auditor in *prælud. Extravagantis Ioan. XXII. col. 3. vers. Decisiones Rotæ* affirmat eas facere jus in curia ad instar styli, saltem si secundum eas fuerit sæpius judicatum, cum ad Rotam spectet interpretari verba, & mentem Papæ in rescriptis, & in hac quasi possessione existat sciente, & patiente, imò volente, & mandante Summo Pontifice, allegat c. *sicut, de re judic.* & notata per Joan. Andr. post Hostien. in c. 1. *de postul. Prælat.* Extra Curiam vero dicit easdem facere sicut responsa Prudentum, & redarguit Gemin. & Petr. de Anchar. qui contra Rotam consuluerunt. Quamobrem Rotæ inter-
34 pretatio in suis decisionibus videtur authoritativa, & consequenter prohibita est quoad Concilium Tridentinum in Constitutione Pij IV. Hinc Gregor. XIII. *die* 4. *Aprilis* 1581. dixit esse admonendam Rotam super decisionibus, quas fecit in materia Concilii. Et propterea *in causa Gadicen. adjunctarum die* 14. *Februar.* 1582. Rota dixit se tractasse de ordine Sanctissimi de intellectu duorum decretorum Concilii Tridentini, ut habetur in impressis *decis.* 143. *par.* 1. *diversf. & die* 21. *Iunij* 1602. In Rota propositum fuit dubium ad eam transmissum a Sac. Congregatio Concilii super intellectu *cap.* 15. *sess.* 25. ex ordine Sanctissimi, ut apud Seraph. *decis.* 1442. Et quod magis est Calaguritan. & Calciaten. Jurisdictionis 27. *Maij* 1680. coram Bubalo, sic legitur: (Proposui dubium an episcopus possit visitare suas Cathedrales ecclesias Calaguritan, & Calciaten juxta decretum Sacrosancti Concilii Tridentini *sess.* 6. *cap.* 4. & *sess.* 25. *cap.* 6. Pro cujus interpretatione in hac causa sufficiens facultas mihi attributa erat vigore specialis commissionis, ut in impressis *decis.* 128. *par.* 2. *diversf.* Et fere usu receptum est, ut si quando in Rota incidat quæstio concernens interpretationem Concilii, & casus sit dubius, & a sacra Congregatione non decisus, vel Rota ipsa Congregationem consulat, vel significet partibus ut adeant Congregationem, a qua noti declarationem obtinuerint, redeant cum ipsa ad Rotam, quæ deinde procedit ad causæ expeditionem juxta decisionem S. Congregationis, ut in specie colligitur ex *decisione* 482. & *decis.* 750. *par.* 1. & *decis.* 325. *par.* 2. *diversf.*

Quinimo idem Gregorius XIII. *die* 7. *Iunij* 1574. audita Congregatione jussit significari Cardinali Aquavivæ ut quando in supplicationibus non exprimitur articulus certus juris, super quo cognoscendum est, sed in genere, & confuse petitur commissio cautæ, addatur semper hæc clausula: *dummodo non agatur de interpretatione decretorum Concilij*, ut idem Cardinalis Carafa adnotavit. Habent ergo expressam declarationem intentionis Papæ nolentis ut Judices, quibus causæ committuntur, se ullatenus immisceant in interpretatione Concilii. Quod si id
36 non licet Judicibus delegatis a Sede Apostolica, longe minus licebit Ordinariis, quia delegatus in causa ubi ut præfertur commissa fungitur vice Papæ, & est major Ordinario, c. *Sane, de off. deleg.* glos. 2. in c. *Pastoralis*, 3. *Præterea, de off. ordin.*

37 Quintò, & ultimò si Episcopis, Ordinariis, Judicibus Ecclesiasticis liceret Concilium Tridentinum authoritatiræ in eorum diœcesibus, vel

vel in causis pendentibus interpretari, reservatio interpretationis, quam sibi, & Sedi Apostolicæ fecit Pius IV. redderetur omnino eluforia: nam quoties incideret quæstio spectans ad intelligentiam Concilii, satis esset ut partes adirent Episcopum, aut Judicem cautæ pro interpretatione obtinenda, nec oporteret ascendere ad locum, quem Dominus elegit, ut in Constitutione Pii IV. præcipitur. Præterea manifestet institutio S. Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, si quilibet episcopus posset interpretari Concilium in sua diœcesi: nemo enim fere consuevit S. Congregationem consulere ea intentione, ut obtineat declarationem per modum legis universalis, sed tantùm ut ea uti possit in aliquo suo particulari casu, vel controversia tunc pendente. Pro cujus declaratione si pateret aditus ad Judices, & Ordinarios, quid opus esset ad sacram Congregationem confugere? Præterea multoties contingeret ut unus Episcopus interpretaretur Concilium uno modo, & alius alio; unde sequerentur gravissima incommoda. Finge enim virum contraxisse matrimonium in Parochia mulieris alterius diœcesis, & Episcopum Ordinarium viri declarasse matrimonium esse nullum, veluti contractum in aliena Parochia, vel coram Parocho contradicente: & è converso Episcopum diœcesanum mulieris pronunciasse matrimonium validum, eo quòd sola præsentia Parochi viri, vel mulieris ubique locorum sufficiat ad validitatem matrimonii, nec requiratur consensus; utique hæc mulier in sua Parochia habebitur pro legitima uxore, & in Parochia viri habebitur pro concubina. Qui fanè casus atque alii consimiles, qui frequenter accidirent propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem, ut Ulpianus ait in l. *Item si unus* §. *Principaliter ff. de arbitr.* vix esse possent sine scandalo. Sæpè etiam contingeret ut Episcoporum interpretationes adversarentur declarationibus S. Congregationis; atque ita undique oriretur perversio illa, & confusio, quam pius IV. sua Constitutione vitare voluit. Quin varietas interpretationum posset accidere etiam circa Canones pertinentes ad dogmata, contra id quod habetur ad Corinth. 11. *id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scissuræ*, in cap. *Loquitur Dominus*, & *per totum*, 24. *quæst.* 1. & in Extravagan. Bonifacii VIII. *Unam Sanctam, de major. & obed.*

38 Sed prædictis objicies: Oportet Judicem scire leges & statuta Canonum, cum teneatur ad illorum præscriptum sententiam ferre. cap. *Iudices*, 3. *quæst.* 7. cap. 1. *de Constitut.* cum multis similibus. Et de decretis Concilii Tridentini patet ex eadem Constitutione Pii IV. Confirmationis ipsius Concilii. Id autem sine interpretatione fieri non potest, quia scire leges non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem habere, l. *Scire leges, ff. de leg.* Quinimo verba legis, & Constitutionis offendere licet ut mens servetur, cap. *credulo*, 38. *dist.* glos. in extravag. *Quorundam Ioan. XXII. in ver. Convertens*, quia dum plerumque attenditur verborum proprietas, veritatis sensus amittitur, cap. *Is autem*, 22. *qu.* 2. Unde Hieronym. in cap. *Marcion*, 1. *quæst.* 1. (Nec putemus, inquit, in verbis Scripturarum esse Evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medullas; non in sermonum foliis, sed in radice rationis.) Hinc dici solet verba Scripturarum non esse Judaice intelligenda; *litera enim occidit; spiritus autem vivificat*, 2. *ad Corinth.* 3. Feder. de Sen. *cons.* 4. *n.* 7. *vers. Multum est*, ergo cum legum interpretatio absolute sit necessaria; ut etiam patebit infra in 6. *& ultima conclusione num.* 96. Quomodo Ordinarii, ac Judices poterunt controversias, & lites dirimere ad præscriptum decretorum Concilii Tridentini, si eis non liceat etiam post habita verborum proprietate illius mentem, ac sensum scrutari & partibus aperire, atque uti interpretatione illa, quæ tantopere ad legum intelligentiam conducit, & veritatis manifestationem;
39 ut in Extravag. *quia nonnunquam, de verbor. sign.* Præterea Constantinus Imperator Plotiano rescripsit in l. 1. C. *de relat. in Codice Theodosiano* (Super paucis, quæ jubes judica sententia decidi non possunt, nostram debes consulere Majestatem, ne occupationes nostras interrumpas; cum litigatoribus legitimum maneat arbitrium à sententia provocandi. Et plura in hanc rem cu-
40 mulat Brisson *lib.* 3. *de form. à pag.* 342. Et sanè vix ad praxim reduci potest, ut Ordinarii, ac Iudices saltem ex remotioribus regionibus consulant Sedem Apostolicam super omnibus dubiis emergentibus circa intelligentiam Concilii. Et cum causarum instantia ex ejusdem Concilii decreto *cap.* 20. *sess.* 24. ad annum, & ex causa ad biennium restricta sit, quomodo fieri poterit ut Iudices in Indiis expectent responsum ab Urbe in causis vertentibus coram eis. Hinc etsi legum interpretatio etiam de jure communi Iudicibus sit interdicta; tamen prohibitio hæc non afficit eos, ubi copia Principis haberi non potest, glos. unic. & DD. in l. *Non possunt ff. de legib.*

41 Verùm ad hæc responder gloss. singularis *hic in ver. Iudicari*. nam cum hæc Decretalis disponat ut solus Papa cognoscat de dubiis privilegiorum Apostolicæ Sedis, non autem inferior; quæritur glossis sed nunquid incidenter potest alius cognoscere, quàm Papa? Videtur quòd sic, *C. de Iud. l. Quaties, & de in integr. restit. c. Causa, in fin.* inspiciendum privilegium. Et si verba sunt manifesta, Iudex potest dicere, non obstat privilegium, arg. infr. *de fid. Instrum. cap. Accepimus*. Deinde subdit glos. non obstare l. *Quos prohibet ff. de postul.* cap. *Exceptionem, in fin. de except.* & cap. *Latores, qui filij sunt legitimi*, quia habent locum, cum verba obscura sunt, & ambigua; quia tunc è jus est interpretari, cujus est condere; ubi verò aperta sunt, & clara potest judex dicere, obstat privilegium, non obstat privilegium, arg. prædictæ Decretalis *accepimus*. Similiter Innocentius ibi in *ver. Iudicari*, dicit judicem posse cognoscere incidenter an privilegia juvent causam, & iis non obstantibus judicare super quæstione sibi proposita, ita tamen ut privilegii non faciat mentionem. Item dicit judicem non posse judicare de privilegiis Sedis Apostolicæ quando agitur de illorum interpretatione tantùm, scilicet cum de ipsorum verbis dubitatur; & sequitur totidem verbis Host. n. 1. Sed & Ioan. Andr. *in ver. Privilegia* affirmat judicem non posse de privilegiis cognoscere, cùm agitur de interpretatione dubiorum in eis contentorum, Anton de

Butr. n. 3. (Si verba, inquit, privilegiis sint aperta, & clara, ita ut nulla ibi cadat dubitatio probabilis, cognoscit inferior, & dicere potest, obstat, vel non obstat, quia hoc non est cognoscere, aut examinare, seu interpretari, cum talia cadant super dubio. Si enim privilegium dicat, *sub protectione recipimus*, clarum est quod non inducit exemptionem; & sic poterit judicare. Secus si privilegii verba sunt dubia.) Et *infra*. (Si vertitur dubium de privilegii intentu, si dubium non est probabile, quia apparet casus apertus, vel tale dubium est per glossas communes, vel communes opiniones decidibile, satis puto inferiorem de hoc posse cognoscere, sicut videmus quotidie Judices de talibus judicare, quando incidenter venit. Secus si principaliter super hoc adeatur, quia tunc Papa est adeundus, ut dicit hic Innocentius. At si ibi cadat probabilis dubitatio, quia non potest per regulas bene decidi, ita quod omnino sensus privilegii est obscurus, & dubitatio sit solum circa verba privilegii, tunc solus Papa interpretatur, maximè si quæritur de interpretatione generali, quæ omnibus præjudicet; Inferior autem non, nisi fiat de mandato Papæ.) Hæc Butrius. Henric. Boich. *post med. vers. Aut quæri an alim.* Similiter dicit Inferiorem non posse principaliter, & directè cognoscere de privilegiis Papæ, si sit dubium de interpretatione dubiorum in eis contentorum, sed indirectè, & incidenter, ut si quæratur an juvent causam, de qua agitur, posse cognoscere, & eis non obstantibus judicare super causa principali pendente coram eo, ita ut de privilegiis non faciat mentionem; & sic de incidenti cognoscat, & de principali pronunciet secundum Innocentium, & Hostiensem.

Habes ex prædictis secundum communem Canonistarum sententiam Inferiores à Summo Pontifice super dubiis litterarum Sedis Apostolicæ nullatenus posse judicare, seu pronuntiare, sed cognoscere tantùm posse incidenter, præterquam in duobus casibus, in quibus etiam incidenter de dubiis privilegii cognoscere non pos-
42 sunt. Primus est si dubium esset arduum, & inexplicabile, ut not. Abb. in cap. 1. *in 1. notab. de Iuram. calumn.* & Dec. *hic n.* 20. Et docuit Bart. in l. *Omnes populi, in 3. quæst. 6. quæst. principali n. 16. vers. Vbi verò statutum, ff. de Iust. & Iur.* Secundus
43 est, cùm Papa est præsens in loco; quia tunc etiam in illis casibus, in quibus judex potest interpretari, recurrendum est ad ipsum Apostolicum pro interpretatione. Ita post Bald. in l. *Cum de novo, in fin. C. de legib.* declarat *hic* Felin. *n. 1.*

44 Itaque applicando prædicta ad propositum nostrum, quoties in negociis, & causis insurgit quæstio super intelligentia alicujus decreti Concilii Tridentini, si verba sint clara, Ordinarius & Judex procedat juxta illorum tenorem ad expeditionem negocii, vel causæ; omnino autem abstineat ab interpretatione, ut notat Bart. in l. *Cum abexecutore, in princip. col. penult. de appellat.*
45 & alii apud Dec. *hic n.* 19. Ubi enim verba sunt clara, non est interpretationi locus, l. *Ille, au. ille, §. Cum in verbis, ff. de legat. 3. l. Continuum, §. 1. ff. de verb. obligat.*

46 Quòd si verba Concilii sint dubia; tunc duo casus sunt distinguendi. Primus est cum directè, ac principaliter vertitur quæstio super intellectu alicujus decreti Concilii. Et hoc primo casu oportet Ordinarios, & Judices omnino abstinere ab interpretatione tam in cognoscendo, quam in pronunciando, & Sedem Apostolicam consulere, & in hoc jura, & DD. omnes conveniunt hic, & passim alibi. Neque verò tunc subest ullum inconveniens expectandi responsum ab Urbe etiam ex longinquis partibus, cum dubitatio non oriatur occasione alicujus negotii, vel causæ pendentis, quæ celerem expeditionem requirat, sed principaliter, & in genere quæratur de intelligentia Concilii pro futuris casibus. Et mos Episcoporum est de pluribus dubiis sacram Congregationem consulere; præsertim occasione visitationis liminum, ut illorum decisione postea opportunè uti possint pro Ecclesiarum suarum regimine; memini inter alios Archiepiscopum Goanum in Indiis Occidentalibus in Visitatione liminum pro quarto decennio consuluisse sacram Congregationem super dubiis ferè ducentis, & super plerisque responsum obtinuisse per litteras sacræ Congregationis.

47 Secundus casus est cum occasione alicujus negotii, vel causæ pendentis, oriatur, & indirectè incidit dubitatio super aliquo Concilii decreto, & tunc si commodè pateat aditus ad sacram Congregationem; illa omnino est consulenda, & interim abstinendum à decisione secundum doctrinam Baldi, & Felini, quos retuli supra *n.* 43. Sin autem non sit facilis aditus ad S. Congregationem ob locorum distantiam, vel aliud legitimum impedimentum, & periculum sit in mora, tunc subdistinguendi sunt alii duo casus. Primus
48 est cum dubium, de quo incidenter dubitatur, non est admodum difficile, & arduum, sed ut ait Butr. *hic sub num.* 3. decidibile per communes glossas, vel communes opiniones; & hoc casu Judex poterit super eo dubio cognoscere, & juxta intellectum, quem veriorem judicaverit, super negotio principali sententiam ferre; dummodo tamen super intellectu Concilii non pronunciet; & sic cognoscat super incidenti, & pronunciet super principali, secundum Innoc. Host. & Boich. supra citatos *n.* 41. Ut si quæstio principalis sit An Matrimonium sit validum, nec ne, & incidenter, & per modum exceptionis objiciatur nullitas ex eo quod celebratum fuerit coram Parocho non Sacerdote, Judex poterit stante difficultate recurrendi ad Urbem pro declaratione, cognoscere & examinare An decretum Concilii *cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim.* qua parte statuit ut Matrimonium non aliter valeat, quam si celebratum fuerit coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi licentia, requirat necessario ut Parochus sit Sacerdos; sed post hujusmodi cognitionem non debebit pronunciare si per intellectu Concilii; declarando decretum illud non requirere ut Parochus
49 sit Sacerdos; sed simpliciter super negotio principali decidendo matrimonium esse validum. Similiter si pro validitate matrimonii oriatur incidat dubitatio an decretum *c. 3 sess. 24 de refor. Matrim.* dum publicæ honestatis impedimentum ex sponsalibus nullis prorsus tollit, ex validis verò restringit ad primum gradum, vendicet sibi locum in impedimento publicæ honestatis, quod oritur ex matrimonio contra formam

Concilii Tridentini contracto per verba de præsenti, & non consummato; judex stante difficultate recursus poterit de hujusmodi incidenti cognoscere, & pronunciare matrimonium esse nullum, sed non poterit in sententia declarare decretum d. c. 3. non habere locum in matrimonio nulliter contracto; quia hæc declaratio quamvis in se vera sit, & ad mentem S. Congregationis, tamen ad judices inferiores non pertinet, sed tantùm ad Summum Pontificem, vel ad Cardinales Tridentini Concilii Sanctitatis Suæ authoritate interpretes.

Secundus verò casus est, cum dubium est ar-
50 duum, & difficile; & tunc etiamsi de eo incidenter agatur, & non sit facilis recursus ad Sedem Apostolicam, nihilominus oportet Episcopos, ac Judices abstinere ab illius decisione, & sacram Congregationem consulere; quia, ut dictum est supra *n.* 42. etiam in illis casibus, in quibus judex potest litteras Apostolicas interpretari; hoc tamen non habet locum si agatur de dubio arduo, & inexplicabili. Et hoc consilium dedit Judicibus Marth. Matthesii. *in suo opusc. electi. verior. opin.* ut scilicet ubi res est prorsus ambigua, & omnia utrinque sunt parta, omnino abstineant à judicio, & Principem consulant. Hæc etiam est theorica glossæ unicæ in l.
51 *Non possunt. ff. de legib.* ubi docet Judicem in causis dubiis legum primo recurrere debere ad interpretationem consuetudinis; Secundò ad verborum propriam significationem; Tertiò ad partem benigniorem; Quartò ad similia; Quinto quando omnia sunt dubia, ad conditorem Legum, & Canonum, et sequuntur in c. 1. *de Constit.* Petr. de Anchar. *num.* 34. *vers. Quædam autem sunt commissa*, & Abb. *num.* 14. Et in his terminis loquitur tex. in d. l. 1. *C. de relat. in Codice Theodos.* in illis verbis (Super paucis, quæ juridica sententia decidi non possunt, nostram debes consulere Majestatem.) Et in cap. *Per venerabilem, §. Rationibus, vers. Si dissicile, & ambiguum, qui fil. sint legit.* Quæ omnia si procedunt de jure communi, multo magis vendicant sibi locum in terminis Concilii, stante districta prohibitione cujusvis generis interpretationum, de qua in anted. cta Constitut. pii IV.

52 Quarta conclusio. Magistri, & DD. prohibentur glossas, commentarios, adnotationes, & scholia super decretis Concilii Tridentini typis mandare atque impressa edere. Nec excusantur à censuris, ex eo quod eorum interpretatio probabilis sit, & non necessaria, seu authoritativa.

53 Pro cujus conclusionis evidentia observanda sunt verba Constitutionis Pii IV. quæ in §. *Ad vitandum*, tres habet partes. In prima inhibet ne quis audeat ullos commentarios, glossas, adnotationes, scholia, ullumve omnino interpretationis genus super ipsius Concilii decretis quocunque modo edere. In secunda, quæ incipit ibi, *Aut quidquam*. Similiter inhibet ne quis audeat super iisdem decretis quidquam quocunque nomine etiam sub prætextu majoris corroborationis aut executionis, aliove quæsito colore statuere. In tertia, quæ incipit ibi, *recurrere*. Interpretationem dubiorum super decretis Concilii emergentium sibi, ac Sedi Apostolicæ reservat.

Quibus suppositis, in 1. *par. eiusdem §.* Prohiberi editionem interpretationis probabilis Doctorum, ac Magistrorum, clare probatur ex infrascriptis.

Et primò cum in 2. *par. d. §* prohibita sit interpretatio necessaria & authoritativa, ut probatum est supra in præcedenti et inclusione *d. 2. §. vers. Ceterum quidquid sit*, sit prima pars non includeret interpretationem probabilem, abundaret, & verba adeo præpinguia, & inculcata nihil operarentur. Et tamen in lege, vel constitutione nec syllaba debet esse superflua, & sine mysterio aliquid operandi, ut dicit glos. in l. 1. *ff. Quæ mer. can.* & Alex. *cons. 52. Circa hanc, n. 22. lib. 4.* Etiam ad correctionem juris communis. Cravett. *cons. 95. n. 5.*

Secundò in eadem prima parte prohibetur editio glossarum, & commentariorum: at hæc verba referri non possunt ad Principem, vel Judices, qui non edunt commentarios ad leges, vel constitutiones: ergo necessario referri debent ad Jurisperitos, & Glossatores, quorum interpretatio probabilis est secundum glossas initio citatas in 1. *suppositi sub n. 1.*

Tertiò Constitutio in prima parte ejusdem §. *Ad vitandum*, prohibet ne quis edat quodcunque interpretationis genus super decretis Concilii. Ergo comprehendit etiam interpretationem probabilem Magistrorum, quæ est una ex quatuor speciebus interpretationum, ut constat ex dictis in eodem primo supposito; quia sub prohibitione generis, verè & propriè includitur quælibet ejus species l. *Semper in generalibus, ff. de regul. jur.* & not. Bald. in l. 2. *C. de jur. aur. anul. ff.* sicut in toto propriè & pars continetur, l. *Si quis cum totum, in princ.* & ibi Soc. *ff. de except. rei judic.* notat. Dec. *in reg. in toto, in princ. ff. de regul. jur.*

Quartò prohibitio editionis hujusmodi sit in eo §. Pariformiter personis tam ecclesiasticis, quàm laicis. At certum est respectu laicorum prohibitionem non esse intelligendam de Interpretatione necessaria authoritativa, sed de pro-
54 babili tantùm: Supervacaneum enim fuisset, & præter intentionem Pontificis in ea Constitutione prohibere judicibus laicis interpretationem authoritativam decretorum Concilii, cùm indubitati juris sit judices sæculares non posse leges Canonicas, & Conciliares authoritativè interpretari glos. 1. in cap. *Nec licuit, 12. distin.* Hinc cùm monasterium quosdam hæredes Moniales coram sæculari convenisset, & agerent de Interpretatione Concilii, Sacra Congregatio rem ad se perlatam ad Sanctissimum retulit, qui dixit scribendum Nuncio ut sollicitetur à judicibus sæcularibus, de quo dubitent super interpretatione Concilii, & Congregationem consulant, illisque suggerentibus ferinat dubitationem ad Congregationem. Ergo etiam respectu Ecclesiasticorum ea prohibitio intelligenda est de interpretatione probabili. Quia una determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, l. *Iam hoc jure, §. fin. ff. de vulgar. c. Majores de Baptis. cum simili.* Et ea quæ regunturab eodem verbo, eandem recipiunt qualitatem. Bart. & alii in l. 1. *alii scriptum, ff. de legat. 1.* DD. in cap. *Secundo requiru, de appell.* Seraph. *decis. 559 n. 5.*

Quintò expendenda sunt verba prohibitionis universalia, ac multoties repetita tam respectu personarum, quibus fit prohibitio, quàm respectu interpretationis inhibitæ. Et quidem respectu personarum ibi, *si unicuique liceret*: & ibi, *omnibus ecclesiasticis personis cujuscunque sint ordinis, &c. quàm laicis quocunque honore, &c.* Respectu verò Interpretationis ibi, *ullumve omnino interpretationis genus, &c.* Quæ quidem verba restringi non possunt ad judices tantùm, & ad solam interpretationem necessariam absque eo quod vis manifesta inferatur litteræ; cùm de natura verborum universalium sit potius omnia includere, & comprehendere etiam ea, quæ aliàs in generali dispositione non comprehenderentur, ut de dictione *quodcunque*, est tex. in c. *Solita*, *vers. Quodcunque legaverit.* & ibi Abb. in *ult. notab. de major. & obed.* cum concord. de quibus per Roman. *cons.* 31. *Visis hu*, *num.* 2. & notat glo. in c. *Pastoralis*, *in ver. Temporaliter*, *de donat.* Dec. in c. *Sedes, col. penult. in fine de rescript.* Seraph. *decis.* 980. *numer.* 8. Et de verbis illis, *cujuscunque sint conditionis, &c.* est tex. in c. *Quamvis*, & ibi not. Archid. *de off. Ordin lib.* 6. & eo magis quia hoc casu verba non solum sunt universalia, sed etiam geminata, & sæpius inculcata. Cravett. *cons.* 294. *Verba transact. n.* 1. *& seqq.*

55

56 Sexto ad hoc ponderandus est textus in l. 1. §. *Nostram autem consummationem*, C. *de veter. jur. enucl.* nam quemadmodum Pius IV. ad vitandam perversionem, & confusionem inhibuit ne quis ederet commentarios super decretis Concilii Tridentini; ita & Justinianus ob eandem rationem confusionis inhibuit ne ad suum Codicem applicarentur commentarii, sed prohibitio Justiniani habet locum præcipuè in interpretatione probabili Jurisperitorum, ut patet ibi: *nullis jurisperitis*, nec non ibi; *cum per contrarias interpretationum sententias totum pene jus conturbatum est.* Ergo idem dicendum de prohibitione Pii IV. quia verba Constitutionum ad intellectum juris communis sunt referenda, cap. *Cum adeò*, & c. *Causam quæ, de rescript.* Anchar. *cons.* 153. *Pro fratribus, numer.* 3. sicut enim leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum Principum Constitutionibus adjuvantur, c. *Intelleximus*, & ibi glos. & Jo. Andr. in ver. *Adjuvantur*, *de novi oper. nunciat.* nam Leges & Canones ex uno utero, vel fronte divino processerunt, ut Bald. inquit in *cons. schismatis posito post rubr. Cod. de Edict. D. Hadrian. tollen. n.* 3. Ad hoc c. 1. *de juram calumn.*

57 Septimò, & ultimò corroborantur prædicta ex observantia subsecuta: nam cùm olim quidam Jurisperitus edidisset glossam typis excusam Hispano idiomate ad integrum corpus Concilii Tridentini, S. Congregatio declaravit eum incidisse in excommunicationem in Constitutione Pii IV. inflictam.

58 Et meo tempore cum in sacra Congregatione examinatum esset quid agendum de remissionibus, quas typis impressas edidit Augustinus Barbosa ad universa decreta Concilii Tridentini; quamvis propriè remissiones illæ Concilium non interpretentur, sed simpliciter referant suo quemque loco Authores, qui singula decreta, interpretati sunt; tamen cum relatum sit in referente, & negari non possit quin hæc sit implicita interpretatio ex aliorum sententia, & species quædam adnotationum ad Concilii decreta: Sac. Congregatio *die* 27. *Aprilis* 1621 de mandato Gregorii XV. decrevit hujusmodi remissiones Indici librorum prohibitorum esse adjiciendas, prout fuerunt adjectæ.

59 Atque ita non obstat quod omnes ferè legum latores suarum legum interpretationem, & commentationem prohibuerint, *Deuter.* 4. *in princ. & cap.* 5. *in fin.* l. 1. §. *Nostram autem consummationem, &* l. 2. §. *Hoc autem, prope finem C. de veter. jur. enucl.* l. 14. *tit.* 1. *partit.* 1. l. 4. *tit.* 4. *lib.* 1. *ordinamen.* & tamen contrarium postea obtinuerit.

60 Nam præterquam quod contra Constitutionem Pii IV. quæ habet decretum irritans inficiens possessionem, & imponit ipso facto pœnam excommunicationis non potest validè introduci consuetudo, quia contrafacientes statim incidunt in pœnam, & in factum damnatum, cap. *Audivimus*, 24. q. 1. Hostien. in c. 1. *num.* 7. *de treug. & pac.* Alphon. à Castro de *potestate legis pœnalis lib.* 2. c. 12. *post primam conclusionem.* Certè hoc casu objectum tollitur ex facto; quia hujusmodi consuetudo applicandi Commentarios, & Glossas ad decreta Concilii Tridentini minimè viger. Nemo enim hactenus id attentare præsumpsit præter unum Hispanum, qui propterea fuit denunciatus excommunicatus, & Authorem adnotationum, quæ Indici librorum prohibitorum adjectæ fuerunt, ut supra proximè dictum est.

61 Imò quod est memoria dignissimum, cum Gregorius XIII. commisisset prius Flavio Ursino, Francisco Alciato, & Antonio Caraffæ, S. R. E. Cardinalibus provinciam compilandi septimum librum Decretalium, multaque ipse manu sua exarasset, ac montuisset, sed è vivis ereptus inchoatum opus dimisisset: Sixtus V. ejus successor eam curam imposuit Dominico Cardinali Pinello anno 1587. eique collegas adjunxit Cardinales Aldobrandinum, Matthæum, Columnam; Ex quibus Cardinali Aldobrandino post obitum Sixti ad Pontificatum assumpto, & creatis Cardinalibus ex Prælatis ipsius Cogregationis Lucio Saxo, Laurentio Blanchetto, & Pompeio Arrigonio extremo anno 1593. factus est finis ea undequaque seligendi, & recognoscendi, quæ inserenda in Canonum corpus essent.

62 Magnopere autem hæsitatum est num, in extrema hac compilatione inieri deberent œcumenicorum Concil. Florent. ac Trid. Canones etiam ad dogmata pertinentes: & tandem optimis rationibus in eam itum est sententiam, ut inserentur, licèt Collectiones tam Gregorii IX. Bonifacii VIII. & Clementis V. quàm in antiquioribus Isidori, Burchardi, Anselmi, Photii, & aliorum paucissimis dogmatibus sint respersæ. Itaque volumen Pontificia jura, & Conciliorum decreta trecentorum propè annorum in quinque libros disposita, suis propriis distributa titulis compendiaria quadam summa complectens, extremam manum accepit die 25. Julii anno 1598. sed cum typis jam excusum sub nomine septimi libri Decretalium Clementis VIII. propediem esset publican-

condum, gravis emersit difficultas, quod cum decretum Concilii Tridentini in eo integrum in corpus Juris Canonici redacta essent, negandum non erat, quin Jurisperitis liceret eis applicare glossas, & Commentarios: ita enim in præcedentibus Compilationibus factum videmus: nam ut missas faciamus veteres Græcorum collectiones, quibus suas addiderunt interpretationes, non modò Alexius Aristenus, Ioannes Zonaras, & Theodorus Balsamon, verum etiam Ioannes Scholasticus, & Photius ambo Constantinopolitani Antistites, & Matthæus Balsæus Monachus, Constantinusque Harmenopolus, atque Arsenius. Apud Latinos prima Decretalium compilatio, quam tempore Alexandri III. ex decretis antiquorum Conciliorum, & Summorum Pontificum Constitutionibus à Gratiano omissis fecit Bernardus Præpositus Papiensis: mox Faventinus Episcopus, & Breviarium Extravagantium inscripsit, licet privato eius nomine edita fuerit; Glossatores tamen habuit Vincentium, Alanum, Tancredum, Laurentium, & Rogerium. Similiter ad secundam privatam compilationem Gilberti, & Alani, quam suo nomine edidit Ioannes Gallensis eorum discipulus, glossemata fecerunt idem Ioannes, Hugo Fertariensis Episcopus, & Bernardus major Compostellanus. Quemadmodum & ad tertiam, quæ à Bernardo Archidiacono Compostellano propria authoritate Romæ confecta, & ideo Romana appellata, ac deinde omnium prima Liber Decretalium conscripta fuit, glossas fecerunt idem Vincentius, Alanus, Rogerius, Jacobus, & omnium copiosissime Tancredus, ut constat ex vetusto Codice antiquarum compilationum ab Anagnia civitate in Bibliothecam Vaticanam delato; licet Io. Andr. putaverit glossas ad hanc compilationem composuisse Paulum Hungarum. Quartæ itidem compilationi, cui addita fuerunt capita septuaginta, & unum Generalis Concilii Lateranensis paulo ante celebrati, glossæ fuerunt applicatæ, licèt de Authoribus variæ sint opiniones. Alii enim illas tribuunt Ioanni, alii Roberto, sive Rogerio. Et prætermissa quinta, quam idem Tancredus compaginavit ex Constitutionibus Honorii III. ad sextam itidem compilationem, quam Gregorius IX. ex quinque compilationibus præcedentibus in quinque Libris Decretalium disposuit opera scilicet Raymundi tunc ejus Capellani, & Pœnitentiarii, mox Tertii Ordinis Prædicatorum Magistri Generalis; glossas edidit Bernardus de Botono Parmensis, & Canonicus Bononiæ. Sed & ad sextum Librum Decretalium Bonifacii VIII. quæ septima fuit compilatio, Jo Andr. Bononiensis applicuit glossas, quæ in hoc prævaluerunt glossis Joann. Monachi Cardinalis; fuerunt enim concurrentes, ut idemmet Io. Andr. testatur *in præfatione ejus libri.* Ac demum ad compilationem Clementinarum Clementis V. à Ioanne XXII. publicatam glossas confecit idem Io. Andr. Et ad Extravagantes, quæ una cum Decretalibus Gregorii IX. Sexto, Clementinis corpus Iuris Canonici constituunt, ut declaravit Gregor. XIII. in Constitutione, quæ incipit: Cum pro munere. Zenzelinus de Cassanis, & Guilielmus de Monte Lauduno glossas applicaverunt, & Apostillas Ioannes Franciscus de Pavinis Rota Auditor, itidem veterum Canonum Expositores, Ruffinum Sylvestrum, Io. Hispanum, Ioannem Faventinum, Goffredum, Melendum, Bartholomæum Brixien. Ioannem de Deo, & alios quamplures recenset Guilielmus Durand. *in proœm. Spec. n.* 14. & ibi fusius Io. Andr. *in additione incipien. B. Parm. litter. a M.*

Quod igitur ad veteres Canonum Collectiones factum est, nulla ratio suadebat cur non idem esset permittendum ad extremam hanc compilationem septimi libri Decretalium. Id verò ex diametro adversabatur Constitutioni Pii IV. prohibentis, ne super decretis Concilii Tridentini edantur glossæ, & Commentarii, ullumve omnino interpretationis genus. Tanti autem hujusmodi prohibitio habita fuit, ut hanc unam ob causam substiterit hujus voluminis publicatio mitis elucubrata laboribus, ac vigiliis, & Præsulum, Gymnasiorum, totiusque Ecclesiæ votis efflagitata. Ita ut propterea nullus esset dubitandi locus, quin Constitutio Pii IV. interdicat etiam probabilem Glossatorum Interpretationem.

63 Sed hic quæritur an conclusio ut supra firmata procedat etiam in his, qui glossas, & commentarios ad universa Concilii decreta non typis excusos, sed scriptis evulgant.

64 Et quidem cum Pius IV. in *part. d.* §. *Ad vitandam*, prohibeat ne quis audeat super decretis Concilii glossas, & commentarios edere; expendenda est proprie hujus veroi *edere*, significatio. Cum enim glossæ super decretis Concilii, nec scripto evulgari consueverint, ideoque recurri non possit ad consuetudinem interpretativam, secundum ea, quæ dicentur infra in sequenti conclusione, *n.* 83. spectanda est primo loco propria verbi significatio juxta theoricam glossæ in l. *Non possunt, ff. de legib.* & Abb. in cap. 1. *n.* 14. *de Constitut.*

65 Inspecta verò juris communis dispositione, verbum *edere* referri non potest ad impressionem typographorum, quia nunquam, conveniunt hoc uno apud omnes, quod typographiæ usus reste Polydoro Virgilio *de inventor. rer. lib.* 2. *cap.* 7. initium duxit Mogentiæ anno salutis 1542. vel ut alii maluerunt, 1440. à Ioanne Cuthembergo nobili Alemanno, qui etiam inventor fuit atramenti, quo ad hæc usque tempora utuntur typographi; indeque post annos sexdecim delatus est in Italiam, & primi libri Romæ typis excusi, ut refert Volaterranus, fuerunt Augustinus de Civitate Dei, & divinæ Institutiones Lactantii Firmiani.

Igitur ex Iuris veteris significatione edere est copiam scribendi facere, vel dictare, ut alter scribendo excipiat, vel proferre scriptum ut legatur. l. 1. *in princ.* & l. *Si quis ex argentariis*, §. *Si initium ff. de edend.* & ibi Budæus, & Simon Siparduus in Lexico Iuris in verbo, *Edere.* Et secundum hoc prohibitio Pii IV. complectitur etiam eos, qui glossas manuscriptas evulgant. Præterea in hunc sensum accipitur verbum, *edere*, etiam postquam libri cœperunt typis conscribi, ut patet ex decreto Concilii Tridentini de *editione, & usu sacr. libr. sess.* 4. nam rubrica simpliciter ibi inscribitur, *De editione librorum.* Et deinde in corpore S. Synodus quasi explicans significationem illius verbi, *Editione*, statuit, ut

qui scripto sacræ Scripturæ libros communicant, vel evulgant, nisi antea examinati, probatiq; fuerint, eisdem pœnis sub iaceant quibus impressores. Et probatio in fronte libri, vel scripti, vel impressi authentice appareat. Ex quo contextu duo colliguntur. Primò editionis verbo contineri non solùm impressionem, verum etiam evulgationem, seu communicationem in scriptis: & hic nigrum declarat rubricam, ut per Alexan. *cons.* 13. *Circa primum, nu.* 8. *vers. Et sicut per rubricam, lib.* 3. Secundùm in materia prohibitionis etiam pœnalis impressionem, & evulgationem hujusmodi pari passu procedere. Atque ita non obstat quòd, materia sit pœnalis, & strictè accipienda propter Censuras Constitutionis Pii IV. Etenim in materia etiam pœnali, & odiosa fit lata interpretatio quatenus patitur verborum proprietas, l. *Cum lege*, & ibi Aretin. *ff. de testamen.* cum alijs adductis per Cagnol. in l. 1.
67 *num.* 41. *C. Qui adm.* Quemadmodum nec obstat quod ubi agitur de librorum editione de impressis, & non de aliis sit intelligendum ex communi usu loquendi, qui prævalet verborum proprietati, l. *Librorum*, §. *Quod autem Caßius, ff. de leg.* 3. Anchar. *in repet. Canonum statuta, nu.* 64. *in fin. de Constit.* cum vulgari usu non solùm verba, sed & mentem accommodare Legislatores semper in dubio præsumantur, Alciat. *præsumpt.* 4. Duenn. *reg.* 56. Covarr. *lib.* 3. *variar. resol. cap.* 5. *num.* 1.

68 Cessat enim objectum tum ex decreto Concilii superiùs ponderato; Tum quia quod dicitur, communem usum loquendi prævalere proprietati verborum, non habet locum in verbis legis, Bart. in l. *ita vulneratus, vers. Item nota, quod verba legis, ff. quod met. cau.* Tum quia Constitutio non loquitur nominatim de editione librorum, sed glossarum, & cujusvis generis interpretationis. Tum denique quia Pius IV. ibi non prohibet simpliciter ne quis audeat edere, sed adjectis verbis universalibus *Quocunque modo &c.* quæ extendunt dispositionem ad editionem, quæ fit in scriptis, etiam si hujusmodi editio alias sub simplici editionis verbo non comprehenderetur,
69 ex singulari doctrina Salyc. in l. 2. *C. de noxal.* ubi determinat statutum imponens pœnam pro homicidio quocunque modo patrato habere locum etiam in homicidio casuali, & sine dolo. Et eum sequuntur Jas. in l. 1. *num.* 19. *& seq. & præsertim nu.* 25. *ff. de legib.* Socin. Jun. *cons.* 113. *num.* 29. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 87. *num.* 8. *lib.* 2. Alios citat Menoch. *de recuperand. poss. remed.* 5. *num.* 63. Et quicquid sit de doctrina Salyceti, de qua plene per Cravettam *consil.* 294. *nu.* 2. certè propo-
70 sitio illa, quòd dictio, *quocunque modo*, seu *quovis modo*, vel *quomodocunque*, extendat dispositionem etiam ad impropria, & non comprehensa in dispositione generali, verissima est, ut ibi per Craver. & eam pluribus exemplis confirmant Ruin. *cons.* 32. *num.* 5. *& seqq. lib.* 2. Alex. *cons.* 95. *num.* 3. *& seqq. lib.* 7. & fusius Mandos. *ad Rum.* 31. *n.* 2.

71 Concludendo, aut quis Glossas, seu Commentarios super decretis Concilii scripto ita aliis communicat, seu evulgat, ut ad omnium manus pervenire possint; & non videtur excusandus à censuris Constitutionis Pii IV. Tum quia hoc casu verificatur propria, & gemina illius verbi, *edere*, significatio, ut patet ex dictis *n* 64. *vers. Igitur ex jure veteris*: tum quia in hujusmodi evulgatione viget eadem ratio perverbonis, & confusionis in Bulla consideratæ, atque in impressione.

72 Nec refragatur quòd libri impressi duntaxat consueverint allegari, non autem manuscripti, ut observat Salas *de legib. tractat.* 14. *quæst.* 97. *disput.* 21. *sess.* 11. *vers. Nec obstat si dicatur.* Quandoquidem in prohibitione Pii IV. non consideratur allegatio, sive citatio Authorum, sed editio, seu evulgatio Interpretationum.

Ac præterea verum non est libros non impressos non allegari; nam ante usum impressionis Authores omnes allegabantur. Et etiam nunc allegamus multos, quos impressos non habemus, ut in specie Vincentium, testimonio
73 Joann. Andr. *toprum. Decretal.* profundissimæ scientiæ patrem cujus glossa super Decretalibus in insignem Bibliothecam Francisci Cardinalis Barberini nuper delata, speratur in publicam utilitatem propediem impressum iri. Item ex manuscriptis nondum impressis hodie sæpe numero allegamus Dynum super Digesto Veteri, Infort. & Digesto Novo, Jacobum de Belvis. super Digesto Veteri, Raynerium de Forlivio super Infort. Signorollum de Homodæis super Cod. Angelum Aretinum super Digesto Novo, Baldum Novellum super Infort. Paulum de Eleazaris super Clement. & alios plures. Et ante impressionem solebat allegari Lapus Alba, S. Minati super 6. lib. Decretal. cujus Glossam manuscriptam nostris temporibus commisit prælo Dominicus Cardinalis Tuschus, ut legitur in ipsius *epistola in prim. tp. operis.* Idemque servabatur de volumine manuscripto consiliorum Cardinalis Zabarellæ quæ triginta annos latuerunt apud Felinum Sandeum Rotæ Auditorem, ejusque studio fuerunt excusa, ut ipsemet testatur ejusdem voluminis initio. Ita etiam sæpè adducimus Codices manuscriptos Bibliothecæ Vaticanæ, & aliarum celebriorum Bibliothecarum.

Quod verò id minus frequenter fiat duplicem habet rationem. Altera est quia Codices Manuscripti non ita facile multiplicantur, sicut impressi; ideoque propter librorum penuriam antiqui Doctores nonnunquam mittebant libros,
74 quos allegabant, ut patet ex Feder. de Sen. *consil.* 166. 255. & 265. & Bald. *consil.* 122. *Verba testamenti, circa princip. lib.* 1. ubi de lectura Odofredi, & *cons.* 477. *Punctus quæstionis, n.* 6. *in fin. & n.* 7. *lib.* 4. ubi ait (Si mihi non credis, crede Jacobo de Belvisio, qui hoc dicit. & si vis illius disputationem, mittam illam tibi, & crede etiam Bartolo hoc dicenti; scio tamen quod tanta est sapientia tua, quod non cures de illis Doctorellis)

Altera ratio cur opera manuscripta minus frequenter allegentur, est quia in manuscriptis adhuc retinetur antiquus mos, ut non citentur nisi opera clariorum Scriptorum. Utinam idem mos servaretur etiam in impressis: mirum enim est quàm parvo delectu hoc sæculo allegentur authores quotquot typis fuerunt excusi etiam ad decisionem causarum; quasi imprimendi licentia æqualem infundat omnibus authoritatem.

75 Major verò, vel minor frequentia librorum, & sic major, vel minor ratio perversionis, & con-

confusionis, diversitatem dispositionis hoc casu non inducit. Imò satis est ad sustinendam dispositionem, ut remaneat reliquiæ rationis finalis, leg. *Vnus, §. Seruus, ff. de quæst.* leg. *fin. ff. de decur.* & leg. 2. & 3. *ff. rer. amotar.* Bart. in leg. 2. §. *fin.* §. *de donat.* Et habetur magistraliter per Dynum *in regula, Decet*, & per Joan. Andr. *in Mercurial.*

76 Aut quis Glossas, & Commentarios super decretis Concilij scripto compositos sibi reservat ad usum, & commoditatem suam duntaxat, & non videtur incidere in pœnas Constitutionis, quia nec illius ratio, nec verba huic casui applicari possunt; non enim proprie dici potest edidisse, qui nec typis mandavit, nec alijs communicavit.

77 Atque ita his non adversantur duæ glossæ super Concilio Tridentino compositæ. Altera à Cardinali Antonio Carafa olim Præfecto Sacræ Congregationis Concilij; altera à Marincola Episcopo Theani, tum quia credendum est eos non composuisse hujusmodi glossas ut evulgarentur, & per manus omnium deferrentur; sed ut asservarentur ad usum ipsorum, vel ipsius Sac. Congregation. tum quia quatenus fuisset opus; verisimile est eos id egisse ex speciali licentia,
78 & facultate. Tum denique quia ipsi tanquam Congregationis Ministri non videntur comprehensi in prohibitione Pij IV. Neque enim in eis, qui veros & germanos sensus S. Synodi ex ipsius Congregationis oraculis perceperunt viget ratio illa prohibitionis, vitandi scilicet perversionem, & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret prout liberet super decretis Concilij interpretationes suas edere. Neque illis conveniunt verba illa: *Interpretationes suas prout ei liberet*; neque illa: *proprio ausu*, quæ ad hoc propositum olim ponderavit Pius V. ut dictum est *suprà num.* 30. Quin potius optandum esset, & ad mentem Constitutionis propius accederet, ut quæ ipsi hauserunt ex proprijs sacræ Congregationis fontibus, cæteris quoque communicarent: inde enim præberetur occasio rejiciendi interpretationes illas, quæ adversus sententiam S. Congregationis apud scriptores aliquando irrepserunt, ut dicam *infrà num.* 82.

79 Ratio autem illa Constitutionis cùm sit expressa per illud gerundium, *ad vitandum*, censetur finalis. Bartol. in extravag. *Ad reprimendam, vers. Nec ex eorum absentia, num.* 13. *& num.* 14. *vers. Et hoc apparet*, ac proinde ea cessante, cesset dispositio. c. *Etsi Christus*, §. *Quædam*, & ibi glos. *in rer. Cessat, de jurejur.* cum multis similibus.

80 Quinta conclusio. Magistri, Doctores, & Advocati, qui aliquod Tridentini Concilij decretum non principaliter & directè, sed occasione solutionis, seu dilucidationis alicujus quæstionis, aut causæ expeditionis obiter & indirectè interpretantur, atque hujusmodi interpretationes scriptas, ut typis excusas edunt, non incidunt in censuras, & pœnas Constitutionis Pij IV.

Hæc conclusio primò fronte videtur satis dubia. Primò quia prohibitio Pij IV. includit etiam quartam speciem interpretationis probabilis Magistrorum, ut ostensum est *suprà in* 1. *conclus. à num.* 53. *ad num.* 63. Quod cùm sit indubitatum quoad glossas, & commentarios, qui non fiunt nisi à Doctoribus & Magistris: idem videtur dicendum quoad aliud quodcumque interpretationis genus; quia in §. *Ad vitandum*, hæc omnia indifferenter prohibentur sub eadem clausula, & verborum structura; ideoque eodem jure censeri debent, ut patet ex dictis *num.* 53. *vers. Quartò prohibito editionem.* Nec videtur asserri posse sufficiens ratio diversitatis inter interpretationem necessariam judicum, & probabilem jurisperitorum: imò magis digni excusatione videntur judices, qui necessitate expeditionis causæ quasi coacti interpretantur Concilium, quàm Magistri, & Doctores, qui interpretationes edunt ex mera voluntate. Ex his quæ latè cumulat Felin. in cap. *Quæretam in glossa ver. Necessitate, de jurejur.* præsertim ad vitandam pœnam excommunicationis, cap. *Inter alia de sent. excommunicationis.* Sed judicibus non licet interpretationes suas edere super decretis Concilij, ut patet ex dictis *à num.* 21. *usque ad* 52. Ergo nec Magistris.

Secundò, quia Bulla Pij IV. prohibet, ne quis super decretis Concilij edat ullum omninò interpretationis genus. At negari non potest quin Magistri & Doctores hoc casu edant aliquod genus interpretationis super decretis Concilij, licet non super universis, nec primò, & per se principaliter, sed incidenter tantùm ponderando negativam universalem *nec ullum omninò, &c.* quæ omnia negat possibilia. Rom. *cons.* 199. *Præsens in princ. num.* 2. *vers. Secundò quia*, cum multis congestis per Cravett. *cons.* 481. *in princ. &* excludit etiam ea, quæ sub latissima vocabuli negativi significatione continentur. Dec. *cons.* 12. *n.* 12. *& seq. lib.* 1.

81 Tertiò, quia Bulla prohibet non solùm ne quis edat ullum interpretationis genus, sed adjicit etiam verba *quocunque modo, &c.* quæ includunt omnem modum tam principalem, & directum, quàm incidentem, & indirectum, ut scripsit Cemin. *cons.* 29. *num.* 2. *vers. Item addit quovismodo. & num.* 3. Plura cumulat Alex. *cons.* 95. *Requisitum, num.* 2. *& seq. vers. Præterea esset violare, lib.* 7.

Quartò, ratio expressa in Bulla: Ad vitandam perversionem, & confusionem, *&c.* æquè viget in Interpretationibus, quæ fiunt obiter, atque in his, quæ fiunt principaliter: utroque enim casu decreta Concilij pervertuntur, quod etiam docuit experientia, & non multorum annorum spatio experti sumus multos in errores graves
82 fuisse prolapsos ex pravis interpretationibus, quas hauserunt ex libris impressis: videmus enim Navarrum virum alioquin doctum, & pium, & versatum in Curia; sæpè tamen consuluisse in casibus contingentibus, & Decreta Concilij exposuisse contra declarationes Sacræ Congregationis, licèt ignoranter, & fortè rarius, quàm alij, ut in calce plurium illius Consiliorum est adnotatum, & præsertim *cons.* 2. *de tempor. ord. cons.* 9. *De ijs, qui vi met. cau. cons.* 11. *jurejur. cons.* 15. *de Cleric. non resid. cons.* 20. *de prab. cons.* 81. *de regul. cons.* 6. *&* 14. *de stat. Monach. cons.* 9. *de consanguin. & affin.* & sæpè alibi. Itaque cùm editioni harum interpretationum, quæ obiter fiunt, conveniant verba & mens Constitutionis Pij IV. illius quoque dispositio

convenire debet, l. *Hominis, & rei*, §. *Verbum ex legibus, ff. de verb. signific.* l. 4. §. *Totiens, ff. de damn. infect. cum vulg.*

Neque verò huic casui applicari possunt rationes, quòd interpretatio legum sit necessaria, & per legem, vel statutum tolli non possit; quòd Doctores possint, imò debeant Tridentini Concilij Canones & Decreta interpretari; atque aliæ hujusmodi, de quibus proximè in sequenti conclusione. Siquidem illæ vigent in interpretatione: nulla enim necessitas, vel naturalis ratio impellit Magistros, & Doctores ad impressionem earum interpretationum, quas fecerunt in Scholis, seu Academijs.

83 Sed in oppositum urget communis usus & observantia, quæ dicitur optima legum interpres, cap. *Cùm dilectus, de consuet.* l. *Si de interpretatione, ff. de legib.* Et est secunda interpretationis species, de qua *supra in princip. primæ suppositi, nu.* 1. Plena enim sunt volumina harum interpretationum Concilij Tridentini obiter factarum in operibus impressis tam Theologorum, quàm Jurisperitorum. Et durum videtur condemnare, aut censuris irretitos judicare tot pios, & religiosos viros, qui de materijs moralibus scripserunt; cum præsertim hujusmodi editiones non solùm processerint scientibus, & patientibus Superioribus; sed aliquando ijsdem consentientibus, & approbantibus: nam videmus multos ex hujusmodi libris fuisse impressos in Urbe prævio examine, & approbatione Magistri Sacri Palatij Apostolici. Et in Sacra Congregatione sæpius vidi observatum, ut in aliquo articulo allegata fuerit sententia Navarri, Medinæ, vel alterius Scriptoris aliquod decretum Concilij Tridentini interpretantis, & Congregationem non solùm non redarguisse Authores, quòd ausi fuerint hujusmodi interpretationes typis excusas edere; sed illorum etiam sententiæ adhæsisse, ita ut aliquando etiam de illorum authoritate mentionem fecerit in ipsismet decisionibus, non quidem ijs, quæ eduntur in forma authentica, sed quæ in libris publicis ad usum ipsius Congregationis asservantur. Et tamen si existimasset hujusmodi interpretationes inhiberi in Constitutione Pij IV. illas potius rejecisset unà cum authoribus tanquam excommunicatis ex facto notorio, & permanenti, sicut tecit de Glossa edita Hispano idiomate, ut dictum est *supra num.* 57.

Quæ quidem observantia usque adeò inolevit, ut propterea nonnulli ex recentioribus Theologis, & in specie Salas *d. sect.* 11. *vers. Ad secundum respondet*; non dubitaverit affirmare Bullam Pij IV. hac in parte aut non fuisse usu receptam, aut per contrarium usum fuisse abrogatam Papâ sciente, & tolerante.

Sed hæc assertio multiplices & inextricabiles habet difficultates. Unde verius dicendum est consuetudinem hoc casu non derogâsse Constitutioni Pij IV. sed tantùm interpretatam fuisse illa verba: *Vllamve omnino interpretationis genus, supra decretis Concilij quocunque modo edere*, ut intelligantur de illa tantùm editione, quæ fit super Corpus Concilij per modum Glossæ, aut Scholij, seu adnotationum, ut contingeret, si quis imprimeret Concilium cum adnotationibus in margine ad singula Decreta, aut commentarios eis applicaret; secundùm ea quæ dicta sunt 84 *in quarta Conclusione, num.* 52. Ita enim intelligendo non infertur eis litteræ; quæ verba universalia, *ullum omnino interpretationis genus*, retinent propriam naturam; ita ut includant quamcunque formam interpretandi. Et similiter verba: *quocunque modo*, retinent proprium significatum, ita ut comprehendant quemcunque modum editionis, sive hæc per evulgationem in scriptis, sive per impressionem; sed tamen omnia restringuntur ad limites illorum verborum, super decretis Concilij, & ad subjectam materiam, ut de hac ipsa dictione *quocunque modo*, seu *quovis modo*, declarat Gemin. *cons.* 29. *num.* 3. *in fin. vers. Nec obstant.* & Ang. *cons.* 288. *num.* 3. *vers.* 85 *Hoc etiam confirmatur.* Cùm autem ea verba *super decretis Concilij*, referri possint tam ad aliquot decreta distributive quàm collective ad universa, secundùm ea, quæ notantur in leg. *Qui filiabus*, §. 1. *de leg.* 1. & dubitari possit an indefinita æquipollent universali, ut in cap. *In Genesi*, cum ibi not. *de elect.* glos. in cap. *Venerabili, in ver. vices, de offic. Deleg.* & an pluralis locutio resolvatur in singularitate, secundùm ea, quæ notantur in cap. *Omnis*, in glos. 1. *distinct.* 1. & in Clem. 1. *in gloss. in ver. Alios, de Renunciat.* benè potuerunt ea verba interpretationem accipere à consuetudine, ut non includant interpretationem obiter factam extra Corpus Concilij. Verba enim obscura propter eorum generalitatem ex observantia veniunt declaranda, Abb. *cons.* 27. *in fin. num.* 4. *lib.* 4. Seraph. *decis.* 964. 86 *num.* 4. Bulla enim Pij IV. esto tollat consuetudinem, non tamen tollit interpretativam, Decian. *cons.* 24. *num.* 28. *lib.* 3. Deci. in cap. *Cum M. num.* 7. *de Constit.* Deinde quatenus huic interpretationi repugnaret verborum proprietas; tamen in legibus interpretandis primò locus recurrendum est ad consuetudinem, deinde ad verborum propriam significationem, ut dicit glos. *unic.* in leg. *Non possunt, ff. de legibus*, est communis Doctorum theorica in cap. 1. *de Constitut.* ubi in specie Anchar. *num.* 34. *vers. Quæstiones autem sunt commissa*, & Abb. *num.* 14. Matthæus. *in jur. princ. electi. verior opinion.* Sylvest. *in ver. Optimo, num.* 2. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent, leg. *Labeo, ff. de supellect. legata*; unde magis statur usui, quàm significationi vocis, leg. *Pavori, in princip. ff. eod.* glos. *in ver. vltra duas dierum* & Hostiens. *nu.* 10. *in cap. Nonnulli*, & ibi dixi *num.* 18. *supra de rescripts.*

88 Quæ quidem interpretatio hoc casu rationabilior videtur, quòd regulariter prohibita interpretatione, non censeri prohibita interpretatio, quæ fit obiter & incidenter ut hic per glos. Innoc. Host. Jo. Andr. Butr. & DD. de quo latius dictum est *supra num.* 41. *& seqq.*

Et per hæc cessat ratio superius considerata *num.* 83. quia quoad Judices non viget usus, & observantia, ut in eorum sententijs interpretentur verba Concilij Trident. Sicut viget quoad Magistros, & Doctores in eorum disputationibus, & consilijs. Præterea non licet inferre ab interpretatione Judicis, quæ inducit parendi necessitatem, ad interpretationem Magistrorum, quæ tantùm probabilis est, ut in primo supposito. Ac demum in Judicibus vigent aliæ considerationes, de quibus supra à *numer.* 21. *usque ad num.* 52.

89 Sexta, & ultima conclusio Lectores, & Magistri licitè possunt in scholis Tridentini Concilii decreta oretenus interpretari. Et quidem quoad interpretationem translativam, de qua supra *in secundo supposito, numer.* 3. Hæc conclusio procedit absque difficultate; quia interpretatio hujusmodi ad Concilii intelligentiam omnino est 90 necessaria saltem rudibus, & illiteratis. Hinc jampridem curatum fuit, ut idem Concilium in Græcam, Arabicam, Caldæam, aliasque exteras linguas verteretur. Et in Constitutione Clementis VIII. *edita* 31. *Augusti*, 1595. super aliquibus ritibus Græcorum pro Episcopis Latinis, in quorum diœcesibus Græci, vel Albanenses Græco ritu viventes degunt, Ordinarij locorum jubentur curare, ut ipsius Concilii decretum de reformatrim. vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis, & Parochiis Græcorum, & Albanensium evulgetur, & publicetur, ut in *Bullar. to.* 3. *pag.* 48. Aliò quin sequeretur, ut cum Episcopi in examine promovendorum ad ordines, & beneficia injungunt, ut Tridentini Concilij decreta materno idiomate exponantur. Et cum Magistri grammatices in scholis eadem decreta explicant, aut à scholaribus explicari jubent alia lingua juxta tex. in l. 1. §. *fin. ff. de verbor. oblig.* omnes in pœnas Constitutionis inciderent, quod absurdum esset afferere.

Generaliter tamen, Proposito articulo de ordine Sanctissimi Domini Nostri à Congregatione de Propag. fide remisso, An translationes S. Concilii Tridentini in alias linguas sint permissæ, an potius comprehendantur in Constitutione Fel. rec. Pii IV. prohibente illius interpretationes, & glossas *die* 2. *Iunii* 1629. S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit translationes ejusdem sacri Concilii Tridentini de lingua Latina in Gallicam, vel alias linguas esse prohibitas: ideoque significandum S. Congregationi Indicis, ut omnino prohibeat translationes hujusmodi factas, quæ absque auctoritate hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ impressæ sunt. Et eadem S. Congregatio Indicis illas prohibuit 5. *Novembris ejusdem anni* 1629. specialis tamen verbis alicujus decreti sine impressione non videtur prohibita, ut superius dictum est.

91 Et idem concludendum de interpretatione, seu declaratione litterali, de qua supra in *quarto supposito, nu.* 8. nam hæc quoque declaratio, & expositio litteræ absolutè necessaria est ad intelligentiam Concilij. Ideoque Pius IV. non est censendus hujusmodi interpretationes, seu declarationes voluisse prohibere; quem admodum nec Nicolaus IV. prohibuit, imò expressè præservavit in cap. *Exijt qui seminat*, §. *Itaque sub pœna, de verb. signif. lib.* 6. ibi: (Super ipsa Constitutione non fiant, nisi forsan per quas verbum, vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius exponatur).

92 Probatur, quia circum scripta Principis reservatione, seu prohibitione Lectores, & Magistri facultatem habent leges interpretandi, cap. 1. *vers. At verò*, & ibi glos. *in vers. Magistrorum, de Decim.* leg. 1. *ff. de orig. jur.* leg. *Si negotium*: ibi: *Ita accepi*: ubi glos. exponit, id est, à Præceptoribus, *ff. de privil. Cred.* l. 1. & ibi glos. *ff. Si cert. pet.* & habetur *in proœm. Decret. Sexti*, & Clem. Propterea enim publicæ universitates fuerunt institutæ, leg. *unic. C. de studijs liberal. Vrb. Roman. lib.* 11. *cap.* 2. *de privil. nu.* 6. Ideoque inter alias qualitates, quas habere debent Lectores, jura recensent interpretandi facultatem, ut in l. *unic. C. de Professi. qui in Vrb. Constantin. lib.* 12. & notat Abb. 93 in c. 1. *num.* 5. *de Magistr.* Et mos est in publicis Universitatibus, ut in Doctoratu conferatur authoritas, seu licentia legendi, & interpretandi; quæ quidem licentia operatur, ut hæc possent publicè fieri, quod alias non liceret, ut dicit gl. *in* §. *Responsa Prudentum, in ver. Publicè possit, de jurenatur.*

94 Hanc autem interpretandi facultatem non fuisse à Pio IV. sublatam, ex infrascriptis suaderi potest. Et primò, quia *in* 1. *part.* §. *Ad vitandum*, inhibetur tantummodo interpretationis editio necessaria; & in secunda non interdicitur nisi interpretatio necessaria, & authoritativa, ut ostensum est *supra in quinta conclusione, num.* 25. *& seqq.* At Magistri, & Lectores, qui Concilium in scholis oretenus interpretantur, neque id faciunt authoritativè, cùm nemo sit adhibitus stare verbis Magistri, leg. 2. C. *De Professi. lib.* 10. glos. in leg. 1. *in ver. Insuper, de legibus.* Nec interpretationes suas edunt. Ad hoc leg. *Lex Cornelia*, §. *Si quis librum, ff. de injur.* & patet ex dictis *supra in quarta conclusione, vers. Sed & hic quæritur, num.* 3. *& seqq.* Ergo verba Constitutionis eos non comprehendunt, & consequenter nec ejus dispositio vulgata, leg. 4. §. *Totiens, ff. de damn. infect.* Quod enim quis verbo non expressit, mente non videtur cogitâsse. Oldrad. *cons.* 266. *Quæ-* 95 *ad autem, num.* 10. Et cùm versemur in materia pœnali, & correctoria juris communis, ut mox dicemus; non est facienda extensio de casu ad casum, cap. *Pœnæ, de pœn. distinct.* c. *Statutum, de elect. lib.* 6. c. *Odia, cum concor.* de quibus ibi per glos. & Dyn. *de regul. jur. eod. lib.* Oldrad. *d. cons.* 266.

96 Secundò idipsum suaderi potest; quia legum interpretatio naturaliter necessaria est, ut est tex. in l. 2. §. *Ita legibus, ff. de orig. jur.* & ibi præter ordinarios adnotarunt Zaff. & Cujac. Sed illud, quod est naturaliter necessarium, per leges civiles tolli non potest, §. *Sed naturalia, Instit. de jur. natur.* & alioquin ex ista generali prohibitione multæ sequerentur absurditates, ut ibi per eum. Et consequenter per Constitutionem, seu statutum tolli non potest, arg. *dict.* §. *Sed naturalia*, quod tenet expressè Bald. *in dict.* §. *Ita legibus, nu.* 3. & sequuntur Cujac. & Zaff. ibidem, & Dec. 97 *hic numero* 27. inferens propterea statutum prohibens interpretationem esse intelligendam de extrinseca, & non de intrinseca, ad quod allegat eundem Bald. in leg. 3. *circa fin. C. de lib. præterit.*

Idem docuit Bart. in leg. *Omnes populi, in ultima quæstione sexta quæstionis principalis, num.* 65 *ff. de justit. & jur.* ubi dicit statutum prohibens Interpretationem, glossationem, vel extraneum intellectum statutorum, nihil, aut modicum operari; nam per dicta verba solùm frivola interpretatio videtur remota, l. 1. §. *fin. C. de veter. jur. enucl.* At justa interpretatio benè debet, & po-

potest fieri, leg. 1. *C. de leg.* Item hujusmodi interpretationes sunt necessariæ naturaliter, *d. §. Hæ legibus.*

98 Tertiò ad idem affertur textus in Extravag. *Quia nonnumquam, de verb. signif.* ubi Constitutionem c. *Exgt*, in qua Nicolaus IV. sub certis pœnis interdixit, ne concordantiæ, seu contrarietates, seu adversæ, seu diversæ opiniones ab ipsius Constitutionibus Lectoribus, seu Expositoribus aliquatenus indicerentur, nec super ea glossæ fierent, nec intellectus ipsius distorqueretur ad aliud, quam litera ipsa sonat, Joannes XXII. ea ratione suspendit, quia argumentis frequenter & collationibus latens veritas aperitur, ac sub eadem littera sæpe latet multiplex intellectus; & quia difficile est volentibus constitutionem prædictam perfectè legere & intelligere pœnas adjectas in Constitutione hujusmodi devitare: ut propterea voluit per suspensionem dictæ prohibitionis viam veritatis aperire, & periculis, possent litteratæ personæ, & præcipuè scholasticæ incurrere, salubriter obviare. Ergo ob eadem rationes Pius IV. præsumi non debet voluisse hanc interpretationem Lectoribus interdicere, & eò magis, quòd censuræ & pœnæ in ejus Constitutione indictæ sunt latæ sententiæ; cùm tamen appositæ in Constitutione Nicolai IV. sint comminatoriæ tantùm.

99 Quartò, & ultimo pro prædictis adducitur decretum ipsiusmet Concilij Tridentini *in cap. 2. sess. 25. de reformat. in §. Ad hæc*, ibi (præcipitur ut omnes ij, ad quos universitatum & studiorum generalium cura pertinet, diligenter curent, ut ab ijsdem universitatibus Canones, & Decreta Concilij integrè recipiantur, ad eorumque normam Magistri & Doctores ea, quæ Catholicæ fidei sunt, doceant, & interpretentur, seque ad hoc institutum initio cujuslibet anni solemni juramento obstringant.) Et quamvis Concilium non dicat expressè, ut Magistri & Doctores interpretentur Canones, & Decreta Concilij; sed tantummodo ut interpretentur ea, quæ Catholicæ fidei sunt, tamen cùm id jubeat fieri ad normam Canonum & Decretorum S. Synodi, sub hoc præcepto videtur saltem implicitè contineri hujusmodi interpretatio. Quæ tamen aliter fieri debet à Theologis, atque à Canonistis, ut olim perpendit Sac. Congregatio septimi libri Decretalium sub Clemente VIII. Nam juris Pontificij Professoribus non proponuntur ista dogmata, ut ea speculativè, vel ex professo in scholis legant, aut de illis tanquam de suis axiomatibus disputèt; quia cùm ex articulis fidei deducantur, ut talia ad Theologum pertinent. Jurisperitus verò debet ea scire, & præsupponere tanquam certa, & ex purissimis sacræ Theologiæ fontibus emanata, cùm sacrorum Canonum disciplina sit subalternata sacræ Theologiæ, & illam præsupponere debeat, ut Medicina præsupponit Philosophiam naturalem, & Musica Arithmeticam. Quapropter sicut juris Canonici Professor, qui in gymnasijs librum Decretalium legit, non interpretatur titulum de Summ. Trinit. & fid. Cathol. prout objectum est fidei, & principium à Theologo acceptum; ita cùm incideritin materias de Justificatione, Prædestinatione, libero Arbitrio, & alias id genus in Canonibus S. Synodi diffinitas, non sumet eas explicandas secundùm propria principia, sed relinquet Theologis declarandas.

102 Hanc autem facultatem, seu potius obligationem, quam habent sacræ Theologiæ, ac juris Pontificij Lectores interpretandi, ut suprà Canones Concilij ad fidem pertinentes, absurdum videtur ut Pius IV. voluerit eis adimere: est enim inverisimile, & ab illius mente prorsus alienum, ut in ipsamet Constitutione, in qua omnia, & singula Oecumenici Concilij Decreta confirmavit, & ab omnibus suscipienda, ac servanda esse decrevit, voluerit primus Concilium vulnerare, & decretum *dict. cap. 2. sess. 25.* sua Constitutione abrogare facit regula leg. *Legata inutiliter, ff. de admen. legat.* leg. *si quidem, de minor.* leg. *Quod favore, C. de leg.* & quod not. Alex. *cons. 79. Circa primum, num. 6. vers. Circa septimum, lib. 1.* dum dixit inducta ad majorem confirmationem non debere infirmationem operari.

103 Sed prædictis videtur obstare textus in l. *Nemo Clericus, C. de Summa Trinit. & fid. Cathol.* ubi districtè interdicitur ne quis de fide Christiana publicè turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in posterum. Et mox subnectitur ratiosquia & injuriam facit judicio Synodi, si quis semel judicata, ac rectè disputata retolvere, & publicè disputare contenderit.

At respondetur, ibi non prohiberi nisi disputationem illam, quæ publicè suscipitur ad errores disseminandos, & excitandos tumultus, ut indicant illa verba: *turbis coadunatis*, & clarius illa: *perfidiæ, & tumultus occasionem requirens*: non autem illam, quæ fit gratiâ addiscendi in scholis, vel ad errores confutandos, ut declarat ibi gloss. *in ver. Requirens.* Innoc. in cap 2. *de Summa Trinit. & fid. Cathol.* Et Franciscus Penia *in Director. in quæst. part. 1. schol. 5.* & in effectu consentit D. Thom. *in 2. 2. q. 10. art. 7. ad 2.* dum dicit in d. l. *Martiani Augusti* per Canones confirmatam prohibere publicam disputationem de fide, quæ procedit ex dubitatione fidei, non autem illam, quæ est ad fidei confirmationem.

Fortius obstat textus in cap. 2. §. *Inhibemus, de hæret. lib. 6.* ubi Alexander IV. prohibet, ne cuiquam laicæ personæ liceat publicè, vel privatim de fide Catholica disputare; qui verò contrà fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

Glossa in figuratione casus, & in ver. *Laicæ personæ*, recenset duas opiniones. Prima est eorum, qui pro laicis intelligunt illiteratos, juxta vulgare Gallicorum, qui hominem literatum appellant magnum Clericum: absurdum enim videtur, ut Clericus ruralis disputando de fide non incidat in hanc pœnam, & laicus Decretorum Doctor incidat; ut ibi per gloss. Unde Cajetanus *in 2. 2. d. quæst. 10. art. 7.* dicit, ideò disputare de fide laicis prohiberi, quoniam ut plurimum sunt illiterati, & leges de illis ferunter, quæ communiter contingere solent, leg. *Nam ad ea, ff. de legibus*; si tamen reperiantur laici literati, possent de fide disputare. Sed hanc opinionem reprobat glos. præalleg. & Franc. *nu. 1.* quia infert vim litteræ illius Decretalis. Et Albert. in *tract. de agnosc. affert, quæst. 13. num. 5. & seqq.* tenet indistinctè laicos prohiberi de fide disputare, non quia illiterati sunt, sed quia laici sunt ad eum modum, quo laicis universis interdicitur prædicationis officium in c. *Cum ex injuncto*, & in c. *Sicut, il secundo, de hæret.* Et huic sententiæ adhæret Penia *in Direct. inquisit. part. 1. Schol. 23. col. 4. in fin. vers. Sed illud est hic inquirendum* ex rationibus per eum adductis, nisi quando disputatio de fide susciperetur honoris & exercitationis causâ, ut ibi per eum *in 5. colum. vers. Secundò patet*, post Cajetan. *d. art. 7.* id enim laudabile est, ut ait ibidem D. Thomas, & Emeric. *in Director. part. 1. quæst. 10.*

Et quicquid sit de alijs generibus disputationum, certè quod pertinet ad propositum nostrum, nulli prohibetur disputatio illa, quæ fit ad majorem Scripturarum intelligentiam, glossi in extravag: *Cùm inter nonnullos*, Joannis XXII. *in ver. Scriptura, de verbor. signific.* per text: in Can: *Satis evidenter, 96. dist.* nam ut legitur in d. c. *Cùm ex injuncto, de hæret:* desiderium intelligendi divinas Scripturas, & secundùm eas studium adhortandi reprehendendum non est, sed potius commendandum.

Ex quibus hæsitandum non videtur, quin Magistris & Lectoribus liceat decreta, & Canones Concilij Tridentini verbotenus interpretari.

104 Sed QUÆRES. An liceat eis dictare has interpretationes Scholaribus scribentibus. Respondeo, licere, si id fiat obiter pro explicatione alicujus difficultatis; quia hoc casu nedum dictatio, & evulgatio interpretationis, sed ipsa quoque impressio permissa est, ut abundè ostensum est suprà in præcedenti conclusione, *nu: 83.* Secus verò si id fiat principaliter, & directè per modum glossæ, & scholij, seu commentarijs; quia cùm ex propria significatione vocabuli, *edere*, fit etiam dictare, ut alter scribendo excipiat, l. 1. §. *Edere, §. de edem.* qui ejusmodi glossas dictat, offendit verba, & mentem Constitutionis Pij IV. ut patet ex dictis in quarta Conclusione *num: 63.* Facit enim id, quod Constitutio prohibet, & sententiam ejus circumvenit, leg. *Contra legem, ff. de legib.*

DE IVDICIIS.

Cap. Venerabilis.

SVMMARIVM.

1 *INstantia judicij non perit per lapsum triennij de jure Canonico: Secus de jure Civili, & n. seq.*

Et quæ sit ratio diversitatis. n. 3. & seqq.

2 *Differentia ut inducatur inter jus Civile, & jus Canonicum, satis est ut in foro Canonico jus Civile non fuerit usu receptum.*

3 *Sopitum perfectè non est quod reiterari, & recidivari potest.*

Litium brevitati magis consulitur per Canones, quàm per leges, & cur. ibid.

4 *Instantia peremptâ omnia acta pereunt, datur novus libellus, lis iterum contestatur, & omnia fiunt de novo. & n. 13.*

5 *Appellatio non datur secundùm leges nisi à diffinitivâ, sed secundùm Canones appellatur à quæcunque gravamine.*

Et quid ex Concilio Tridentino. n. 12.

6 *Instantia non perit triennio secundùm Canones in causis tam ordinarijs, quàm delegatis.*

Delegatus lapsu triennij non obstante potest in causâ procedere. ibid.

7 *Nisi princeps delegans præfixerit instantiam triennio minorem.*

8 *Instantia in causâ appellationis tam secundùm leges, quàm secundùm Canones perit lapsu unius anni, vel ex causâ biennij.*

9 *Criminalium causarum instantia an de jure Canonico pereat per lapsum biennij, sicut perit de jure Civili.*

10 *Instantia perit etiam de jure Canonico quando reus absolvitur propter irrepetum judicium.*

11 *Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes ex Concilio Tridentino infra biennium terminari debent, quo elapso liberum est partibus Iudices superiores adire.*

13 *Tridentinum Concilium in quo discrepet à jure Civili in præfixione instantiæ. & num. seqq.*

Instantia de jure Civili perit biennio, sed non perit jurisdictio judicis. ibid.

14 *Instantia ex Concilio Tridentino per lapsum biennij perit judici, cujus jurisdictio expirat, sed non perit partibus, nec pereunt acta.*

15 *Causæ tam civiles, quàm criminales ex Concilio Tridentino coram Ordinario infra biennium sunt terminandæ.*

16 *Quod non procedit in Ordinario Commissario.*

17 *Et quid si causa Ordinario fuit delegata ad jurisdictionem exercendam.*

18 *Conservatores Religiosorum an ex Concilio Tridentino teneantur infra biennium causas terminare.*

19 *Instantia ex Concilio Tridentino an currat cùm non stat per Iudicem, quo minus causa infra biennium terminetur, sed vel ob qualitatem causæ, vel ob partium cavillationes & num. seqq. usque in fin.*

20 *Instantia non currit si in protrahatur ultra præfixum tempus ob causæ magnitudinem.*

21 *Iudex non imparitur officium suum nisi volenti, & petenti. & num. 26.*

22 *Instantia non currit cùm causa protrahitur partium cavillationibus.*

Contrarium. num. 27.

23 *Iudex debet litium brevitati studere, & artibus litigatorum occurrere.*

24 *Sententia lata post instantiam peremptam nulla est.*

25 *Dictio, omninò, importat necessitatem præcisam.*

VENERABILIS. Legitur sex modis, ut hic per Abbatem à *num: 2. post medium, vers: Oppono expediendo glossam.* Et ideò summatur varie pro varietate lectorum, ut
1 per Bero. *in princip.* Communiter tamen sic summatur: Instantia judicij non perit per lapsum triennij. Hoc dicit: Joann. Andr. Bellam. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Abb. Joan. de Anan. Aretin. & Berous. Et ita ex textu colligo differentiam esse quoad peremptionem instantiæ inter jus Civile, & jus Canonicum: nam de jure Civili instantia judicij perit lapsu triennij post litem contestatam, ut leg. *Properandum, C. de Iudicijs*, & tenent communiter Doctores, ut

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ut attestatur Joannes Andreas *in Addit. ad Speculat. in titul. De Iudic. Deleg. §. Restat, in ver. Triennij littera D.* De jure Canonico secus, ut probatur in cap. *final. de probat.* nam lis illa fuit mota tempore Celestini Papæ, ut ibi observat Hostiensis *num. 1.* & tamen durabat tempore Gregorij Authoris illius Decretalis, & consequenter instantia per lapsum triennij non perierat, cùm ab obitu Celestini III. usque ad Gregorium IX anni viginti novem intercessissent; & ita illum textum ad hoc ponderat Henric. Boich *nu. 3. in fin. vers. Quæ opinio.* Felin. *in princip.* Idem probatur in cap. *Tum ex litteris, de in integrum resti.* nam, ut ibi notat glossa secunda à tempore Eugenij quo lis fuit introducta, usque ad tempus Celestini, effluxerant 45. anni. Ad idem inducitur textus in cap. *Cùm olim, §. Indicis, de privileg.* ubi fuit facta condemnatio in expensis factis per quadriennium, quo duravit judicium, & sic instantia ibi non perierat per lapsum triennij. Ad quod etiam facit hoc cap. ubi Communitas Cervienſis asserebat, instantiam judicij periisse per lapsum triennij; & ideo recusabat sub Judicis examine respondere: & nihilominus Papa, hujusmodi exceptione rejecta, mandat Judicibus, ut in negotio ad ulteriora procedant; & ita innuit instantiam non periisse. Et
2 quamvis neque hæc Decretalis, neque præallegata capitula per modum novæ Constitutionis decernant instantiam durare etiam lapso triennio prout videbatur necessarium ad hoc, ut induceretur differentia inter leges, & Canones, ut cap. *1. de nov. oper. nunc.* & ibi notant Abb. Antiq. *num. 2.* Joan. Andr. *num. 5.* & alij communiter, tamen facis est, ut jura in casibus contingentibus passim supponant, & admittant instantiam causarum durare etiam per triennium, licet super hoc nullum jus reperiatur expresse conditum: id enim potuit contingere, quia jus Civile, de quo in prædicta lege *Properandum, C. de judicijs*, non fuit in foro Ecclesiastico receptum moribus, ut clarè innuitur in juribus superius allegatis, arg. *c. in ipsa, §. Leges, 4. distinct.* & considerat Abbas *hic num. 6. circa finem, vers. dubium est.* Tene igitur conclusionem superius firmatam, videlicet instantiam de jure Canonico non perire per lapsum triennij, quam tenet hic glossa *unica*, & apertius glos. 1. in cap. *final. de dolo, & contum.* quæ expresse dicit usque ad triennium restringi lites secundum leges, ne immortales existant. sed secundùm jura Canonica non finiri instantiam judicij elapso triennio: & cum illa glossa concordat ibi Hostiensis *num. 1.* dicens, secundùm leges spatio triennij perire instantiam judicij, sed secundùm Canones lites esse immortales, quia & invitis judicibus protelantur, Joan. Andr. *num. 11.* Bald. *num. 1.* Bart. *num. 15. vers. Glossa prima est clara*, & alij communiter. Glossa in cap. *Antरररररर

resolutum, & in hoc se conformavit cum jure civili, quod similiter causis criminalibus terminandis præfixit biennium, ut in l. *ult.* C. *Si infra certum tempus*, & ita æquavit causas civiles, & criminales; cùm tamen jus civile causis civilibus triennium, criminalibus biennium præfixerit, ut in d. l. *Properandum, in princip. C. de judic.*

16 Porrò cùm dubitatum esset in S. Congregatione An cap. 10. sess. 24. disponens causas in prima instantia coram Locorum Ordinariis biennio terminandas, habeat locum in Ordinario etiam

17 Commissario: S. Congregatio censuit non habere. Quid tamen si esset causa, quæ alias jure ordinario potuisset cognosci, & delegatio videatur tantùm facta causa excitandæ jurisdictionis, S. Congregatio nihil decidit.

18 Rursus proposito dubio an idem c. 20. sess. 24. in princ. locum habeat in Judicibus conservatoribus Religiosorum, ut lapso coram ipso biennio liberum sit partibus adire Judices superiores: Sac. Congregatio dissensit: nam quatuor ex septem Cardinalibus affirmarunt comprehendi, tres negarunt. Itaque res ad Sanctissimum delata, Sanctissimus respondit non comprehendi, cùm decretum sit editum in favorem jurisdictionis ordinariæ.

19 Sed quæritur An cap. 20. sess. 24. Concilii Tridentini disponens causas à locorum Ordinariis intra biennium terminari debere, alioquin liberum sit partibus, vel alteri illarum Judices superiores adire, habeat locum cùm non stetit per judicem quo minus intra d. tempus causam definiret, sed vel ob qualitatem causæ, vel partium cavillationes.

De jure civili causæ debent terminari intra tempus statutum in l. *Properandum C. de judiciis*; sed de jure Canonico causæ non habent instantiam limitatam, & possunt decidi quandocunque: ut latè ostensum est supra num: 1. & seqq. Concilium Tridentinum occurrere volens immortalitati litium tempus decidendi causas intra biennium concluse statuere post illud tempus liberum esse partibus, vel alteri illorum judices superiores adire, ut in *decreto d. c.* 20. Cujus capitis dispositio non videtur habere locum quoad primam partem dubii, nempe cùm causæ qualitas impedimento fuit, ne intra biennium

20 decideretur. Ita clare sentit Abb. *hic num.* 10. & in *cons. 16. in præsenti quæstione, num. 1. lib. 2.* Ubi vult, ut si lis protrahatur ultra terminum statutum à jure communi, vel municipali non ob impedimentum alicujus, sed ob causæ magnitudinem, possit etiam post terminum expediri, exemplificans in casu, quo statutum præfigit terminum duorum mensium ad lites finiendas, & Actor petit remissorias ad testes ultra mare examinandos cum dilatione longiori, quam sit terminus totius instantiæ. Idem tradit post Dynum, & Cynum Baldus in l. *Si cùm ipse, num:* 2. motus eo textu juncta l. *Præcedenti, ff. de excus. tutor.* Jas in d. l. *Properandum, num.* 2. *C. de judic.* Marantà *in Tract. in vers. Et omnia fiant durante instantia num:* 18. Et ratio est, quam reddit Abbas *ubi supra*, quia cùm non possit imputari partibus, vel Judici dilatio decisionis causæ, terminus à Constitutione præfixus est intelligendus, si causa intra illum terminum potuerit expediri: ad hoc bonus textus in l. *final. in fin. C. de adult.* in d. l. *Si cum ipse, juncta* l. *Præcedenti, ff. de excusat. tutor.* facit text. in l. *Ita autem, ff. de administ. tutor.*

21 Dubitari magis potest de secunda parte dubii, cùm judex partium subterfugiis impedientibus intra biennium finem liti imponere nequivit, an ipsis partibus liberum sit judices superiores adire.

Pro ratione dubitandi primò adducitur, quod judex non impartitur officium suum nisi volenti, & petenti, l. 4. §. *Hoc autem judicium, ff. de damn. infect.* ubi Ripa *num: 6.* dicit statutum, mandans judici, ut litem finiat intra sex menses, esse intelligendum si fuerit petitum; unde cùm Judex à partibus non requisitus, ut terminet causam, potuerit eam terminare, non est dicendus suæ jurisdictioni præjudicium fecisse.

22 Secundò quia cum subterfugiis, & cavillationibus partium causa in longum protrahitur, instantia non currit, sensit gloss. 1. *hic*. Item gloss. in l. *Intra annos, in vers. Intra ætatem, ff. de minoribus*, & fuit opinio Philippi, qui ita hoc cap. Interpretatur, ut hic referunt Jo. Andr. *n. 7.* & Abb. *n. 9.* In qua videtur etiam sedere Innoc. *hic in fin.* cùm eam recitet ultimo loco.

23 Contrarium videtur esse verius: nam judex partium subterfugia, & dilationes restringere debet, ut intra tempus à Concilio statutum causa possit finem accipere. Innoc. in cap. *De causis, in princ.* & ibi etiam Abb. *num: 6. de off. Deleg.* & idem Innoc. in cap. *In causis, num. 3. & 6. de appellat.* nullus enim tam audax inventitur, qui possit invito judice causam protelare, d. l. *Pro-*

24 *perandum, in fin. princ.* Unde judex, qui hujusmodi cavillationibus indulgendo finit labi tempus instantiæ est in culpa, & aspernatur Concilium, quod *cap. 10. sess. 25. in fin.* ipsum judicem cohortatur, ut causis terminandis quanta fieri potest brevitate studeat, & litigatorum artibus modis omnibus occurrere: meritò igitur adeundus est judex superior, arg. cap. *Nullus, de jurepatr.*

25 Confirmantur prædicta, quia tempus à Concilio præfigitur instantiæ, non judici, cùm loquatur in rem, in illis verbis, *causa omnes, &c. omnino saltem infra biennium à die motæ litis terminentur*, ut hic per Felin. *num:* 19. & quamvis instantia non pereat partibus, perit tamen ipsi judici, ut supra ostendimus *num:* 14. Ergo quicquid geritur à judice post instantiam ibi peremptam, nullius est roboris, vel momenti. Abb. d. *cons. 16. num. 7. post med. vers. Non obstant aliæ motivæ, lib. 2.* & Felin. *hic num. 15. vers. De sententia lata post instantiam*, dicens post Paulum de Castro in hoc Doctores omnes concordare. Quod multò magis apparet ex illa dictione, *omnino*, posita in d. cap. 20. ibi: *Atque omnino saltem biennium, &c.* quæ inducit necessitatem præcisam, cap. *Cùm ex eo*, ibi, *omnino adstringi volumus*: cùm ibi notatis per Archid. & Joann. Andr. *de elect. lib. 6.* Alex. *cons. 88. In causa, in princ. lib. 4.* Dec. *cons.* 582. *Pro fundamento num. 2.* Grammat. *in terminis nostris, vol. 3. n. 3. cum seqq.*

26 Non obstant adducta in contrarium. Ad primum enim respondetur: imo judicem cùm videt prope esse finem instantiæ, posse ex officio suo per-

pervenire ad sententiam. Bart. in leg. *Scim. & Agerius, ff. ad l. falcid. prope fin. vers. Quare an istud pactum.*

27 Ad secundum respondetur si subterfugia partis in causa fiunt, ne causa decidatur, verius esse instantiam currere, licet contra partem subterfugientem competat actio de dolo, l. *Arbitrio, §. Dolo, ff. De dolo*, Alex *cons. 72. Videtur prima consideratione, num: 16. lib. 3.* dicens glossam, quæ hic tenuit oppositum, à Doctoribus reprehendi. Abbas *hic num: 9.* gloss. & Bart. d. §. *Dolo*, ubi ait nec etiam competere restitutionem in integrum adversùs lapsum instantiæ. & Roman. ex communi in *cons. 220. Circa primum num:* 9. alioquin eluderetur decretum Concilii, quod emanavit favore publicæ utilitatis, sicut in termino l. *Properandum*, considerat Abbas *ubi supra*. Secundò respondetur quatenus verum sit instantiam ob partis cavillationem non currere, id tamen procedere in favorem partis, quæ non est in culpa, ut intelligunt Doctores in locis supra citatis. At nos loquimur respectu judicis, qui semper est in culpa non resecando dilationes inutiles, ut dictum est, quo casu parti nullum infertur præjudicium si ab eo ad superiorem devolvitur jurisdictio, ut declarat Innoc. in c. *De causis, n. 5. de offic. judic. deleg.* ubi etiam Abb. *n. 6.*

Et ita proposito in S. Congregatione Concilii suprascripto dubio, videlicet An cap. 20. sess. 24. quo caveretur, causas à locorum Ordinariis esse intra biennium terminandas; alioquin post id spatium liberum esse partibus, vel alteri illarum judices superiores adire; habeat locum si non stetit per judicem quo minùs intra dictum tempus causam definiret, sed vel ob qualitatem causæ, vel partium cavillationes: S. Congregatio censuit non habere locum, quando non stetit per judicem, sed ob qualitatem causæ, quod ab ipso judice docendum est, secus à per cavillationes & subterfugia partium.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Si quis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram suo Episcopo convenire debet, & n. 9.*

2 *Negocii appellatione venit causa tam civilis, quàm criminalis.*

3 Actionis *verbum quandoque refertur ad simplicem petitionem in judicio factam.*

4 *Clericus non potest prorogare jurisdictionem alterius judicis etiam ordinarij absque consensu Episcopi proprij, & n. 7.*

5 *Consilium accipitur pro consensu quando exigitur ab eo, de cujus superioritate præjudicia agitur.*

6 *Et prolatum à jure importat necessitatem.*

7 *Judex an dari debeat de partium consensu.*

8 *Et quid servet Curia.*

9 *Clericus an generaliter, & indistinctè coram proprio Episcopo sit conveniendus, & num: seqq. usque ad num: 27.*

10 *Episcopus proprius quis dicatur quoad hoc ut Clericus coram ipso convenire debeat.*

Forum domicilij cum cæteris omnibus concurrit, ibidem.

11 *Forum qualiter sortiatur Clericus ratione beneficij.*

12 *In Foro originis propriæ, vel paternæ Clericus convenire potest, dummodo ibi sit præsens, licet alibi domicilium habeat.*

13 *Forum an Clericus sortiatur ratione Ordinis militaris.*

14 *Prælatus inferior habens in loco jurisdictionem quasi Episcopalem, venit appellatione Episcopi proprij quoad hoc ut Clericus coram ipso sit conveniendus.*

15 *Clericus conveniendus est coram proprio Episcopo sive conveniatur à Clerico sive à laico.*

16 *Et in causis tam civilibus, quàm criminalibus.*

17 *Etiamsi sit Clericus primæ tonsuræ, & n. 19.*

18 *Vel suspensus, excommunicatus, interdictus, depositus, aut irregularis.*

19 *Clericus ut fori privilegio gaudeat quæ requirantur ex Concilio Tridentino.*

20 *Clericus si habitum à se gestum solitum aliquæ occasione ad breve tempus deposuerit, non ideo fori privilegium amittit.*

21 *Habitus an sit clericalis, judex Ecclesiasticus cognoscit.*

Monitio non requiritur, ut Clericus carens qualitatibus à Concilio Tridentino requisitis fori privilegium amittat, ibid.

22 *Clericus in minoribus habitum & tonsuram deferens, & Ecclesiæ inservens, licet sine mandato Episcopi gaudet fori privilegio, & n. seqq.*

23 *Idem si inserviat alteri Ecclesiæ, quàm cui Episcopus mandavit.*

24 *Clericus beneficio privatus ex Bulla Sixti V. ea quæ habitum, & tonsuram retinuerit, fori privilegium non amittit ante latam à judice Ecclesiastico declarationem super facta, & num: seqq.*

25 *Declaratoria facti semper requiritur quantumcunque lex imponat pœnam ipso jure.*

26 *Clericus beneficiatus solitus incedere in habitu, & tonsura; licet aliquando talem gestationem intermiserit, non incidit in pœnam privationis beneficij ex Bulla Sixti V.*

27 *Clericus primæ tonsuræ de Capella Sacerdotali institutus an gaudeat privilegio fori; licet illius possessionem ob litem sibi motam non acquisierit, & num: seq. usq. ad num: 46.*

28 *ad Beneficium Ecclesiasticum constituendum quæ requirantur.*

29 *Beneficium nullum titulum obtinens non dicitur beneficium habere.*

30 *Beneficii solata collatio, aut institutio jus tribuit etiam sine possessione.*

31 *Beneficia æquiparantur ultimæ voluntatibus.*

32 *Beneficium vacat per obitum provisi, licet solam supplicationem signatam habeat.*

33 *Verba cum effectu sunt intelligenda.*

34 *Verbum habere, quid importet, & n. 37.*

35 *Episcopi Titulares, & Comites Palatini non dicuntur propriè tales, sed abusivè.*

Declaratur, num: 39.

36 *Verba sunt accipienda in potentiori significatu.*

38 *Intitularis plenè non dicitur in beneficio si alius percipit fructus.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

39 *Possessor beneficii habetur qui titulum obtinet quoad honorem, & ministerium, licet beneficium ab alio possideatur.*

40 *Clerici ante Concilium Tridentinum an deberent esse in Ecclesia intitulati, aut illius servitio adscripti ad hoc ut fori privilegio gauderent, & num. seq. & num. 60.*

41 *Milites olim non gaudebant privilegiis militaribus nisi in numeros essent relati.*

42 *Clerum Ecclesiæ deputatus, qui ad Sacrificium quotidianum non accesserit, pro Clerico non habetur ex Concilio Toletano.*

43 *Impetratum certo modo, quo licem infra præscriptum tempus non movet, tamquam beneficio privatus ex vi regulæ de annali non gaudet fori privilegio, & num. seq.*

44 *Beneficiati duo in eodem beneficio simul esse non possunt.*

45 *Clericum non beneficiatum solutus Ecclesiæ inservire, & in habitu, & tonsura incedere, si nullus, vel interdiu in habitu laicali deprehendatur cum armis, an fori privilegio gaudeat, & nu. seq. usq. ad nu. 59.*

46 *Clericum beneficiatum ex Concilio Tridentino fruitur fori privilegio, licet habitum & tonsuram non deferat.*

47 *Clerici calibes de jure communi etiam non beneficiati ante monitionem gaudent privilegio fori, licet in habitu non incedant; Clerici conjugati secus.*

48 *Sed hæ differentia sublata est à Concilio Tridentino.*

49 *Clericæ non habentibus requisita Concilii Tridentini non admittur perpetuo privilegium fori, sed suspenditur ad tempus.*

50 *Animi judicium ex perseverantia dijudicatur.*

51 *Habitus Clericalis non prodest ei, qui antea publicè se gerebat pro Laico.*

52 *Verba ejus civitatem, & non amare sunt intelligenda.*

53 *Continuè habitare in civitate quia dicitur etiamsi tempore interstitium non permaneat.*

54 *Vitæ orationis regulata ab eodem, verbo operatur ut æquale sit determinatio quoad omnes.*

55 *Religiosus, qui jovisa civitate ad horam dimittit habitum, & alium assumit, non incidit in pœnam Apostasiæ.*

56 *Clericus deserens adhuc tempus vestes virgatas, & partitas non incidit in pœnam Clemen. Quoniam, de vita, & honestate cleric.*

57 *Tempus delicti attenditur quoad pœnam imponendam, non quoad competentiam Iudicis.*

58 *Iudex laicus retinens in carcere Clericum deprehensum in habitu laicali an, & quando ex usu fuerit à censura.*

59 *Consuetudo, qua Clerici habitum, vel tonsuram deferentes fori privilegio gaudent, licet beneficii non habeant, nec alicui Ecclesiæ inserviant, an sit observanda, & nu. seq. usq. ad n. 72.*

60 *Clerici incedentes in habitu, vel tonsura de jure communi gaudebant privilegio fori, licet Ecclesiæ non inservirent.*

61 *Consuetudo juri communi conformis sublata intelligitur eodem jure sublata.*

62 *Consuetudo cur fuerit sublata à Concilio Tridentino sess. 23. cap. 6. quoad Clericos conjugatos tantum.*

63 *Consuetudo quod Clerici conjugati gaudeant privilegio fori, licet habitum & tonsuram non deferant an valeat de jure communi.*

64 *Consuetudo disponens idem, quod jus antiquum correctum, præsumitur rationabilis, & num. 68. & 73.*

65 *Consuetudo contra Concilia generalia non potest validè introduci, & num. seqq.*

66 *Concilia generalia censentur habere clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones contrarias.*

67 *Et quid in Concilio Tridentino.*

69 *Constitutiones Papales censentur effectum sortiri cum primum sunt promulgatæ.*

70 *Et quando censeantur abrogatæ per contrarium usum.*

71 *Exceptio quod non fuerint usu recepta, non admittitur.*

72 *Canonis privilegium an fuerit ademptum Clericis non habentibus qualitates, cap. 6. sess. 23. Concilii Tridentini, & num. seq. usq. in fin.*

73 *Fori privilegium quas ob causas à Concilio Tridentino fuerit limitatum.*

74 *Canonis privilegium facilius amittitur de jure communi, quam privilegium fori.*

75 *Clerici quatenus fori privilegio non gaudeant, tamen puniri possunt ab Episcopo præventente si pro Clericis adhuc publicè se gerant.*

1 SI QUIS. Clericus coram suo Episcopo convenirì debet. Hoc dicit. Et ponit duo dicta alternativè. Secundùm ibi, vel consilio.

Nota primò ex textu Clericum esse convenendum coram proprio Episcopo. Dicitur autem Episcopus proprius, vel suus, ut habent aliæ editiones, relatæ ab Antonio Augustino *in notis ad primam Collectionem Decretal. lib. 2. tit. 2. cap. 1.* tum ad exclusionem Episcopi alieni, qui non debet falcem mittere in alienam messem, c. *Scripsum, 6. quæst. 3. c. 3. infra de Paroch. & 9. qu. 2. per totam*: tum ad exclusionem Judicis sæcularis, ut cap. *Inulita*, & cap *Placuit, 11. quæst 1.* cap. *prox.* & cap. *Si diligenti, infra eod.* tum denique ad exclusionem inferioris Prælati: nam de jure communi Episcopus solus fundat intentionem super jurisdictione ordinaria in tota diœcesi, cap. *Cùm Episcopus*, & ibi gloss. *in ver. Habere*, & Doctores notant. *de offic. Ordin. lib. 6. cum concord.* De quo tamen plenius dicam infra in prima quæstione, in qua explicabo in specie quibus modis dicatur proprius Episcopus.

2 Secundò nota ibi, *negotium*, appellatione negotii venire causam, seu quæstionem secundùm Innocent. & Abb. Antiq. *hic in princip.* Hostien. *in ver. Negotium*, & Joan. Andr. *num. 1.* Unde & differt a negociatione, quia negotium in causis, negociatio in commerciis dicitur, ut legitur in cap. *Forum, §. Negotium, infra de verbor. significat.* suis Codex habet. si quis Clericus cum Clerico causam habuerit, ut refert Anton. Augustin. *loco citato.*

3 Tertiò nota ibi, *adito ventilatur*, actionis nomen quondoq; referri ad simplicem petitionem in judicio factam: nam secundùm Canones Clericus non tenetur actionem proponere, sed satis est ut quoquo modo de sua petitione in libello appareat, cap. *Dilecti*, & cap. *Examinata, supra de*

de Iudic. & hic per gloss. *in ver. Adito*, Host. in *eod. verb.* & Butr. *num. 4.* Licet secundùm Abb. *num. 3.* & Marian. Socin. *num. 2. verbum, adito*, sit propriè, quia textus non præcipit ut actio proponatur, sed ut ventiletur, scilicet ipsum jus competens: nam actio est jus prosequendi in judicio quod sibi debetur, ut institut. de act. in princip. & ideo dicimus sine actione neminem experiri, l. *Si pupilli, §. Videamus ff. de negot. gest.* Sed magis placet prima expositio glossæ, quia illud jus non ventilatur in judicio sub formalitate actionis, sed tamquam simplex, & nuda petitio. Et quamvis sine actione de jure Civili nemo experiatur, tamen de jure Canonico non est necesse ut hoc faciat per modum actionis, ut in juribus præallegatis. In prima compilatione Decretalium non habetur illud verbum, *adito*, sed legitur, *accusato ventiletur*, ut refertur ab Antonio Augustino in *cap. 1. hoc tit.*

4 Quartò nota ibi, *vel consilio*, Clericum non posse prorogare jurisdictionem alterius Judicis etiam ordinarii absque consensu Episcopi pro-
5 prii, & ita consilium, hic accipitur pro consensu, seu licentia: nam solum consilium non sufficit, cap. *proximo, infra eod.* & cap. *Romana, eod. tit. lib. 6.* secundùm gloss. tertiam, *hic* Hostiens. *in princ. in ver. Vel consilio*, Joan. Andr. *num. 3.* &, Butr. *num. 2. & 3.* Qui inde infert consilium accipi pro consensu ubi exigitur consilium ab eo, de cujus superioritatis præjudicio agitur, unde non sufficit illud petere, & expectare, sed oportet obtinere, ut notat gloss. & DD. in cap. *Si pro debilitate, de offic. deleg.* licet aliàs ex propriietate vocabuli aliud sit consilium, & aliud consensus, ut notatur in cap. *Cùm olim, supra de arbitr.* Sed hic impropriatur consilii verbum propter subjectam
6 materiam secundùm Hostien. *ubi supra*, & Abb. *num. 3. vers. Nota ex gloss.* Vel dic secundùm Petr. de Anchar. *in 5. notab.* consilium includere consensum, & prolatum à jure importare necessitatem, ita ut Clericus necessariò teneatur illud sequi, juxta materiam l. 1. §. *Si plures ff. de exercit. act.* & d. c. *Cùm olim, de arbitr.*

7 Ultimò nota ibi, *apud alios, quam utraque pars voluerit*: ad hoc ut prorogari possit jurisdictio judicis non sui præter licentiam proprii Episcopi requiri etiam consensum utriusque partis justum enim, & honestum est, ut judex communiter eligatur, ut hic, & in cap. *Placuit, 2. quæst. 6.* Hoc declara primò, dummodo prorogatio fiat in judicem ecclesiasticum, cap. *Significasti, infra eod.* nam judicem laicum Clericus sibi constituere non potest, etiamsi Episcopi, & adversarii consensu accedat, nec prorogatio firmatur juramento, cap. *Si diligenti, infra eod.* Sed ad hoc requiritur auctoritas Papæ, cap. *Memoriam, 2. quæst. 5.* & cap. *Cùm devotissimam, 12. quæst. 2.* & tenent in cap. *prox. infra eod.* Hostien. *num. 1. in ver. Pontifice*, Joan. Andr. *num. 3. in eod. ver.* & Butr. *num. 7.* Declara secundò, dummodo procedatur per viâ prorogationis; ad hoc enim formalis delegatio non requiritur, secundùm Innoc. *in fin.* Secus si per viam delegationis, quia tunc non exigitur consensus partium, sed Episcopus solus dat judices: & quod hic dicitur, quos utraque pars voluerit, est de consilio ne judex possit recusari, sed tamen commissio valet, etiam partibus non consentientibus; dummodo fiat salvo jure recusationis, & ita procedit textus in cap. *Super quæstionum, §. Quem verò, & §. fin. de offic. deleg.* ut hic declarat Joan. Andr. *in fin.* cum quo Butr. *num.* & alii transeunt. Sed an hoc procedat post Concilium Tridentinum, plenè dicam in cap. *Significasti, infra eodem.* Declara tertiò dummodo utraque pars sit præsens; tunc enim secundùm consuetudinem Curiæ fit convenientia judicum; & si concordent, dantur judices de communi consensu, ut l. *Observandum ff. de iudic.* Si discordent, quælibet pars nominat unum, & Curia dat tertium ex officio. Si verò altera pars sit absens, obtinet præsens judices ad voluntatem suam salvo jure recusationis; & in hoc casu potest intelligi textus in cap. *Cùm R. de offic. deleg.* ubi datur judex ad voluntatem unius partis. Et de hoc stylo Curiæ Romanæ attestantur *hic* gloss. *alt.* Jo. Andr. *in fin.* Butr. *d. n. 8.* Abb. *n. 4.* & Marian. Socin. *n. 2. vers. in ea glossa.*

9 QUÆRO, An generaliter, & indistinctè Clericus sit coram suo Episcopo convenendus.

Communis regula est Clericum conveniri debere coram proprio Episcopo, ut hic est casus secundùm omnes, concordat cap. *Si Clericus*, ibi, *suum Episcopum*: nec non ibi, *proprium Episcopum, 11. quæst. 1.* cap. *Si quis contra Clericum*, ibi, *Episcopum ipsum adeat, infra eod.* & in Auth. *Vt Clerici, apud propr. Episcop. collat. 6.* cum simili. Et proprius Epi-
10 scopus dicitur primò, in cujus diœcesi Clericus conveniendus domicilium habet: sorus enim domicilii dicitur verus, & naturalis forus, ut notatur in cap. *fin.* & ibi dixi *num. 9.* post Innocent. Host. & alios *infra eod.* & cum cæteris omnibus concurrit, ut est textus in cap. *Dilectis*, & ibi gloss. *in ver. Vbi domicilium, infra eod.* l. *Si solus commissum, §. Sed & rescriptum ff. de iudic.* cum si-
11 mili. Deinde dicitur Episcopus proprius, in cujus diœcesi Clericus beneficium obtinet ecclesiasticum, licet sit alterius diœcesis, textus est in cap. *Cùm nullus, de tempor. ordin. lib. 6.* Et quamvis loquatur respectu ordinis, tamen idem dicendum respectu jurisdictionis: nam qui potest ordinare, potest & judicare, cap. *Nullus Episcop. 9. quæst. 2.* & cap. 3. *de Paroch.* Adverte tamen, quia aut beneficium personalem residentiam non requirit; & tunc potest Clericus in loco beneficii conveniri quando agitur de illo beneficio tantum, & non alias, arg. cap. *Sane, infra eod.* l. *fin. C. Vbi rem. actio*, & cap. *Dilectus, 11 secundo, supra de rescript.* Aut requirit personalem residentiam, & tunc cùm rector beneficii, ibi domicilium contrahat, c. *Postulasti, infra eod.* & notat Innocent. in cap. *Ex ore, de privileg.* Idem dicendum, quod superius dictum est de Episcopo domicilii, ut scilicet ibi conveniri possit etiam de alibi gestis, secundùm Abb. *hic num. 6.* de quo vide plenè per Marian. Socin. in cap. *final. num. 22. infra eodem.* Ad hoc Concilium Tridentinum in *cap. 11. in fin. sess. 24.* ubi privilegia, quæ competunt residentibus in Curia Romana ratione Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium, non suffragantur beneficia obtinentibus quo minus ratione dictorum beneficiorum Ordinarii Jurisdictioni subjecti permaneant; & ita ratione beneficii personalem residentiam non requirentis sortitur quis forum Ordinarii, ubi beneficium obtinet, ratione illius beneficii dumtaxat non obstanti-
bus

bus privilegiis. Rursus dicitur proprius Epi-
12 scopus, in cujus diœcesi Clericus originem propriam, vel paternam, licet alibi domicilium habeat, ut probatur in d. cap. *Cum nullus*, *de tempor ordinat. lib. 6.* inducendo illud, ut dixi numer. præcedenti, & in l. *Assumptio*, cum ibi notat. *ff. ad municipal.* & in l. 1. *& in l. Origine, C. de munic. pat. & origin. lib. 10.* Quod tamen ita tempera, ut in loco originis ita demum possit convenirì ibi lit præsens, aliàs secus, secundum Abb. *hic num. 8.* & notat Bart. in d. l. *Assumptio*, 9. 1. *num: 2. vers. quarto casu*, per textum in l. *Hæres absens*, *in 1. responsi. ff. de judic.* & in l. *Relegatorum*, §. *Dubitatum est*, *ff. de interdict.*
13 *& relegat.* Præterea dici poteit Episcopus proprius ratione ordinis collati, ut notat gloss. in d. l. *Hæres absens*, §. *Proinde in ver. Debebit, vers. Item ratione ordinis* & illam gloss. dicit singularem Abb. *num: 6.* Item poteit dici proprius, qui tamen eam intelligit procedere quando Episcopus ordinavit no mine proprio; secus si ex commissione alterius, quia tunc ordinatio tribuitur illi cujus nomine fit, arg. cap. *Si Episcopus, de prebend. lib. 6.* Sed certe quando Episcopus ordinat nomine proprio, jam est Episcopus proprius ante ordinationem, cum aliàs ordinare non possit, ut est textus in d. c. *Cum nullus*, & 9 *quæst. 2. per totam*: ergo non apparet quomodo efficiatur proprius ratione ordinis collati. Forte gloss habuit alium in effectum, videlicet ut ratione ordinis forum quis sortiatur, quia laicus effectus Clericus mutat forum, ac genus fori, & efficitur de foro Ecclesiæ, cap. 1. 53. *dist.* c. *Desponsat*, 12 *quæst. 1.* Sed hoc non provenit propter ordinis characterem: nam & ordinatus ab alieno sine licentia Episcop. proprio, licet illicitus, tamen est effectus de foro Ecclesiæ cap. 1. *& seq. de tempor. ordinat. lib. 6.* Concilium Tridentinum *cap. 8. sess. 23.* De mandato effectum prædictum dicitur Episcopus proprius etiam ratione contractus inrit. delicti commissi, aut ei fitæ, ut in d. c. *fin. infra eod.* & generaliter omnibus aliis modis, quibus forum quis sortitur, quos enumerat gloss. præallegata in d. §. *Proinde*, & ibi Doctores, & latissime Marian. Socin. in *eod. cap. fin.* & ibi diximus: 28. Episcopi autem
14 appellatione in casu hujus cap. venit etiam inferior Prælatus habens in loco jurisdictionem quasi episcopalem ex privilegio, vel consuetudine, *c. Cum contingat, in fine*, & ibi Doctores, præsertim Abb. *num: 18. infra eod. c. Audivi, de præscript.* & hoc non obstante decreto Concilii Tridentini *sess. 24 cap. 20. §. Ad hæc*, ut scripsi latissimè in c. *Accedentibus, à num: 20 usque in fin. de excess. Prælat.* Itaque secundum has omnes acceptiones stat regula, ut Clericus coram proprio Episcopo convenirì debeat.

Extenditur primò hæc regula, ut locum habeat
15 sive Clericus conveniatur à clerico, ut hic, sive à laico, ut cap. *Si quis contra Clericum infra eod.* actor enim sequitur forum rei, *c. Experientia, 11. quæst. 1. cum simil.* secundum Marian. Socin. *hic in 1. notab.* & tenent Hostiens. Joan. Andr. Cardin. & alii, qui verba *Si quis Clericus*, supplent, vel *laicus*.

Extenditur secundò ad causas tam civiles,
16 quàm criminales, *c. Inclita, 11. quæst. 1. Auth. Statuimus, C. de Episc. & Cler.* & in Authen. *Ut Cler. apud propr. Episc. collat. 6.* & probatur hic in ver. *Negotium*, quod ab Innocentio & aliis exponitur pro *causa*, sive *quæstione*, ut dixi supra *in 2. notab.*

Extenditur tertiò etiam ad Clericum primæ
17 tonsuræ, ut probatur in c. *Cum non ab homine, supra de judic.* ibi, *in quocunque ordine constitutus*, juncto cap. *Cum contingat, de ætat. & qualit.* & in c. *prox. infra eod.* ibi, *Clericum ullum*, & ibi dixi in 2. *notab.* post Hostiens. Butr. & alios.

Extenditur quartò etiam ad Clericos conju-
18 gatos non bigamos habitum, & tonsuram deferentes, *c. unico, de Cler. conjug. lib. 6.* Joann. Andr. in cap. *prox. num: 2.* & ibi etiam Abb. *num: 2. & 3. infra eodem.* Henric. Boich. in c. *Ex litteris, num: 18. de vita, & honest. Cleric.* Vitalin. in Clem: 1. *num: 55. & 57. eod. tit.* de quo tamen hodie dic ut scripsi in c. *Proposuisti, num: 27. & 28. infra eodem.*

Extenditur quintò ad Clericum etiam sus-
19 pensum, excommunicatum, interdictum, vel depositum etiam pro crimine irregularitatem irrogante: nam ante actualem degradationem remanet sub jurisdictione Episcopi, ut probant jura in c. *Dictum, 81. dist.* in c. *Cum non ab homine*, & ibi Doc. *num: 6. de judic.* & in c. *Degradatio, de pœn. lib. 6.* Marian. Soc. in c. *Ad abolendam, num. 21 de hæret.*

Extenditur sextò ad omnes personas eccle-
siasticas, & ad complures alios, qui sunt de foro Ecclesiæ, licet Clerici non sint, de quibus scripsi latissimè in c. *prox. infra eod. à num: 16. usque in fin.* post Marian. Socin. *hic à num: 4. usque ad num: 24.* qui fusè materiam explicat viginti quinque declarationibus.

Extenditur denique centum & sex modis,
quos uberrimè cumulant Moderni *in tract. de effect. Clericat. effect. primò à num: 2. usque ad num. 668.*

Recipit tamen supradicta regula quamplures
20 declarationes, ut dixi in c. *prox. num: 3. infra eod.* inter quas illa est præcipua, & usu forensi admodum frequens, quam juri communi adjecit Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 6.* ubi statuit, ut (prima Tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi quasi in via ad majores ordines suscipiendos versetur.) Hæc ibi, & S. Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum declaravit (ad hoc ut fori privilegio gaudeat, requiri, & sufficere ea, quæ aliquo ex infrascriptis capitibus sigillatim sunt adnotata. Ut obtineat beneficium ecclesiasticum, ut clericalem habitum, & tonsuram deferens in aliquo Seminario de licentia Episcopi degat, ut in habitu, & tonsura incedens in aliqua schola de licentia Episcopi versetur, ut habitum & tonsuram gestans in aliqua universitate de licentia Episcopi moretur.
20 Si vero quæ in aliquo ex his capitibus comprehensa sunt, in Clerico concurrant, sed aliqua occasione habitum à se gestari solitum ad breve tempus deposuerit, non ideo fori privilegium amit-

21 amittere. An verò habitus sit clericalis ad judicis ecclesiastici cognitionem pertinere. Quibus autem casibus Clericus ex Decreto Concilii fori privilegio non gaudet nullam requiri moni-
22 tionem ut illud amittat.) Hactenus S. Congregatio. Adverte tamen ad illa verba Concilii, *de mandato Episcopi*, & *de licentia Episcopi*; quia ex ipsius Congregationis sententia non sunt substantialia, ut in subjecta declaratione.

Joannes Cuperchinus Clericus Romanus, qui
primâ tonsurâ in urbe initiatus, quatuor Ordines minores Panormi cum dimissoris Domini Cardinalis urbis Vicarii suscepit, Romam reversus, & in habitu clericali incedens studiis incumbens frequentavit Collegium S. Thomæ, ubi Fratrem Donatum publicè Logicam tradentem quotidie audivit prout in fide, quæ datur ejusdem Fratris Donati; & licet nulli esset adscriptus ecclesiæ, tamen non desistit diebus præcipuè festivis, & aliis inservire sacrificio Missæ in Ecclesia S. Jacobi incurabilium, & alibi, prout in fide Sacristæ, quæ similiter datur. Mox fororis infamia commotus, & stimulis incensus honoris eam pluribus vulneribus confodit, & rem omnem sine difficultate confessus est. Cumque inter alia pro ipsius defensione dicatur eum uti Clericum pro tali homicidio non posse tradi curiæ sæculari, nec affici ultimo supplicio; opponitur à fisco eum non gaudere privilegio fori, quia neque beneficium habet, neque est adscriptus Ecclesiæ, neque versatur in scholis de licentia Episcopi ut requirit Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 6.* unde quæritur quid juris. Die 20. Junii 1609. S. Congregatio Concilii perpendit secundùm ea, quæ proponuntur, in hoc casu concurrere omnia requisita; ut hic clericus gaudeat privilegio fori: est enim initiatus primâ tonsurâ, incedebat in habitu, & tonsura clericali, & Ecclesiæ inserviebat; imò etiam in schola versabatur, quia publicam Dialectices lectionem in ædibus S. Mariæ supra Minervam audiebat. Unus tamen supereit scrupulus, quod nec ad inserviendum, nec ad versandum in schola ulla præcesserit licentia, nullumq; mandatum Vicarii urbis, ut requirit Concilium, dum *cap. 6. sess. 23.* statuit hujusmodi clericum privilegio fori potiri si inserviat Ecclesiæ de mandato Episcopi, vel in schola versetur de Episcopi licentia: sed hanc difficultatem sustulerunt duæ antiquæ decissiones Congregationis, quarum altera declaravit privilegio fori gaudere clericum minorum Ordinum in habitu, & tonsura incedentem, inservientemque ecclesiæ,
23 tametsi absque ullo Episcopi mandato. Altera determinavit talem clericum inservientem alteri ecclesiæ quàm ei, cui mandaverat episcopus ut inserviret, nihilominus gaudere privilegio fori, nimirum quia qualitas mandati, vel licentiæ est levis, satisque est concurrere quæ potiora sunt, nempe tonsuram, delationem ipsius cum habitu clericali, servitium ecclesiæ, vel commorationem in schola aliqua. Ita enim etiam cessante episcopi mandato, vel licentia satisfit menti Concilii eò tendentis, ut solus Clericus, qui quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versabatur, nec causa effugiendi sæculare forum vagus huc illuc discurrebat, sed ecclesiastico servitio insistebat, fori privilegio se juvare posset, quæ qualitates in hoc clerico cum fine Concilii concurrunt, quamvis non alteratur mandatum, vel licentia Episcopi. Itaque pro certo habentes hunc clericum fori privilegio gaudere, Patres mandarunt Secretario, ut eorum nomine alloqueretur Gubernatorem urbis, ut suspenderet in causâ, donec res posset referri ad Sanctissimum.

24 Secundò QUÆRO, Posita Constitutione sanc. mem. Sixti V. *de habitu, c. tonsura Clericorum, &c.* quæ incipit, *Sacrosanctam*. An Clericus primæ Tonsuræ, vel minorum Ordinum obtinens beneficium ecclesiasticum, & habitum ac tonsuram nequaquam deferens tamquam propterea beneficio vigore dictæ Constitutionis ipso facto privatus, intelligatur amisisse fori privilegium, adeo ut etiam ante latam à judice ecclesiastico declaratoriam super facto, videlicet quod tonsuram, & habitum clericalem non gestaverit, fori privilegio minimè debeat gaudere.

25 Certum est privatum beneficio ipso jure, & sic per sententiam juris non posse amoveri à beneficio, quo privatus est, antequam crimen sit probatum, & declaratum per sententiam hominis: aliquin privatus posset agere spolio, ut pluribus probat Oldrad. *cons. 227. De toto themate, num. 4. vers. Secundò objicit.* & Petr. de Anchar. *cons. 189. Tribus de causis, num. 3. & 4.* Quantumcunque enim lex imponat pœnam ipso jure, semper tamen requiritur declaratoria judicis super facto, priusquam pœna ipsa possit executioni demandari: talis est apertus in cap. *Cum secundum, §. Confiscationem*, & ibi omnes notant, præsertim Gemin. & Franc. *de naver. lib. 6.* Joan. Andr. post Archid. in cap. *Felicem, num. 2. de pœnis, eod. lib.* Bald. in c. *1. in fin. quibus modis feud. amitt.* Calderin. *cons. 95. n. 3. in fin. vers. Est etiam jugum alias 1. de treug. & pac. Rom. à cons. 211. Allegationes, n. 4. vers. Secundò moveor*, & passim Doctores. Quamobrem *die 6. Octobris 1612.* in S. Congregatione Concilii, cui interfuerunt S. R. E. Cardinales S. Cæciliæ, de Monte, Platius, Mantica, Arigonius, Millinus, & Lancellotus, proposito inpræscripto dubio omnes absque ulla discussione censuerunt hujusmodi Clericum nullo, facto excludi à fori privilegio nisi post latam à judice ecclesiastico declaratoriam super facto, seu delicto, id est quod habitum, & tonsuram clerica-
26 lem minimè gestaverit. Et subinde orta dubitatione an Clericus beneficiatus non inserviens alicui Ecclesiæ, qui habitum, & tonsuram gestare consuevit, licet aliquoties hujusmodi gestatione à intermiserit, incidat in pœnam amissionis beneficii Constitutione Sixti V. sanc. mem. hac de re edita impositam, ita ut lata posteà declaratoria super facto, fori privilegio gaudere non debeat: omnes uno ore censuerunt respondendum, hujusmodi Clericum habitum, & tonsuram gestare solitum, tametsi aliquando talem gestationem intermiserit, nequaquam incidisse in pœnam privationis dictæ Sixti V. Constitutione impositâ, & ex consequenti non amisisse fori privilegium, sed eo tamquam beneficiatum debere potiri ad præscriptum Decreti ejusdem Concilii *cap. 6. sess. 23.*

27 Tertiò QUÆRO, An Clericus primæ tonsuræ præsentatus à Patrono ad Capellam Sacer-

doralem, & à Summo Pontifice vigore præsentationis institutus gaudeat privilegio fori, licet tertiò in possessione Capellæ intruso possessionem ejus, super qua litem movit, & introduxit, acquirere non potuerit.

28 Cum Concilium Tridentinum d. *cap. 6. sess. 23* addendo juri antiquo statuat, ut prima tonsura initiatus non gaudeat privilegio fori, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, *&c.* atque ita alternative requirat ut habeat saltem beneficium ecclesiasticum, cap. *inter cæteras, de rescript.* Pro solutione quæstionis supponendum est dictam capellam habere illa quatuor requisita, ut constituat beneficium ecclesiasticum, quæ adnotavit Petrus de Anchar. in cap. *Beneficium, n. 2. de regul. in 6.* quem sequitur Deo. *in rubr. de rescript. num. 6.* Item supponendum capellam, de qua agitur, esse alicujus reditus; enim alias si nullius esset reditus, illam obtinens non esset judicandus beneficium habere, argum. cap. *Si quis objecerit. 1. quæst. 5.* & notat Collectar. in cap. 2. *in 2. vol. de concess. Præben.* & in cap. *De multa*, ubi etiam Abb. *de restitend.* Salmon. *in reg. de Annali, quæst. 47. n. 13.* & tenet Rota *decis. 445. alias 26. ant. de præben.* ibi, *reali commodo*, in novis. Licet ex his, quæ in subjectentur inferius, in terminis Concilii quoad fori privilegium aliud videatur dicendum.

30 Atque his suppositis, non videtur ambigendum, quin hic Clericus ad effectum præditum obtineat beneficium ecclesiasticum ex sola enim collatione, seu institutione unc alia traditione, vel acceptione possessionis juxta beneficio tribuitur, cap. *Scribe absenti, de præben. lib. 6.* & notat gloss. in extravag. Joann. XXII. *Execrabili in* 31 *§. Porro, in ver. Competat jus*, beneficia enim æquiparantur ultimis voluntatibus, glossa in cap. 1. *in ver. In ultima voluntatibus, de conf. ff. præben. in 6.* & est textus in cap. *Authoritate, eodem tit. & lib.* Sed in ultimis voluntatibus dominia, ac jura recta via, ipsoque jure sine traditione aliqua transferuntur, l. *à Titio, in fin. ff. de furt.* l. *Si tibi homo, §. Cum servum ff. de legat. 1. d. act. C. de Sacros. Eccles. Jal.* in l. *1. num. 15 ff. de legat. 1.* Ergo & in beneficiis ecclesiasticis. Ad quod facit textus in cap. *fin. §. Sane*, ubi etiam Gemin. hoc adnotavit, *de rescript.* 32 *Præben. l. 6.* Quinimò usque adeò dicitur beneficium illius esse, qui solam collationem obtinuit, licèt alius possessionem occupet, ut beneficium dicatur vacare per obitum ipsius, & non possessoris, quamvis tantùm supplicationem signatam habuerit, ut decidit Rota *decis. ult. in antiq. fabrit. de rescript.* Collectar. in cap. *Constitutus, vers. Sed quid de quæstione, de concess. præben.* & Sarnen. *super regul. Cancell. de impetran. benefic. vacan. per obit. familiar. Cardin. quæst. 23.* & est casus expressus in dicto cap. *Si tibi absenti, de Præbend. in 6.*

33 Sed objicies, verba illa Concilii, *nisi beneficium Ecclesiasticum habeat*, sunt cum effectu intelligenda, l. 1. §. *Hæc verba, ff. Quod quisque jur.* ibi, *Cum effectu*, non verborum intelligenda, & in cap. *Relatum, de Clericis non residen.* rebus enim, & non verbis jura sunt imposita, cap. *Commissa de elect. in 6.* Et ideò verbum, *habere*, proprium 34 effectum habendi significat, Bald. in l. *Data opera, num. 31. C. de in. qui ac. non poss.* allegat textum in l. *Fideicommissa, §. Si fito, de legat. 3.* Facit quod deesse videtur id, quod inutile est, cap. 35 *Fraternitatis, de frigid. & maleficiis.* Et in simili dicetur de Episcopis Nullatenensibus, seu Titularibus, & Comitibus Palatinis, qui non dicuntur propriè tales, sed abusivè tantùm, ut tradit Jal. in l. *Id quod, num. 25. de legat. 1. post* Bald. in Auth: *Licentiam, C. de Episc. & Cleric.* ubi tenet illius Authenticæ dispositionem non habere locum in Episcopis, qui habent Ecclesias apud Saracenos, quarum nullos capiunt fructus, qui enim re privatur, nec nomen habere meretur, gloss. in cap. *Corepiscopi, 18. distinct.* ut de Cardinalibus Ecclesiæ Ravennaten. & Compostellanæ, dicit Cardin. post glossam in Clem. 2. *in princ. de celebrat. Missar.* Abb. in cap. *Bona il primo, num. 3, vol. 2. de postulat. Prælat.* Verba enim in potentiori significata sunt semper intelligenda, Abb. in cap. *Ex publico, de Conversionib.* Præpos. in cap. *Ruffin, in 1. notab. Qui Cler. vel voven.*

37 Verùm hæc objectio tollitur, quia verbum, *habere*, dum simpliciter profertur à jure, verificatur non solùm in eo, qui plenum dominium rei habet, vel proprietatem nudam, sed etiam in eo, qui habet tenitam. Casus est expressus in l. *Stipulatio ista, 9. Hæc quoque, vers. Habere, ff. de verborum obligat.* & in l. *Habere, ff. de verborum significat.* & in l. *Id apud se, eodem tit.* Id enim quis apud se habere videtur, de quo actionem habet, habetur enim quod peti potest l. *Qui actionem, ff. de reg. jur.* dum enim jura tantùm simpliciter de verbo, *habere*, loquuntur, sufficit dicto modo, 38 vel alterò ipsorum habere. Sed ubi requirunt ut plenè vel pacificè quis habeat, tunc aliud est dicendum, ut est casus in cap. *Si tibi concesso, de Præben. in 6.* ubi gloss. *in ver. Vacare*, intitulatus enim in beneficio plenè non habetur, si alius percipit fructus beneficii, ut ibi per gloss. Idem procedit in verbis *pacifice obtinere, vel possidere beneficium*, quia requiritur actualis possessio majoris partis bonorum, vel liberum exercitium animarum, vel alia, quæ notata sunt in decisione Rotæ *in novis, num. 3. sub tit. de concess. Præben.* in c. *Gratia, de rescript. in 6.* in Clem. *Gratia, eodem tit.* & in cap. *Commissa, de elect. lib. 6.* ubi sunt casus diversi congruentes supradictæ interpretationi. Dum igitur Decretum Concilii dicto *cap. 6. sess. 23.* simpliciter requirit ut habeat; satis est ut titulum ex institutione obtinuerit.

39 Nec verum est Episcopos Ecclesiarum, quæ sunt apud Saracenos, abusivè dici Episcopos, quia quamvis juris dictionem actu non habeant tamquam Clero, & populo carentes, habent tamen habitu, cap. *Pastoralis, 7. quæst. 1. cap. 2. sess. 14.* Concilii Tridentini, & verè sunt Episcopi, & pro talibus judicandi quoad honorem, & ministerium, textus est expressus in cap. *Si quis Episcopus ordinatus ad Parochiam, 92. distinct.* ubi videtur casus notabilis pro decisione dubii propositi: & ad hoc ponderat illum textum accuratè Cardinal. in Clem. *Ut hi, §. Illi verò, de etat. & qualit. post num. 10.* dicens pro possessore haberi eum, qui obtinuit beneficium, licèt ab alio possideatur, quoad honorem, & ministerium, & dictum Baldi procedit non ex ratione, quia non possidet, sed quia fructus non percipit ab Ecclesia, quam perceptionem requirit textus illius Authenticæ, ut hodie dicimus de dispositione d. cap.

d. cap. *Si tibi*; unde ibi non requiretur simplex habere, sed plenum, ut Ecclesia succederet Episcopo.

40 Præterea quamvis d. *cap. 6. sess. 23.* restrinxerint privilegium, quòd habebant Clerici vel habitum, vel tonsuram deferentes ad exemplum Clementis V. in Concilio Vienneusi in clericis, qui sordida officia publicè, ac personaliter exercent, ut in Clem. *Felix, de vita, & honestate Cleric.* nec non Clementis VII. in quadam extravaganti *edita anno 1531.* qua ademit fori privilegium Clericis non incedentibus in habitu, nec tonsuram clericalem deferentibus, ut scripsi in cap. *Ad audientiam si secundo, num. 122. de rescript.*

41 tamen considerandum est Concilium dum ad fori privilegium requirit vel beneficium ecclesiasticum hoc est institutionem, vel servitium Ecclesiæ, videri aliquo modo consentire cum juris antiqui dispositione. Idenim est ad instar armatæ militiæ. Quamvis enim quis descriptus esset, & inter tyrones deputatus, & alia impleviset etiam nota publica, & stigmate militiæ, quibus milites insignari erant soliti ut dignoscerentur, l. *Stigmata, C. de fabric. lib. 11.* & alia præstiterit, quæ notantur per gloss. in l. *pennit. ff. ex quibus caus. maior.* tamen privilegio militari non gaudebat, & præterim exemptione ab ordinariis judicibus, nisi in numeros esset relatus, & assignatus sub certo jure, vexillo, & loco, à quo nusquam recedere poterat sine commeatu: textus est in l. *Ex eo tempore, ff. de milit. testam.* ibi, *in numeros relatus est*, & in l. seq. ibi, *in comitatu Principum retentus.* Quando autem hæc relatio in numeros facta intelligeretur, colligi potest ex textu l. 1. *cum seqq. usque in fin. C. de offic. magistr. milit.* Sic à simili frui non debet Clericus privilegio quoad forum, quamvis per ordinationem in cœlesti militia sit adscriptus, cap. *Cleros, 21. dist.* habeatque clericalem coronam, quæ est ejusdem militiæ stigma, juxta notata per gloss. in Clem. *Quoniam, §. Idem in ver. Et tonsura, de vita, & honestate Cleric.* nisi etiam sit relatus in numeros per assignationem beneficii, quo redditur intitulatus illi Ecclesiæ, & censetur stipendium habere, & sub stipendio (propter officium enim datur beneficium, cap. *finali de rescript. lib. 6.*) & nisi militet, vel referatur in numeros, ut quia Ecclesiæ servitio deputatur, in qua servitia in Divinis, ad quod sunt ordinatus, & electus, ut scilicet militet Deo, cujus mili-

42 tiæ sunt adscriptus. De beneficiato, & de deputato curæ Ecclesiæ, ut omittamus jura imperialia, quæ habentur in libro Authen. *in tit. Ut sit determin. numer. Cleric. & in tit. de Sanctiss. Episcop.* in quibus hæc eadem fuerunt ordinata: Reperi in Concilio Martini Papæ idem tunc temporis ab Ecclesia observari. Ad quod videatur textus in cap. *fin. 92. dist.* & quæ ibi notat gloss. *in ver. Deputatus*; illic enim habetur deputatio certæ Ecclesiæ per institutionem, ut de beneficio, & alio modo per assignationem in numerum Clericorum deservientium; & statuitur, ut qui non inservit ad quotidianum psallendi officium, deponatur à Cleto; & sic per Concilium videtur aliquo modo potius innovatum jus antiquum, quàm novum statutum; licèt hunc, & alios similes canones, qui à Gratiano tributuntur Concilio Martini Papæ, collectos fuisse à Martino Bracharensi ex Synodis sub Honorio I. adnotavit Covarr. *in relect. cap. 1. num. 1. de testam.* Illud caput habetur ex Concilio Toletano I. sub Anastasio Papa anno Domini 400. *cap. 5.* in hæc verba (Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco, in quo Ecclesia est, aut castello, aut vico, aut villa, & ad Ecclesiam ad Sacrificium quotidianum non accesserit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo noluerit promereri) refertur à Butchardo *lib. 2. cap. 152. Decret.* ab Ivo *par. 6. cap. 245.* & *Concilierum tom. 1. pag. 597. lettera E.*

43 Rursus objicies. Si ad fori privilegium sufficeret solus titulus beneficii absque possessione, sequeretur ut esset in facultate cujusque impetrare beneficium certo modo, & tenere ut dicitur in manica supplicationem signatam ad hoc ut tamquam intitulatus se tueretur adversus jurisdictionem judicis sæcularis, licet Ecclesiæ non interviret; quo nimis læderetur justitia, & esset contra mentem Concilii.

Cæterum ad hanc objectionem tollendam consultò in dubio superius proposito adjecta sunt verba illa, *super qua litem movit*: nam aliò quin si provisus litem non intentasset intra præ-

44 scriptum tempus, possessor esset tutus regula de annali, vel de triennali, & titulus provisi redactus esset ad non titulum, cùm duos in eadem re eodem tempore in solidum jus habere leges non permittant, l. *Si ut certo, §. Si duobus vendiderit. ff. Commod. l. 3. §. Ex contractu.* & ibi Doctores *ff. de acquir. poss. ff.* Bald. in l. *Non solum, post medium, vers. Non obstat ff. fol. matrim.* & duos veros beneficiatos in eodem beneficio esse non posse probat text. in cap. *Dilecto, vers. Procuratorum, & vers. Cum individuo jure vacante, de Præben.* & scripsit Parij. *cons. 101. Si quæritur, num. 18. vers. Non obstat*, & *consil. 117. Si quæritur, post num. 31. vers. Vide si placuit, & num. 33. vol. 4.* Quem refert, & sequitur Mandosa in *reg. de annal. quæst. 48. num. 7. vers. Et in terminis nostris.* Quamobrem impetrans, qui litem intra præscriptum tempus contra possessorem non movit, cum beneficio sit ipso jure privatus ex vi regulæ, non potest amplius tamquam beneficiatus fori privilegio gaudere.

Ad extremum proposito dubio an Clericus primæ tonsuræ provisus de beneficio possit gaudere privilegio fori, quamvis possessionem beneficii non habeat propter intrusum, contra quem litem movit: S. Congregatio censuit posse.

45 Quartò QUÆRO. Posito Decreto Tridentini Concilii *cap. 6. sess. 23.* An clericus non beneficiatus solùm tamen Ecclesiæ inservire, & in habitu, & tonsura incedere, sinoctu, vel interdiu in habitu laicali deprehendatur cum armis, gaudeat privilegio fori, necne.

46 Pro solutione quæstionis præmittendum est primò ad privilegium fori alterutrum sufficere, id est ut clericus vel beneficium ecclesiasticum habeat, vel habitum, & tonsuram deferens alicui ecclesiæ inserviat, ut jam resolvit S. Congregatio. Siquidem consulta an clericus beneficiatus, qui non deferens habitum, & tonsuram immiscuit se enormitatibus, possit à judice laico puni-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

punirinon præcedente monitione: respondit ex *c.6.sess.23.* (Clericum beneficiatum fruì privilegio fori, licet clericalem habitum, & tonsuram non deferat, quia cap.6. dat privilegium alternativè vel beneficiatis, vel deferentibus habitum.) Hactenus verba declarationis: & idcircò in dubio adiecta sunt illa verba, *non beneficiatus*: nam si Clericus beneficiatus esset, ex hoc solo fori privilegio gauderet quod spectat ad Concilii dispositionem, & circumscripta Bulla Sixti V. hac de re edita *anno* 1589. de qua dictum est suprà in secunda quæstione, unde frustrà dubitaretur an fori privilegium amisisset ex eo, quòd sine habitu clericali deprehensus fuisset.

47 Præmittendum est secundò de jure veteri clericos in minoribus non conjugatos, & non beneficiatos, nec in habitu incedentes ante monitionem gaudere fori privilegio secundùm communem opinionem, de qua est tutt. Clar. *in §.fin.quæst.36.vers. Hæc autem*, licet secus statutum esset clericis conjugatis per c. *Pervium*, *de cler.conjug.lib.6.* uberia tradunt Anchar. Franch. & alii. Hanc differentiam quoad hoc sustulit Concilium *d. c.16.* nam Clericus in minoribus non conjugatus, nec beneficiatus etiamsi ante monitionem, nisi deferens habitum, & tonsuram inservit Ecclesiæ, non gaudet privilegio fori, ut S. Congregatio declaravit.

49 Præmittendum tertiò Concilium ita voluisse occurrere episcoporum conniventiæ erga Clericos delinquentes, & Clericos incitare ad delationem habitus clericalis, ut tamen noluerit eos ritos plus à quo laicorum potestati subjicere: proinde que clericis non habentibus requisita fori privilegium non ademit perpetuò, sed suspendit ad tempus, ad ea, quæ de clerico conjugato tradunt Arcaid. Joan. Anchar. & Franc. in d. c. *Pervium*, quos sequuta fuit S. Congregatio respondens clericum conjugatum, qui post dimissum habitum clericalem deliquit; quamvis pro eodem delicto in curia laicali citatus, & condemnatus fuerit, si de nd. (modò non infraudem) resumpto habitu, & tonsura Ecclesiæ deserviat, non posse à judice laico pro eodem delicto personaliter distingui.

Ex his inferitur, ut cùm versemur in materia correctoria juris veteris, etiam inspecta mente ipsius Concilii in favorem ordinis clericalis sit pronunciandum, & inhærendum antiquorum Canonum dispositioni nisi quatenus expresè sint correcti, cap. *Cùm expediat, de elect. lib.6.* c. *Ecclesia vestra, el secundo, eodem tit.* l. *Præcipimus, in fin. C. de appell. cum simil.* Quibus præmissis, ad dubiū videtur respondendum, clericum, de quo agitur, gaudere fori privilegio ex infrascriptis. Et primò quia animi judicium apparet ex perseverantia; ideoque brevi reversa uxor nec divertisse videtur, l. *Divortium, ff. de divort.* l. *Quidquid calore, ff. de reg. jur.* & non dicitur venisse quinon stetit, cap. *Si postquam*, & ibi glofl. *in ver. Mente*, & cap. *Cupientes*, §. *si per viginti*, ubi glofl. *in ver. Comparent, de elect. lib.6.* Item non videtur possessionem adeptus qui eam statim amisit, l. *Non videtur, ff. de acquiren. possess.* glofl. in cap. *Quærenti, in ver. Ad integrum, de offic. deleg.* nec dicitur versum quod versum non durat, l. *Si pro parte*, §. *Versum, ff. De in rem verso.* Sic qui habitum clericalem dimisit illum statim resumpturus censebitur non dimisisse, confert cap. *Ad nostram*, ibi, *statim pœnituit quòd habitum induisset*: & ibi glof. *de regul.* cap. *Constat.* & ibi etiam glofl. *in ver. Statim, 1. quæst.* 1. & quod notat Abb. *cons.69. Videtur, num.2. lib.1.* Roman. *cons.236. Vt præmissa, num.4. vers. Primò*, & eò magis, quia cùm versemur in materia pœnali, & odiosa amissionis privilegii fori, factum non dicitur quod factum non durat, cap. *Nam & ego, de verborum significat.* cum concord. de quibus ibi per glofl. in ver. *Quasi nunquam esset*, Abb. d. *cons.69. num.1. col.1. vers. Sed hu non obstantibus*, Animus autem resumendi colligitur ex ipsa consuetudine habitum jugiter deferendi, ex notatis per glossam in cap.1. *in ver. Non timore, suprà Quod met. can.* & per Menoch. *lib.6. præsumpt.37. num.28.* Facit textus in §. *Pavonum, Institut. de rer. divis.* & mutatio voluntatis non præsumitur nisi probetur, leg. *Qui voluntatem, ff. de probat.*

51 Secundò habitus clericalis non prodest ei, qui paulò ante capturam publicè se gerebat pro laico, cap. *Si judex laicus*, ubi Doctores hoc notant *de sentent. excommun. lib.6.* ergo multò minus habitus laicalis nocebit ei, qui antea se gerebat pro clerico; cùm in primo casu laicus agat de privilegio acquirendo; in secundo autem Clericus de privilegio jam quæsito non amittendo, ac proinde potior sit causa Clerici, l. *fin. C. de jur. dot.* l. *ult. C. de Cadit.* Federic. de Sen. *cons.112. Amice carissime, num.3. vers. Sed quæritur*, & Roman. *cons.179. Amplissime Doctor, num.17.*

52 Tertiò verba legis intelligi debent civili modo, non amare, ut de continuo commentali, continua residentia, vel continuo servitio respondit Calderin. *cons.28.6. sit legatum, altàs 3. de offic. leg.* ubi allegat illud (Numquam de manu tua exeat psalterium, hoc est horis congruis.) Card. post glofl. in Clem.1. *in 12. quæst. de foro compet.* Ergo quod dicitur de habitus delatione, licut & de tonsura, non ita accipi debet, ut cùm primùm clericus ex quavis occasione illum exuit, vel negligentia passus est crescentes capillos tonsuram abscondere, eo ipso fori privilegium amiserit: utrumque enim satis absurdum videtur. Facit textus in cap. *Si qui, de sepultur. lib.6.* & quod notat Imola *cons.9. in fin.* ubi tenet privilegium concessum illis de comitatu, qui per decem annos continuè habitaverint in civitate, intelligi etiamsi habitantes civitatem tempore messium, & vindemiarum iverint in comitatum cum familia ad colligendos fructus; quia ex quo reverti sunt ad civitatem, dicuntur continuè habitasse. Et quod notat Bart. in l. 4. §. *Prætor, ff. de damn. infect.* ubi quod habitare quis dicitur in civitate, licet tres menses ruri permaneat, & sequitur Felin. in cap. *Quoniam, num.2. de obed. offic.* cum simil. adductis per Apostill. ad Roman. *cons.264. Vt in Nursinum, in ver. Requirantur, vers. Circa secundum.* Ad quod confert etiam Decretum Concilii Tridentini *cap.1. sess.23.* ibi, *qui aliquantisper tantùm absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt.*

54 Quartò hæc verba Concilii *cap.6. nisi habitum & tonsuram deferens Ecclesiæ inserviat*, resolvuntur, nisi habitum, & tonsuram deferat, & inserviat;

serviat: sed ex defectu servitii uno, aut altero die Clericum intelligi suspensum à privilegio fori, nemo æquus judex dixerit. Ergo neque ex prima, aut altera brevi habitus dimissione, ex reg. l. *Iam hoc jure*, §. *Sed si*, & ibi Bart. *num.1. ff. de vulg. & pupill.* Unitas enim orationis de pluribus loquens regulata ab eodem verbo operatur, ut æqualis ut determinatio quoad omnes, l. *Hæreditatem*, & l. *Quamvis, C. de impub. & alis substitut.* Bona textus in l. *fin. C. de sentent. & interlocut. omn. jud.* & notat Bald. in l. *In testamento, C. de milit. testam.* Quod pluribus exemplis confirmat Florian. à S. Petro *cons.14.n.9. & seq. per tot.*

55 Quintò habitus regularis adeò est annexus offibus Monachorum, ut in quocunque loco consistentes, sive in lecto quiescentes constanter eo uti debeant, cap. *Vidua, 20. quæst.1.* & cap. *Sanctimonialis, 23. dist.* adeò ut temerè dimittentes ipso facto excommunicentur in cap. *Vt periculosa, ne cler. vel monach. lib.6.* & nihilominus religiosus, qui jocosè levitate ad horam dimittit habitum ut currat, & lapidem projiciat, in excommunicationem non incidit, nec tanquam apostata amittit privilegia ordinis secundùm Petrum de Palude. Cujus sententiam dicit rationabilem Sylvest. *in ver. Excommunicatio 9. num.5. vers. Vigesima quarta*, subdens non censeri Religiosum dimittere habitum si illum dimittat non dolosè, & cum assumptione alterius ad utendum eo, sed ad horam voluptuosè nullo alio assumpto; vel assumpto quidem, sed ad lolatium ex levitate jocosè, non autem ad utendum. Et fuit opinio Zenzelini asserentis professum non incidere in pœnas si habitum dimittat cum assumptione alterius ad horam, non ad notabile tempus judicis, aut boni juris arbitrio limitandum, quia non dicitur quis assumpsisse quod statim est dimissurus: Ergo longe minus ex dimissione habitus ad breve tempus incidere debet in pœnam amissionis privilegii fori clericus sæcularis, quinon est adeò adstrictus ad continuam, & numquam interruptam habitus delationem, sicut regularis: & propterea idem Zenzelinus in Clem. *Quoniam, de vita & honest. Cleric.* tenet clericum sæcularem, qui non continuè defert vestem virgatam, vel partitam, nec proprii usus causa, sed ob festum Socii, qui uxorem duxit, vel militiam, aut doctoratum assumpsit, non incidere in pœnam illius Decretalis; quia talia raro occurrunt, & jura coaptantur his, quæ sæpè accidunt, leg. *Ex iis, cum duabus ll. seqq. ff. de legibus*, & sequitur Sylvest. *loco citato.* Ultimò si aliter responderetur, consequens esset, ut Clericus in minoribus numquam ferè in causa criminali gauderet privilegio fori; quia commissurus delictum regulariter non incedit in habitu; atque ita Concilium statuisset de casu minus frequenti contra jura proximè citata.

57 Non obstat, quòd regulariter attenditur tempus delicti, l. 1. *ff. de pœn.* quia procedit quoad pœnam imponendam à suo judice, non quoad judicis competentiam, ut declarat Dyn. in l. *Idem Vlpianus ff. de excusat. tutor.* quem refert Joan. Andr. in cap. *Vnico, n.19. vers. Quanto dicunt, de oblig. ad ratiov.*

Item non obstat dictum Alex. *cons. 8. lib.1.* ex Bald. in l. *Affinitati, C. commun. de succes.* Quod attendi debeat tempus delicti ad cognoscendum ad quem forum spectet cognitio; quia negatur Clericum, de quo agitur, deprehensum sine habitu fuisse etiam pro illo tempore extra jurisdictionem judicis ecclesiastici, ex prædictis. Deinde respondetur hoc dictum procedere in favorem fori ecclesiastici, ut scilicet is, qui tempore commissi delicti resumpsit habitum, licet eundem postea dimiserit, non possit à judice laico condemnari pro eo delicto: & in his terminis loquitur Alex. post DD. ibidem citatos. Quod si acciperetur in alium sensum, adveniret decisioni Sac. Congregationis in causa Nucana, quam retuli in dicto cap. *Vnico, num.75. de oblig. ad ratiov.* Sicut non obstat quod de Clerico conjugato videntur sentire Doctores in d. cap. *Pervium, de Cler. conjug. lib.6.* tum quia non loquuntur in terminis illius qui solitus est habitum deferre; tum quia de Clerico conjugato ad non conjugatum non infertur ad diminutionem privilegiorum, quæ fortius inhærent non conjugato, tum quia in judicio præjudiciali status attenditur tempus, quod est magis favorabile argum. §. *Sed & si quis instit. de ingen.* Ergo prævalebit consuetudo deferendi habitum hinc momento, quo deprehensus est, attenta consuetudine, circumscripta alia consideratione quòd Clericorum gravitas nocturnis vagationibus inepta est, neque enim tunc viget ratio illa, ne clerici urgentur inverecundè non agniti per habitum proprium, quam in Clericis Regularibus considerat textus in dicto cap. *Vt periculosa. Ne Cleric. vel Monach. lib. 6.* ut per Sylvestr. *ubi suprà, num. 43. in fin.* ac magis dedecens est vagatio ipsa.

58 Cæterùm si talis Clericus noctu, aut interdiu sine habitu repertus à judice sæculari ignoranter comprehensus, & in carcerem conjectus esset, excusaretur judex secundùm terminos cap. *Si judex laicus, de sent. excommun. lib.6.* à sententia excommunicationis, habitus enim facit præsumptionem ut quis judicetur talis, qualem habitus, quem defert, demonstrat, ut ibi, & in l. *Item apud, §. Si quis ff. de injur.* Federic. de Senis, *cons.13. num.3. vers. Talis namque*: & qualis actus apparet in sui figura, talis præsumitur in sui essentia, Paul. de Castro, *cons.261. §. fin. & considerato, in princ. lib.2.* Ac propterea Clerici incedentes in habitu sæculari præsumuntur laici, & offendens eos, & interficiens non est excommunicatus, quia ignorantia non ligat animam: ut inquit Hieronym. Tort. *cons. 500. p. fin. cons.* Anton. de Butr. *num.20.* ubi plura ad hoc allegat, & præcipuè textum, quem dicit meliorem de mundo, in l. *Si ignorant, ff. Locati.* Atque si pollea quam cognovit illum esse Clericum, vellet eum invitum retinere, aut recusaret ad judicem ecclesiasticum remittere sub prætextu quòd talis Clericus gaudere non posset privilegio fori; non evitaret censuras dict. cap. *Si judex laicus*, & cap. *Si quis suadente, 17. quæst.4.* Porrò an Clerici reperti cum armis prohibitis ex formâ proclamationum Principis sæcularis possint à judice laico puniri, & quomodo facienda sit contra eos executio, quærit, & solvit Clar. *in §. fin. quæst. 36.* & Covarr. *Practicar. quæst. quæst. 33. num. 7.* & *Variar. resol. lib.2. cap.20.* Sed in hoc dubio, de quo ad præsens non agitur, non videtur

UNIVERSIDAD DE NAVARRA

detur immorandum, cùm præsertim de eo satis dictum fuerit suprà in cap. *Ecclesia S. Mariæ, de Constit.*

59 Quintò QUÆRO, utrum consuetudo, secundum quam Clerici habitum, vel tonsuram deferentes fori privilegio gaudent, licèt beneficium ecclesiasticum non habeant, nec alicui ecclesiæ inserviant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi vertantur, juxta *cap. 6. sess. 23.* Concilii Tridentini, sit nesne observanda.

Nuper Sac. Congregatio Concilii declaravit clericum constitutum in carceribus Curiæ Archiepiscopalis Mediolanen. secundum ea, quæ proponebantur, eo quòd qualitates à Concilio requisitas non haberet, privilegio fori minimè gaudere. Sed cùm postea compertum esset in eadem facti specie enunciari, ac supponi consuetudinem Mediolani existentem, ut clerici non beneficiati hoc privilegio fruantur, etiamsi Ecclesiæ non inserviant. Cujus tamen consuetudinis S. Congregatio nullam habuit rationem; ideò iterum quæsitum est an prædicta consuetudine suppolita dictus clericus fori privilegio gaudere deberet.

60 Hæc quæstio potest referri tam ad consuetudinem ante Concilium introductam, quam ad eam, quæ postea inolevit: Si referatur ad consuetudinem introductam ante Concilium, verius videtur illam fuisse subratam Decreto d. *cap. 6. sess. 23.* nam cùm de jure communi clerici habitum, vel tonsuram deferentes gauderent privilegio fori etiam si alicui Ecclesiæ non inservirent, cap. *Si judex laicus, de sent. excommun. lib. 6* Cardin. post Joann. Andr. in cap. *Contingit, il secundo, n. 2, oppos. eodem tit.* Cepol. *cons. 11. num. 42.* Capra *in. tus. 37. num. 67. vers. Aut in-*

61 *cedit in habitu clericali.* Si quæ vigebat consuetudo, ut Clerici privilegio clericali gauderent, illa erat conformis dispositioni juris communis. Ac propterea cùm Decretum dicto cap. 6. jus commune sustulerit, eodem modo sustulit consuetudinem illi conformem. Sic docet Joann. Andr. in cap. *Unico. num. 2 in ver. Nolumus, de Cler. conjug. lib. 6.* ubi probat consuetudinem, secundum quam Clerici conjugati gaudebant fori privilegio, etiamsi caterent qualitatibus ibi requisitis, esse sublatam per illam Decretalem, licet ibi nulla fiat mentio consuetudinis, eò quòd cùm de jure communi clericus gauderet privilegio fori absque illis qualitatibus, consuetudo conformis juri communi abrogatur sublato jure communi, quo utentes non videntur voluisse novam consuetudinem inducere: & opinionem Joann. Andr. sequuntur ibi Anchar. Gemin. & alii, Fulgos. *consil. 123. Præsupposito, num. 2.* Sylvest. *in ver. Clericus primo, in 7. q. num. 6* Ratio est, quia ubi nova Constitutio sustulit veterem legem, censetur etiam sustulisse consuetudinem tamquam ipsius legis effectum: non enim illa dicenda erat proprie consuetudo, sed legis observantia, quæ extinguitur per legis abrogationem, ut animadvertit Alex. in l. *De quibus, in princip. ff. de legib.* & Roch. *de Consuet. num. 11.* nam, ut ait Joann. Andr. loco citato super jure non super consuetudine fundabantur actus præteriti; atque ita deficiebat animus consuetudinis introducendæ. Quod alia etiam ratione probatur, quia si Concilium quoad clericos non conjugatos sustulisset jus commune, sed non illius observantiam, nihil fecisset; sustulisset enim jus, quod in usu non erat, & quod tollere non oportebat, utpote jam sublatum ex non usu. Atque hanc rationem uti evidentissimam ponit glos. singularis in cap. 1. *in ver. Tacit, vers. Item probo id evidentissima ratione, de Constitut. lib. 6.* & sequuntur in materia de qua agitur, ibidem Gemin. *col. 1. in 2. oppos.* & Franc. *col. 7. vers. In ea glos.* ibi, esset absurdum.

62 Neque obstat huic conclusioni, quod cùm Decretum d. cap. 6. sustulerit consuetudinem quoad Clericos conjugatos tantùm, ut innuunt illa verba, *quoad hoc*: videatur illam præservasse quoad alios Clericos: nam ideò Concilium sustulit consuetudinem quoad Clericos conjugatos tantùm, quia illa erat contraria juri communi, nempe Constitutioni Bonifacii VIII. ind. cap. *Unico, de Cler. conjug. lib. 6.* Quamobrem dum Concilium ibi innovavit dictam Constitutionem, necesse fuit ut derogaret contrariæ consuetudini, cùm aliòquin per innovationem veteris legis non fuisset sublata consuetudo contraria, nisi eidem consuetudini expresse derogatum fuisset, secundum opinionem Joann. Monach. Joan. de Lign. & Prob. in d. cap. *Unico.* At verò quoad clericos non conjugatos non fuit opus derogare consuetudini, quia cùm illa esset juri conformis, non sufficienter sublata per juris abrogationem, & hæc quoad consuetudinem ante Concilium.

63 Quo verò ad consuetudinem, quæ postea introducta est, Roch. de Curte *in tract. de Statut. secu. 6. num. 11.* in terminis d. cap. *nn.* putat valere consuetudinem, quòd Clerici gaudeant privilegio clericali, etiamsi habitum, & tonsuram non deferant: & in hanc sententiam citat Fulgos. dicto *consil. 123. in 1. dub.* idemque supponit

64 Bartholom. Thegeus in *tract. de crimin. part. 1. num. 19. inter Tractat. commun. tom. 11. par. 1.* & idem Roch. in *tract. de consuet. num. 207.* afferit consuetudinem disponentem idem, quod jus antiquum correctum, qualis est hæc, secundum quam Clerici habitum, & tonsuram deferentes gaudent privilegio fori, licèt non inserviant officii Ecclesiæ, præsumi rationabilem. Quod ipsum sentit Gemin. in cap. *Accedens, in fin. 50. distinct.*

65 Sed his non obstantibus verius videtur propositam consuetudinem Ecclesiæ Mediolanen. non esse observandam, quia contra Conciliageneralia consuetudo valide, ac legitimè introduci non potest, ut firmant Hostiensis & Joann. Andr. in cap. *Cum laicis, prope fin. de rebus Eccl. non alienan.* ubi per textum in cap. *Canones,* & cap. *Sicut sanctis Evangelii, 15. distinct.* afferunt Concilium generale esse observandum sicuti Evangelium, ac propterea contra ipsum non posse consuetudinem validè introduci, & sequitur Bald. in *tit. de pace Constantiæ, col. 4. §. Imperialis clementia, in ver. Mos Romanorum, sub num. 22. in fin.* Jas. in l. *De quibus, col. 13. num. 54. vers. Addo quod eodem modo,* nihil valet consuetudo aliquid introducens contra Concilia generalia, *ff. de legibus.* Roch. *in eodem tract. de consuetud. num. 546. vers.*

66 *Secundò limita.* Movetur etiam, quia lex edita in Concilio generali censetur habere clausulam dero-

derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones, cap. *Ex parte, de Capell. Monach.* & tradit Archid. in cap. 1. *in ver. Nosse autem, de Constit. lib. 6.* Bald. in l. *Humanum, C. de legibus.* Oldrad. *cons. 326.* & *cons. 328.* Gemin. *cons. 36. n. 2.* late Felin. in cap. *Nonnulli, n. 2.* & ibi dixi, *n. 21. suprà de rescript.*

67 Neque obstat quòd Concilium Tridentinum non videatur habere hujusmodi clausulam derogatoriam, cùm sæpiùs S. Congregatio declaraverit non esse opus ut Tridentino Concilio specialiter derogetur, sed satis esse ut Pontifex statuat contrarium, ejus, quod Concilium disponit: nam respondetur id procedere si Pontifex expresse statuat contra Concilium, non autem si impliciter permittat, vel tacitè consentiat, ut in consuetudine: non enim ut ait optimè Oldrad. d. *cons 326. sub num. 1.* (Papa præsumi potest nedùm juri publico, sed quasi divino cum solemnitate, videlicet in sacris generalibus Conciliis promulgato sub tali taciturnitate voluisse derogare) Hæc ille: & requiri consensum expressum probat doctrina Franch. in cap. *Cùm de omnibus, sub num. 2. vers. Secundò quæro, de Præb. lib. 6.* quam sequuta est Rota coram Cavalerio in causa Romana Concord. *a S. Petri 12. Februarii 1610.*

68 Rursus non obstat, quòd per hanc consuetudinem reducamur ad jus commune, & quòd ea sit in favorem fori ecclesiastici: Nam vere juris communis dispositionem Concilium non sustulisset, nisi censuisset hoc in majus Ecclesiæ bonum, & Christianæ reipublicæ utilitatem redundare, arg. cap. *Non debet, de consang. & affinit.* nimirum ut Clerici Ecclesiæ promptius inservirent, nec incertis vagarentur sedibus, aut negociis laicalibus se immiscerent in opprobrium Ordinis clericalis, arg. cap. *Neminem,* & cap. *Sanctorum, 70. dist.* & *cap. 16. sess. 23.* ejusdem Concilii, & alias ob causas, de quibus infrà num. 73. Ad hoc textus optimus in cap. *fin. 92. dist.* & quod dixi suprà in *3. quæst. n. 41. & 42.*

69 Non obstat postremò quod afferunt Advocati pro dicto clerico, quòd non versetur in consuetudine, sed in non usu, eò quòd Concilium in parte, non fuerit Mediolani receptum, & quod lex etiam lata in Concilio generali non obliget nisi recepta fuerit, secundum Abb. in cap. *Cùm olim, de cler. coniug.* & in terminis Concilii Tridentini extat *cons.* Navarri *primum de Constit.* nam respondetur Constitutiones Papæ præsertim latas in Concilio generali censeri effectum sortitas cùm primùm sunt promulgatæ, & omnes ligare, cap. *1. de Constit.* gloss. magna *in proœm. Clem.* & Cardin. *ibidem.* Nec potest controverti quominus Concilium Tridentinum quoad omnes sui partes receptum fuerit Mediolani. Sed si quid ibi contra Concilium factum est, potiùs dici potest consuetudo contra Concilium, quam non acceptatio Concilii. Ac

70 præterea lex ita demùm desinit per contrarium usum obligare, si Pontifex sciat, & non contradicat, tunc enim videtur illi contraventioni, & inobedientiæ acquiescere; & mores contrarios approbare, gloss. in cap. *De libellis, in fin. 20. dist.* & Abb. in d. cap. *Cùm olim, n. 4.* Felin. post alios in cap. 1. *sub num. 6. vers. Lex nova, de treug. & pac.* ubi testatur de communi opinione, Co-

vart. *variar. resol. lib. 2. cap. 16. num. 6. vers. Quinto sunt,* Put. *decis. 1. in fin. lib. 1.* Quinimò nec sufficit tacitus consensus Papæ, sed requiritur expressus, secundum Franc. in cap. *Cùm de beneficio, num. 4. de Præben. in 6.* Caputaq. *decis. 204 num. 2. part. 4.* & Rota *in dicta Causa Romana Concordiæ S. Petri, 12. Februarii 1610.* De hac autem scientia, & approbatione Pontificis minimè constat

16 in casu præsenti. Verum exceptio illa quòd lex usu recepta non fuerit, cùm constitutiones Papæ non pendeant à populi voluntate, sed à potestate Summo Pontifici à Deo attributa, numquam debet admitti, ut determinat post alios Cardin. *in proœm. Clementin. §. Universitati, num. 2.* Itaque videtur respondendum propositam consuetudinem nequaquam esse observandam, & ita S. Congregatio respondit.

72 Sextò QUÆRO, An clericus non incedens in habitu, & tonsura, vel aliàs non habens qualitates *cap. 6. sess. 23.* Concilii Tridentini sicut amittit privilegium fori ex dicto Concili Decreto, ita etiam privilegium Canonis amittere censeatur.

Nostrum non est legem, vel canonem ultra casum suum extendere, arg. l. *Si verò, §. De vero ff. sol. matrim.* Si enim Concilium voluisset in casu, *cap. 6. sess. 23.* comprehendere etiam privilegium Canonis; sicut tacuit de privilegio fori, statuere potuisset de privilegio canonis, ut dicitur in simili in cap. *Ad audientiam, de decim.* vel saltèm communi vocabulo de privilegio clericali dixisset, juxta cap. *Unicum, de cler. conjug. lib. 6.* Quod igitur non est SS. Patrum Decreto sancitum, superstitiosis non est adinventionibus præsumendum, cap. *Consulusti, 2. q. 5.* & cap. *Inter corpora alia, de translat. Episc.*

73 Videtur etiam considerandum limitationem quoad fori privilegium rationabilem esse cùm propter querelas officialium secularium, ad hoc, per Joan. Andr. in d. cap. *nn.* tum ut clerici in officio continuentur, illorumque malitiis obvietur, cap. *Ex parte, 1. ultim. de privileg.* tum propter Episcopos, qui merito excluduntur ne possint repetere clericos incertis sedibus vagantes: nam cùm debuerint illos alicubi Ecclesiæ servitio adscribere, juxta d. *cap. 16. sess. 23.* pariuntur etiam habitu dimisso incedere; tum denique quia ex hoc quòd foro seculari supponuntur clerici, nulla irrogatur injuria, neque Ordini clericali, cum authoritate canonum supponantur, neque ipsis personis, quæ jure merito justitiæ suo petuntur. At privilegium canonis nullius jurisdictionem lædit; retinet laicos ab injuriis inferendis clericis, quibus infensi sunt, gloss. in cap. *Si quis suadente, 17. quæst. 4.* Si illo privarentur, id contingeret interdum absque illorum culpa: nam etiamsi in habitu, & tonsura incederent, honestamque vitam ducerent; quia tamen forte alterius culpa, vel impedimento beneficia non obtinerent, vel Ecclesiæ de mandato Episcopi non inservirent; destitueretur privilegio canonis in favorem cleri concesso, expulsi non quidem judicum judiciis, sed privatorum injuriis, ac violentiis,

Accedit quòd judex laicus procedens contra clericum, si modo violentia abstineat, de jure non est ipso facto excommunicatus, textus est in cap. *prox.* & ibi dixi *num. 13. infra eodem.* Nec

facit actum, qui reparari non possit ubi cognoverit illum esse talem, qui judici ecclesiastico remitti debeat, juxta cap. *Si judex laicus, de sent. excommun. lib. 6.* At percutiens eum, quem scit, vel scire debet esse Clericum, incidit ipso facto in excommunicationem; & tamen si limitatio Concilii haberet locum in privilegio Canonis, pœna excommunicationis, etiamsi Clericus in habitu, & tonsura apertè incidens percussus esset, non centetur irrogata, nisi idem beneficium obtineret, vel Ecclesiæ ut supra inserviret: quod latere facilè potest percutientem, & interim injuriam percussoritatam non aufert ultrò Canonica. Cùm igitur urgentes rationes adsint, cur privilegium fori limitari debuerit, privilegium canonis minimè; non est recedendum à verbis, & mente verisimili ipsius Concilii vulg. l. *Non aliter. ff. de legat. 3.*

74 Nec movere debet, quod facilius privilegium Canonis de jure amitteretur, quàm fori privilegium, cap. *Perpendimus*, cùm ibi notat. *de sentent. excomm.* Quia ex hoc non dici potest particulariter providendum fuisse circa privilegium fori, & quoad privilegium Canonis satis provisum antea fuisse. Nec est omittendum communiter Doctores in d. cap. *Perpendimus*, ex eo moveri, quod in textu ibi, & in d. cap. *Cùm non ab homine*, fit mentio solùm de privilegio Canonis; unde inferunt non censeri idem dispositum de privilegio fori.

Considerandum etiam de jure communi in multis casibus Clericos supponi foro laicali, ut in casu reconventionis, & aliis consimilibus, in quibus non gaudent privilegio fori, ut scripsi in cap. *proxim. num. 3. infra eodem*, & tamen gaudent privilegio Canonis. Ex quo apparet ad privationem privilegii fori non sequi alterius privilegii privationem: & quidquid esset de jure communi, cùm in lege nova specialiter disponatur de uno privilegio ad aliud non est faciendaillatio, præsertim in concluionibus, seu limitationibus pœnalibus, cap. *Pœna, de pœnit. distinct. 1.* cum concord. de quibus ibi per gloss. in *ver. Non excedunt.*

75 Rursus Clerici hoc casu, quo supponuntur foro sæculari, non videntur eximi omninò à foro spirituali, sed solummodò tunc non gaudent illo privilegio; unde hinc licet tantummodò inferre, ut ipsi privilegium exemptionis allegare nequeant ad declinandam judicis sæcularis jurisdictionem. Sed non licet inferre quin Episcopus non præventus possit illos judicare, si pro clericis adhuc publicè se gerant: jam enim S. Congregatio consulta an Decretum Concilii *cap. 6. vers. Si etiam, sess. 23.* obstet Episcopo, quominus jure suo animadvertere possit in delinquentem, qui alioquin ex eodem Decreto fori privilegio non gaudeat: respondit Clericos in minoribus Ordinibus constitutos, nisi beneficium ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes Ecclesiæ deserviant, vel in Seminario, aut aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi versentur juxta *cap. 6. sess. 23.* forum judicis laici declinare non posse, non tamen idem Decretum obstare Episcopo quominus jure suo in hujusmodi clericos delinquentes, si clerici adhuc permaneant, possit animadvertere.

Neque obstat, quòd aliàs Concilium eluderetur: Episcopus enim hanc jurisdictionem sibi semper vindicaret, & sic per indirectum hujusmodi clerici gauderent fori privilegio: & quod in causâ Maceraten. decisum fuerit clericum, qui non incedebat in habitu, & tonsura comprehensum, & detentum in carceribus Curiæ sæcularis non fore remittendum ad Episcopum, qui tamquam suum Clericum repetebat: nam respondetur eo casu inter judicem ecclesiasticum, & sæcularem esse locum præventioni, quemadmodum postea resolvit Sac. Congregatio. Atque ita salvatur decisio Maceraten. ubi reus reperiebatur in carcere, eratque præventa executio in personam, juxta decisionem Rotæ 3. *de sent. excommun. in nov.* salvatur jurisdictio Episcopi, qui ob culpam Clerici dimittentis habitum non amittit omninò jus in eum; Reipublicæ magis consulitur, quia minus periculi est, ut delicta remaneant impunita; & fraus in fraudulenti caput retorquetur: neque enim tamquam laicus evitabit judicem ecclesiasticum, neque ut Clericus judicem laicum; nec dispositio Concilii contradicit, quia emanavit in odium dimittentis habitum, non autem in odium Episcopi; & verba diriguntur ad ipsum Clericum, ut non gaudeat privilegio fori, non ad judicem ecclesiasticum ut illum habeat tamquam exemptum, & alienum à sua jurisdictione, neque mens, neque verba Concilii violantur. Ex quibus patet eò rationabilius Concilium ademisse Clericis tantummodò privilegium fori, quod eo sublato nullum præjudicium infertur jurisdictioni ecclesiæ prævenientis, & in eo militant rationes, quæ nullatenus considerari possunt in privilegio Canonis. Demùm hanc sententiam olim probavit eadem S. Congregatio: nam proposito dubio, an clerici, qui Decreto Concilij *cap. 6. sess. 23.* privilegio fori privantur, intelligantur etiam privati privilegio Canonis: *Die 16. Octobris 1582.* S. Congregatio censuit non intelligi privatos.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Nullus.

SVMMARIVM.

1 *Judex secularis si clericum per se distringit, aut condemnat, excommunicari debet.*

2 *Clerici res spirituales sunt, & ante omnem humanam constitutionem exempti à jurisdictione Imperatoris. & num. 4.*

3 *Clericus in quatuor casibus hic expressis, & in aliis pluribus coram judice sæculari conveniri potest.*

5 *Minores, seu juniores Ecclesiæ qui dicantur. & n. 16. & seqq.*

6 *Argumentum à contrario sensu quamvis fortissimum in jure, tamen aliquando vacat. & num. seqq.*

7 *Judex laicus non potest clericum judicare etiam ex delegatione Episcopi.*

8 *Judex Ecclesiasticus qui sine permissu Episcopi distringit clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.*

9 *Papa an possit generaliter concedere ut judex laicus clericum distringat, vel condemnet.*

10 *Judex laicus non prohibetur ex delegatione Episcopi cognoscere causam Clerici mere civilem.*

11 *Judices laici, qui clericos coercent, aut judicant, dicuntur Ecclesiæ Dei injuriam irrogare.*

12 *Excommunicatus potest iterùm excommunicari. & num. seqq.*

13 *Judex laicus, qui sine personali districtione clericum condemnat, non est excommunicatus, licèt excommunicari debeat.*

14 *Hodie secus ex Bulla Cœnæ.*

15 *Excommunicatus non debet absolvi, nisi prius de injuria satisfaciat.*

16 *Fori privilegio quenam personæ præter clericos gaudere debeant, latissimè disseritur usque in finem.*

17 *Servi Ecclesiarum sunt de foro Ecclesiæ.*

18 *Si perpetuò Ecclesiæ servitio sint adstricti, secus si conditicij.*

19 *Diaconi selvatici quot in singulis Ecclesiis deputari possint, & quibus privilegiis fruantur ex Decreto Iussu Gregor. XV. hac de re edito.*

20 *Familii clericorum an gaudeant privilegio fori. & num. seqq.*

21 *Familiæ appellatione qui contineantur.*

22 *Familiaris perpetuus habet privilegium perpetuum sicut Dominus, temporalis autem non nisi durante familiaritate.*

23 *Familia Episcopi exempta est à sæculari jurisdictione.*

24 *Intellectus cap. fin. de offic. Archid.*

25 *Concubina clerici an ipsius clerici forum sortiatur. & num. seq. usque ad n. 33.*

26 *Concubina Clerici dicitur committere sacrilegium.*

27 *Sacrilegij crimen est mixti fori.*

28 *Statuta laicorum pœnalia contra concubinas clericorum an valeant. & num. 32.*

29 *Intellectus cap. Eos. 32. distinct.*

30 *Forum privilegiati fortitur non privilegiatus in causa individua.*

31 *Judex laicus instituendo processum contra mulierem super delicto commisso cum tali clerico incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

33 *Vxor clerici an gaudeat privilegio fori. & n. seqq. usque ad num. 46.*

Quid in uxore clerici in sacris Ordinibus constituti, num. 37.

Quid in uxore clerici minorum Ordinum. nu. 39.

Et quid in causis civilibus. ibidem, & n. 40.

Et quid in criminalibus. n. 41.

34 *Vxores coruscant radius maritorum, & ex eorum persona forum sortiuntur. & n. 42.*

35 *Coniugium non repugnat substantiæ Ordinis sacri, & prohibitio inducta ex constitutione Ecclesiæ.*

36 *Fori privilegium concessum est Clerico propter charactérem, qui extra personam non egreditur. & num. 41.*

37 *Vxores Sacerdotum in Ecclesia Orientali gaudent privilegio fori etiam in civilibus.*

38 *Vxorem potest clericus alere ex fructibus beneficij.*

43 *Vxores clericorum maioribus privilegijs potiuntur, quàm uxores laicorum.*

44 *Privilegium competens uxori ex persona viri expirat eo mortuo.*

45 *Canonis privilegium non extenditur ad uxores clericorum, nec ad alias personas non Ecclesiasticas fori privilegio gaudentes. & num. 58. & 61.*

46 *Rustici, & Coloni Ecclesiæ an, & quibus casibus sint exempti à jurisdictione sæculari.*

47 *Emphyteuta laicus si contendant de dominio utili, quod habent ab Ecclesia, causa coram judice Ecclesiastico agi debet.*

Consuetudo dat jurisdictionem. ibidem & n. 64.

48 *Oblati alicuius Religionis an sint de foro Ecclesiæ.*

49 *Religiosi omnes approbatam regulam profitentes, & eorum conversi, & Novitij fori privilegio gaudent. & n. 54.*

50 *Eremitæ an sint personæ Ecclesiasticæ, & exemptæ à sæculari potestate. & num. seqq. usque ad n. 65.*

51 *Eremitæ quamvis non abrenuncient proprio, tamen annexum habent votum continentiæ, nec debent esse acephali. & n. 53. & 59.*

52 *Non sunt tamen verè Religiosi, nisi dent se alicui ex religionibus approbatis. & n. seq.*

53 *Eremitæ sunt sicut locustæ sine Rege.*

Declaratur. n. 63.

54 *Eremitarum quatuor sunt species.*

55 *Eremitæ viventes in Congregatione, & habentes modum vivendi ab Episcopo approbatum non prohibentur testari.*

56 *Begutæ, & Canonicæ sæculares sunt sub jurisdictione Ecclesiæ, licet earum status non sit approbatus. & n. 59.*

57 *Eremitæ ex vitam ducentes de Superiorum licentia in habitaculis eremi non includuntur in prohibitione de novis domibus non recipiendis.*

59 *Mulieres canonice intrantes monasteria in quibus Religio non est approbata, gaudent privilegio Canonis ex sententia Rotæ.*

60 *Concilium Constantinopolitanum de Eremitis comatis ad solitudines rejiciendis expenditur.*

61 *Eremitæ, & alii existentes in statu Pœnitentium, & habitantes in Oratorio authoritate Prælati, dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & eorum caput est Christus.*

62 *Eremitæ an gaudeant privilegio Canonis.*

65 *Tertiarii, seu fratres de Pœnitentia, & milites gaudentes an sint personæ Ecclesiasticæ, & fori privilegio gaudeant. & num. seqq. usque ad num. 72.*

66 *Tertiarii ex Concilio Lateranensi non potiuntur privilegio Ordinis, & exemptione ab Ordinario nisi collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent. Nisi aliter se habeat consuetudo. num. 70.*

67 *Tertiariæ domi suæ, vel consanguineorum habitantes nulla exemptione fruuntur, nisi emiserint expressum votum castitatis, vel cœlibatus. & num. 69.*

Sed etsi id votum emiserint, tamen servari debet consuetudo, qua Ordinarius jus administrandi Sacramenta, vel aliam in eas jurisdictionem acquisivit. n. 69.

68 *Bulla Pij V. qua Tertiariæ ad clausuram adstringuntur, non comprehendit eas, quæ in suis, vel consanguineorum domibus habitant.*

71 *Servientes militiæ, Monasteriis, Hospitalibus, vel Collegiis an, & quando fori privilegio gaudeant.*

72 *Hospitalarii, Leprosarii, & huiusmodi an sint de foro Ecclesiæ, & n. seq.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

73 *Temporum Ordo distinctus à Clemente V. 2. in Concilio Viennensi.*

74 *Pœnitentes disciplinati, & consimiles an sint exempti à jurisdictione seculari.*

75 *Iesuitarum status fuit approbatus à Martino V. & hodie profitentur regulam S. Augustini, & gaudent privilegiis mendicantium.*

1 NULLUS. Judex sæcularis si clericum per se distringit, aut condemnat, excommunicari debet. Hoc dicit: & duo facit. Primò prohibet. Secundò adjicit pœnam: ibi, *Quod si.*

Nota primò ex textu regulam universalem negativam, videlicet, Nullum judicem sæcularem posse Clericum personaliter distringere, aut condemnare, unde complectitur hæc regula Judices, & Magistratus omnes, ac Principes etiam supremos, cap. *Si Imperator, 96. distinct.* & arg. eorum, quæ notat Archid. in cap. *Nemo, in princ. de elect. lib. 6.* & hodie est expressum in Bulla Cœnæ, ut patebit *infrà, num. 14.* Clerici enim
2 res spirituales sunt, ex quo ex toto corpus, & animam deputaverunt, & dederunt se in servitium, & sortem Christi, cap. *Cui portio, 12. quæst. 2* & hac ratione exempti sunt à jurisdictione Imperatoris; & sic cujuscunque judicis sæcularis, ut notat Innoc. in cap. *2. de maior. & obed.* & in cap. *Significantibus, de offic. delegat.* cujus dictum sequitur Abb. *hic num. 6.* & Marianus Socin. in cap. *Proximo, num. 3. supra eodem,* plenè Alex. *cons. 8. incip. videtur super primo dubio, lib. 1.* plenè Dominicus de Rota *decis. 10. de consuet. in antiq.* Fallit primò hæc regula in causa feudali, cap. *Cæterum, supra de judic.* cap. *Verum,* & cap. *Ex transmissa, infrà eodem,* Secundò in causa civili recouventionis, cap. *Cum in agendo, 3. quæst. 8.* & notatur
3 in cap. *1. & 2. infrà, de mut. petit.* Tertiò in clerico incorrigibili, ut in cap. *Cum non ab homine, supra de judic.* Quartò cum invocat Episcopus brachii sæcularis auxilium, ut hic: & hos quatuor casus hic ponunt Hostiens. *num. 2.* Joann. Andr. *num. 7.* & plerique alii: complures alios casus recenset idem Hostiens. *in Summ. de sent. excommun. §. Quis possit excommunicare, sub §. Superillo autem cavone.* Alios ponit glos. in cap. *fin. in ver. De jure, de except. lib. 6.* Et casus octodecim, in quibus judex sæcularis potest manus in personas Clericorum injicere sine metu excommunicationis, enumerat Bernardus Laurentius in *tractatu hæc de re edito inter tractat. comm. tom. 14. pag. 406.* Et casus unum, & viginti, in quibus judex laicus potest procedere contra personas ecclesiasticas in causis criminalibus, & triginta tres in causis civilibus latè prosequitur Stephanus Aufrer. *in suo tract. de potest. secular. super person. Eccles. in 1. & 2. reg. eodem tom. 14. pag. 391. & seqq.* Triginta duas limitationes ad eamdem regulam ponit Marianus Socin. in cap. *proxim. à num. 25. usque in fin. supra eod.* Et sexaginta septem cumulant Moderni in *tract. de effect. clericat. effectu primo à num. 668. usque ad num. 1257.* Inter quas omnium frequentissima est quæ habetur ex jure novissimo Concilii Tridentini *cap. 6. sess. 23.* & plenè scripsi supra in cap. *proxim. à num. 19. usque ad finem num. 72.*

4 Secundò nota ibi, *Clericum ullum,* etiam clericum primâ tonsurâ initiatum gaudere fori privilegio, prout ex hac littera colligunt Hostiens. Joann. Andr. ambo *in princ.* & Butr. *num. 5. vers. Per litteram,* Dec. in cap. *Ecclesia S. Mariæ, num. 21. & 22. de Constit.* Franc. March. *decis. 175. num. 1. lib. 1.* Covarr. *Pract. quæst. cap. 32. num. 1.* ubi refertur hanc opinionem esse communem, & latè comprobat Alex. *d. cons. 8. num. 1. lib. 1.* ubi pluribus respondit, clericos etiam primæ tonsuræ ante omnem humanam Constitutionem esse exemptos à jurisdictione Imperatoris: concordat text. in cap. *2. 11. quæst. 1.* ubi dicitur: Clericum cujuslibet Ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad sæcularem judicem attrahere, & in cap. *Cum non ab homine, supra de judic.* ibi, in quocunque Ordine constitutus, juncto cap. *Cum contingat, de etat. & qualit.* Hodie hoc est expressum in præallegat. Decr. Concil. Trident. *cap. 6. sess. 23.* Unde Episcopus post collatam tonsuram dicit clerico ordinato (Hodie de foro Ecclesiæ factus es, & privilegia clericalia sortitus es) ut in Pontificali Romano in *tit. de Clericis faciend.* & scripsi plenius in prædicta Decret. *Cum contingat, n. 128.*

5 Tertiò nota ibi, *minores Ecclesiæ,* præter Clericos extare alias personas illis minores, quæ fori privilegio gaudent. Petr. de Anchar. in *1. notab.* exemplificat hanc litteram in clericis primæ tonsuræ, sed non benè; quia tales jam erant comprehensi in verbis universalibus immediatè præcedentibus ibi, *Clericum ullum;* nam clericorum appellatione certum est venire etiam clericos primâ tonsurâ initiatos, ut cap. *Cleros, 21. dist.* & cap. *Duo sunt, 12. quæst. 1.* & notat glos. in Clem. *2. in ver. Clericis, de vita, & honest. cleric.* Unde qui veniant appellatione minorum de quibus loquitur hæc littera, latissimè dicam infrà in *1. quæst. à n. 16.*

6 Quartò nota ibi, *sine permissu Pontificis:* juncta glos. 3. aliquando vacare argumentum à contrario sensu: nam ex eo quod sine permissu Episcopi judex laicus non possit clericum coercere, & judicare, ut hic dicitur; non licet arguere;
8 Ergo id potest Episcopo permittente. Certum est namque judicem sæcularem non posse clericum judicare etiam ex delegatione Episcopi, ut cap. *Significasti,* cum ibi not. infrà & hic notant glos. præalleg. Hostiens. *num. 1. in ver. Pontificis,* & Joan. Andr. *num. 3. in eodem ver. Nisi in certis casibus,* ut notatur in cap. *Vt famæ, §. Laici, de sent. excommun.* & in cap. *Cum non ab homine, de judic.* Unde Innoc. & Host. ambo *in ver. Sine permissu Episcopi,* supplent adverbium *maximè:* & quamvis argumentum à contrario sensu sit fortissimum in jure, ut *l. 1. §. Huius rei, ff. de offic.* ejus, cui mandata est jurisdictio: tamen non procedit in hoc speciali casu; quia hujus argumenti contrarium reperitur in jure statutum, nempe in dict. cap. *Significasti;* & est simile in cap. *Quoniam constiterit, 1. quæst. 1.* cum suis concordantiis: & quod notatur in cap. *Si quis à suis episcopis, in ult.* glos. *eadem causa & quæstione,* & declarat Joann. Andr. in cap. *Publicato, num. 18. supra de elect.* Qui tamen primus intellectus locum habet si exponamus litteram ibi, *nullus judicum,* id
9 est sæcularium, prout exponit glos. 1. & Abb. Antiq. *in princ.* Verum si exponamus eadem verba, *nullus Iudicum,* id est sæcularium, vel etiam ecclesiasticorum extraneorum, juxta secundam expositionem Innocentij, & Hostiensis; argumentum à contrario sensu non vacat respectu ecclesiasticorum; quia in illos potest prorogari jurisdictio de Episcopi consensu, ut patet in prædicta Decretali, *significasti.* Sed Episcopo non consentiente judex ecclesiasticus Clericos alienos judicare non potest, cap. *Scriptum, 6. quæst. 3.* cap. *3. infrà de Parochi. & 9. quæst. 3. per totam:* & juxta hunc secundum intellectum etiam judex ecclesiasticus distringens, aut condemnans Clericos jurisdictionis alterius, est excommunicatus, vel ipso facto si personaliter distringit, vel debet excommunicari si simpliciter condemnat. Quod est singulare, & notatu dignum secundùm Marianum Socin. *num. 6. vers. Ex quo*
9 *singulariter nota:* & Felin. *in princ.* Vel tertiò ut salvetur argumentum à contrario sensu, & verba illa, *sine permissu Pontificis,* non sint supervacua, exponi potest verbum, *Pontificis,* id est Papæ, qui solus potest concedere, ut judex laicus Clericum distringat, vel condemnet, cap. *Mennam 2. q. 5.* cap. *Cum de vestismam, 12. q. 2.* etiam generaliter, ut notatur in cap. *Contingit, supra de etate.* & hic tenet Hostiens. *num. 1. in ver. Pontificis.* Joann. Andr. *num. 3. in eodem ver.* & Butr. *num. 7.* Quod tamen intelligo ut declarat Cardinalis in cap. *Perpendimus, in 7. oppos. de sent. excommun.* ubi probat Summum Pontificem non posse tollere Clericorum exemptionem à sæculari potestate quoad omnes Clericos, & quoad omnes causas in universum, licet possit quoad aliquos Clericos, & quoad aliquas causas: & hinc puto fuisse mentem Hostiens. & Joann. Andr. dum dixerunt Papam id posse generaliter, id est, concedendo ex causa uni Principi laico potestatem judicandi de Clericis certi loci, vel territorii. Quam declarationem Cardinalis sequuntur, &, ut supra, interpretantur Felin in cap. *2. col. 1. de maior. & obed.* Stephan. Aufrer. *in Clem. 1. de offic. Ordin. seu in tract. de potestate seculari super person. Ecclesiast. in 1. reg. num. 1. in 1. fol.* & Covarr. *pract. quæstion. cap. 31 num. 4.* latè moderni *de effect. Clericat. effect. 1. num. 19. & seqq.* Vel quartò salvando idem argumentum intelligo illa verba, *sine permissu Pontificis,* respectu minorum, seu juniorum ecclesiæ, qui Clerici non sunt: hi enim possunt judicem sæcularem adire de Episcopi consensu, secundùm Joann. Andr. *num. 4. in ver. Condemnare,* & Butr. *num. 7.* Quod ego intelligo si verbum, *minores* accipiatur pro servientibus Ecclesiæ; secus
1 si pro Monachis, quia tales etiam de consensu Superiorum privilegiis Ordinis renunciare non possunt, aut alterius judicis jurisdictionem prorogare, ut scripsi latissimè in cap. *Quod super hac, de maior. & obed.* Vel denique intelligo verbum, *condemnare,* in causa merè civili, quam judex laicus non prohibetur cognoscere, ac diffinire ex delegatione Episcopi, secundùm ea, quæ notantur in cap. *licet quidem, 96. distin.* & in cap. *Decernimus, supra titul. prox.* & hic tradunt Joann. Andr. *num. 6.* In glos. hic vacat. & Butr. *num. 7. in fin.*

11 Quintò nota ibi, *Iniuriam.* Judices sæculares, qui Clericos coercent, aut judicant, Ecclesiæ Dei injuriam irrogare: Injuria enim Clericorum ad Christum pertinet, cujus legatione fungunturcap. *Accusatio. ti primo. in fin. 2. quæst. 6.* Joann. Andr. *hic num. 5.* Imola *in primo notab.* Abb. Marianus Socin. & Alex. de Nævo omnes *in 2. notab.*

12 Sextò nota ibi, *sequestratus sit,* excommunicatum posse iterum excommunicari, secundùm Abb. *num. 3.* nam judex laicus Clericum distringens est ipso jure excommunicatus, cap. *Si quis suadente, 17. quæst. 4.* & tamen hic jubetur excommunicari: hoc enim important illa verba, *à communione Ecclesiæ sequestratus sit,* quæ non sunt latæ sententiæ, sed ferendæ, secundùm glos. fin. & est communis intellectus Joan. Andr. &
13 DD. in summa hujus textus. Sed certè ut advertit Marianus Socin. dictum Abbatis non probatur hic; quia verba illa, *sequestratus sit,* licet respectu judicis personaliter distringentis importent excommunicationem ipso jure; tamen secus est respectu condemnantis, qui non est ipso jure excommunicatus, sed excommunicandus, nisi in casu cap. *Quoniam, de immunitat. Eccles. lib. 6.* Nec est novum in jure, aut inconveniens ut unum, & idem verbum ad diversa relatum ratione diversæ subjectæ materiæ diversimodè capiatur, ut est glos. notab. in cap. *Capitulum sacræ Crucis, in ver. Relaxetur, supra de reform.* & glos. *fin.* in cap. *si Papa, de privil. lib. 6.* dixi in cap. *Recurentes, infrà de stat. Monachorum,* dictum tamen Abb. est in se verum, ut patet in cap. *Engeltruda, 3. quæst. 4.* ubi hoc tenet plena glos. in *ver. Anathematis,* & similis glos. in cap. *Ita quorundam, in ver. Crebra, & solemnis, infrà de iudic.* Quid autem operetur secunda excommunicatio, & quos habeat effectus, declarant glossæ
14 præallegatæ. Verùm hodie sublata est hæc differentia inter distringentes personaliter & condemnantes per sententiam: utroque enim casu judices sæculares procedentes contra personas ecclesiasticas excommunicantur in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, ut patet in Bulla Gregorii XIII. *Consueverunt, in Bullar. tom. 2. pag. 464.* & in Bulla Pauli V. *Pastoralis, tom. 4. pag. 251.* Idque tam in causis civilibus, quam criminalibus: nam in civilibus §. XV. fertur excommunicatio in hæc verba (Quive ex eorum prætexto officii, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcunque coram se ad suum tribunal, audientiam, cancellariam, consilium, vel Parlamentum præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè quovis quæsito colore) Hoc caput paucis immutatis habetur etiam in Bulla Pauli III. *Consueverunt, §. 11. in Bullar. tom. 1. pag. 630.* sed non legitur in Bullis præcedentibus Urbani V. & Julii II. quæ habentur *eodem tomo, pag. 219. & 441.* In criminalibus verò fertur excommunicatio his verbis (Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo sine speciali, specifica, & expressa hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique ejus-

modi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamsi talia committentes fuerint. Consiliarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati, ut in prædictis Bullis Gregorii XIII, & Pauli V. §. 19.

15 Ultimò nota ibi, *emendet*, excommunicatum non esse absolvendum nisi prius de injuria satisfaciat, ut hic, & in cap. *Ex parte, il primo*, & in cap. *Cum nimis, de verb. significat.* de quo dic late ut per Marian. Socin. in cap. *Venerabilis, in 25. articulo principali, de sent. excomm.*

16 QUÆRO, cum textus dicat exemptos esse à judicibus sæcularibus non tantum Presbyteros, Diaconos, & Clericos; sed etiam minores Ecclesiæ; qui sint isti, qui Clerici non sint, & tamen de jurisdictione Ecclesiæ existunt, & fori privilegio gaudent. Præmitto hunc textum legi multipliciter; nam littera in præsenti habet *minores Ecclesiæ*, alia littera habet *seniores Ecclesiæ*, ut apud Burchar. seu *Ecclesiæ juniores*, ut in cap. 21. *quæst.* 1. quod olim habebatur pro palea. Unus ex veteribus Gratiani libris habet *Minores Ecclesiæ cultores*, & alter *juniores Ecclesiæ cultores*, ut refert Anton. Augustinus in *notis ad primam collect. Decretal. lib. 2. tit. 2. cap. 4.*

Quibus præmissis investigandum est qui veniant appellatione istorum, qui non possunt distringi a judice sæculari.

17 Et primò glossa hic in ver. Minores exemplificat textum in scholaribus, seu servientibus Ecclesiæ ad ejus obsequium deputatis, qui eodem privilegio gaudere debent, arg. c. *Ecclesiarum servos*, 12. *quæst.* 2. cap. *fin.* §. *Petitis*, ubi de hoc, *supra de Offic. Archid.* & cap. *Cum contingat, infra eodem.* Et in quantum glossa dixit de scholaribus forte habuit respectum ad nonnullas Ecclesias, maximè in Alemania, ubi sunt scholares servientes Ecclesiæ, & addiscentes ut clerici, prout hic observant Cardinalis *num.* 2. Abb. *n.* 5. Marian. & Socin. & Alexand. de Nævo utertque *num.* 6. & idem Socin. *supra* in cap. *proximo, nu.* 8. Facit cap. 1. *infra de celeb. Missar.* Itaque Ecclesiarum servi sunt de foro Ecclesiæ, & gaudent privilegio exemptionis a potestate sæculari, secundùm intellectum glossæ, quem hic sequuntur Host. *num.* 1. Butr. *num.* 6. Cardinal. & Anchar. ambo *num.* 2. Abb. *num.* 5. & alii communiter, Speculat. *in tit. de compet. jurisdict.* §. 1. *vers. nisi primus*; Marian. Socin. *loco proximè citato.* Idem sentit Vincent. dum exemplificat textum in janitoribus Ecclesiæ, & videtur intelligere de illis minoribus, qui Ecclesiæ obsequio sunt sub custodia Seniorum, ut adveniente ætate promoveantur ad Ordines, dum allegat cap. *Omnis ætas*, 12. *quæst.* 1. & Vincentium sequuntur hic Joan. Andr. *num.* 2. Butr. *num.* 6. & Abb. *n.* 5.

18 Verùm hanc conclusionem notabiliter declarat Archid. in cap. 2. 11. *quæst.* 1. & post eum Feder. de Sen. *cons.* 111. incipien. *Quæstio talis est, num.* 10. ut procedat in his, qui servitio Ecclesiæ perpetuò sunt adstricti, seu in familia perpetua Ecclesiarum, ita intelligentes jura in dict. cap. *Ecclesiarum servos*, in cap. *Indicatum, 86. dist.* & in l. 2. *C. de Episcop. & Cleric.* non autem in servis conductitiis; quia licèt incedant in habitu clericali, & interveniant Ecclesiæ in celebratione Missarum, & aliis Divinis Officiis; tamen cùm non sunt clerici, non gaudent privilegio fori. Et hæc videtur fuisse mens glossæ secundæ hic dum dicit, Deputatos Ecclesiæ, & facit text. in Clem. 2. *de decim.* in cap. *Per exceptionem, in ver. Perpetuò oblati, de privil. lib. 6.* Et hanc declarationem probant hic Collect. *num.* 5. Cardinal. *num.* 2. *vers. Dic idem de non conversis*, Abb. *num.* 5. Marian. Socin. in cap. *proximo, num.* 8. *supra eodem*, & Stephan. Aufrer. *in tract. de potest. secular.*

19 *super person. Eccles. in* 2. *reg. num.* 36. Hodie in istis servientibus, qui in Regno Neapolitano appellantur Diaconi selvatici, servari debet Decretum tenoris infrascripti videlicet: Sacra Cardinalium Congregacio negotiis Regni Neapolitani Præpositorum certior reddita in nonnullis ejusdem Regni Diœcesibus Diaconos, quos vocant Selvaticos in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem, aut utilitatem excrevisse; volens eorundem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibusvunque occurrere de SS. D. N. Gregorii XV. mandato vivæ vocis oraculo desuper habito, Diaconos Selvaticos hujusmodi, pro Ecclesiarum, & Episcoporum servitio retineri, vel in locum quomodo deficientium assumi posse in Cathedralibus, seu superioribus Ecclesiis ad summum quatuor; & Collegiatis, vel Parochialibus duos; in aliis verò Ecclesiis, in quibus Divina celebrantur, si Episcopo videbitur, unum: quos quidem Episcopi prorsus gratis, & tales, qui omninò per seipsos, non autem per interpositam personam servitium debitum præstent; necullo modo criminosos, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant; alias & hi nullo gaudeant privilegio, & eligentes judicium Sedis Apostolicæ severum experientur: eos verò privilegio Canonis non gaudere; fori autem privilegio in criminalibus omninò, in civilibus quoad corporis districtionem tantùm, & immunitate ab oneribus personalibus, non autem durante servitio frui debere? Sed si alicubi majoribus utantur privilegiis, & immunitatibus ex legitima consuetudine, cujus cognitionem, & declarationem in casu controversiæ eadem S. Congregatio sibi reservat, illam debere attendi; cognitionem verò aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere, hoc præsenti Decreto statuit, præcepit, & declaravit. Romæ 10. Calend. *Julij* 1623.

20 Secundò gaudent fori privilegio servi, seu famuli Clericorum, in quibus ponit exemplum Hostient. *hic num.* 1. & tenet glos. 1. in cap. *Clericum, vers. Idem dico de servientibus, & mancipiis Clericorum*, 11. *quæst.* 1. Item glos. 1. in cap. *Eos, vers. Ad hoc potest dici quod cum sit de familia Sacerdotis, est de foro Ecclesiæ*, 32. *dist.* & glos. in cap. *Generaliter*, §. *Inxta, in ver. Mancipia*, 16. *quæst.* 1. Gemin. in cap. *unico, de Cler. coniug. lib. 6.* & in dict. cap. *Eos*. Abbas *consil.* 53. incipien. *Quidam*, Andr. *num.* 3. *lib.* 1. sed ibi tantùm recitat opiniones, & nihil firmat. Sed pro hac parte in facti contingentia consuluit Calcan. *cons.* 71. *ubi post num.* 3. dicit hanc esse conclusionem secundùm omnes, ut famuli clericorum laici gaudeant ipsorum privilegio, quoad fori declinationem. Hanc etiam esse communem opinionem Legistarum testatur hic Alex. de Nævo *n.* 9. Pro qua inducuntur primò textos

in l. 1. & 2. *C. de episcop. & Cleric.* ubi famuli clericorum in cellis miscellaneis non possunt. Ergo fiscales sunt exempta, fortius personæ, quibus res accedunt. cap. *Præcipimus*, 12. *quæst.* 2. Cardinal. in Clem. 1. *num.* 9. *vers. Item ad hoc, de præben.* Sed illa jura intelliguntur de mancipiis, ut in d. l. 1. & sic de perpetuis secundùm Felin. *hic num.* 1. Secundò inducitur cap. *final.* §. *Petitis, de Offic. Archid.* ubi non dicitur esse speciale in Episcopo ut ejus familia sit de foro Ecclesiæ; nec ulla ratio specialitatis apparet. At responderur textus loqui in Episcopo, & cum materia sit stricta, ad alios extendi non debet: multa enim concedunturEpiscopo propter dignitatis prærogativam, quæ non aliis, cap. *fin. de re judic. lib.* 6. & cap. *Quia periculosum, de sent. excomm. eod. lib.* cum simil. Tertiò glossæ præallegatæ induncunt cap. *Indicatum, 86. dist.* & cap. *Ecclesiarum servos*, 12. *quæst.* 2. Sed illa jura intelliguntur de servis Ecclesiarum perpetuis, non autem de temporalibus, & mercede conductis, secundùm Archid. & Feder. de Sen. ut dixi supra *num.* 18. Vel aliter responde, ut notat glos. in d. cap. *Indicatum, in ver. Inter eos*, Quatro Clericorum Concubinæ illorum forum sortiuntur. glos. 1. in cap. *Eos*, 32. *distin.* Ergo multò magis famuli, qui cum Clerico non delinquunt. Sed nego assumptum, ut dicam infra *num.* 29. Tantùm enim subsunt Episcopo, ut ab ipso puniantur, ut dicit textus ibi, sed non privativè ad judices sæculares. Quintò bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio fori, cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ, supra de Constitut.* Ergo fortius famulantes: Sed similiter negari potest assumptum, ut per Butr. in cap. *Si diligenti, num.* 18. *de præscript.* & Felin. *hic num.* 1. *vers. Tertio nota Clericorum.* Contrariam opinionem in servis Clericorum mercede conductis probant Archid. & Feder. de Sen. *loc. supra citatis num.* 18. & idem Archid. in d. cap. *Ecclesiarum servos, num.* 1. 12. *quæst.* 2. Et eam amplectitur hic Abb. *num.* 6. Alex. de Nævo *num.* 11. & Felin. *d. num.* 1. dicens opinionem Abb. esse turiorem. Idem dicit Stephan. Aufr. *supra citatus, numer.* 18. qui etiam testatur eadem de facto servari, & secundùm eam fuisse pluries judicatum in Senatu Tarinensi testatur Thesaur. *decis.* 22. *vers. Verum in Urbe*, & communem dicunt Capic. *decis.* 11. *num.* 2. *in fin.* & Julius Clarus *in praxi criminali lib.* 5. §. *fin. quæst.* 35. *vers. Quæro nunquid familiares.* Pro hac parte inducitur cap. *penult. vers. Nunc autem, de privileg. lib.* 6. ubi privilegium datum Conventui non prodest familiaribus. Item inducitur cap. *Per exemptionem, eod. tit. lib.* ubi Oblati, quamvis eorum vita habeat aliquid spiritualitatis; tamen non sunt exempti a potestate sæculari, nisi habeant qualitatem perpetuitatis. Ergo multò minus exempti erunt famuli temporales, & pretio conducti ni-

21 hil spiritualitatis habentes: facit quod notat Innoc. in cap. *Cum alias, in princ. de arbitr.* ubi intelligit illum textum in familia perpetua, & religiosa; licet aliàs nomine familiæ non solum servi proprii, sed etiam alieni, nec non liberti, qui in servitio, & ministerio sunt; sicut etiam mercenarii, & similes continentur, ut l. 1. §. *Familiæ, ff. de publican. & vectigal.* l. 1. §. *Familiæ,*

22 *ff. de vi, & vi armat.* secundùm Innocent. *ibi*, & Hostient. *num.* 1. Item facit quod notat Bald. in l. 1. *num.* 5. *C. de Episcop. & Cler.* ubi quos familiaris perpetuus habet privilegium perpetuum sicut Dominus, temporalis autem non nisi durante familiaritate. In hac varietate Alosetius de Rosat. l. 1. *C. de Episc. & Cler.* conciliando opiniones dicit primam procedere in his, qui Clerici servunt mercede dictum pro aliquo parvo tempore, & hos affirmat non gaudere fori privilegio: Secundum verò in his, qui servunt ad annum, vel ad longius tempus, & hoc placet Marian. Socin. *supra* in cap. *prox. num.* 21. qui ita intelligit dictum Baldi de familiari temporali, ut scilicet ita demum durante familiaritate gaudet privilegio Domini, si sit conductus ad annum, vel ad longius tempus; non autem si dictum serviat. Sequitur Decianus in *tractat. criminal. parte* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 47. Sed certè hæc distinctio est potius imaginaria, quàm vera: nullibi enim reperitur jure cautum, ut familia debeat saltem esse annalis ad hoc ut gaudeat privilegio Domini. Quin potius jura videntur requirere qualitatem perpetuitatis, ut in d. cap. *Per exemptionem.* Et Concilium Tridentinum voluit familiares esse triennales in casu speciali *cap* 9. *sess.* 23. Unde non discessitim ab opinione Archidiaconi, quæ communior, & verior videtur, & ubique servatur in praxi. Sic est ratio diversitatis inter mancipia, seu servos proprios ipsius Clerici, & famulos conductitios, secundùm Alex. de Nævo *hic num.* 11. *vers. Et si dicas*; quia quando est servus proprius, & perpetuus ipsius Clerici, quicquid acquirit, ipsi Clerico acquirit, sicut servus ipsius Clerici. Unde potius dicitur convenirì ipse Clericus, ad quem commodum, vel incommodum pertinet, l. 1. §. *in propria, ff. Quando appellan. sit*, & cap. *Bidnum, vers. in propria*, 2. *quæst.* 6. secus in servo conductitio; quia non est ipsius Clerici, nec illi acquirit. Quod tamen limitabis, nisi aliàs Dominus non posset commodari sub privilegio, nisi includeretur famulus; quia tunc etiam mercede conductus includeretur, cap. *penult.* §. *Cum concedatur, de privil. lib.* 6. Ita Felin. *hic num.* 2. *vers. Tertiò ipsam constitutionem*, Joan. Anton. de Nigr. *in Extravag. un. num.* 9. *vers. Adverte, de vit. & honest. Cleric.* Menoch. aliòs adducens *de Arbitr. Judic. centur.* 6. *casu* 562. *num.* 21.

23 Tertiò gaudet fori privilegio familia Episcopi, ut est textus in cap. *fin.* §. *Petitis, supra de Offic. Archid.* ubi hoc tenent omnes, & de communi opinione testatur Abbas *hic num.* 6. Joann. de Monte Speretello *inter cons. Calean. cons.* 72. quod est subscriptio præcedentis consilii, Capic. *decis.* 12. *num.* 1. Thesaur. *decis. Pedemont.* 22. *num.* 6. Bossi. *in tract. de foro compet. post num.* 127. & Clar. *in d.* §. *fin. quæst.* 15. *vers. Ab hac tamen conclusione*. Quam etiam servat Curia, ut scripsi in cap. *Ecclesia sanctæ Mariæ, à num.* 43. *supra de Constitutionibus*, & in familia Episcopi intelligi possunt glossæ præallegat. in casu præcedenti, *num.* 20. secundùm Felin. *hic num.* 1. *in fin.* Et quamvis

24 Alex. de Nævo *hic num.* 9. dicat communem opinionem veram non videri in puncto juris, quia text. in d. cap. *final.* loquitur de consuetudine, quæ ibi allegabatur præscripta: tamen judicio meo fallitur in intellectu illius Decretalis: nam ille Archidiaconus Senonen. quamvis

allegaret consuetudinem esse, ut omnes de ditione Senonen. conveniantur prius coram se, quam coram Officiali Archiepiscopi; tamen ab hac regula excipiebat causas Archiepiscopi, & familiæ suæ; atque ita textus fundat se super consuetudine respectu jurisdictionis dumtaxat, quam Archidiaconus præcipiebat: sed non fundat se super consuetudine in exceptione familiarium Archiepiscopi, qui conveniendantur coram illius Officiali; quia potius admittit eos remanere sub jurisdictione Archiepiscopi ex juris communis dispositione, cum contra eos nihil præscripsisset Archidiaconus, ut cap. *Cùm olim, de præscript.* unde à communi opinione non est recedendum. De familiaribus Papæ, & Cardinalium dicit scriptis in cap. *Ex parte, il secondo, à n. 2. usque in fin. infra de privil.*

25 Quartò forum Clericorum fortiuntur clericorum concubinæ ut monuit text. in cap. *Eos, 32. dist.* ubi indulgetur licentia Principibus secularibus ut nili clerici se contrexerint, illorum concubinas in mancipent servitutí, ubi gloss. 1. tenet uxorem non legitimam, seu concubinam Sacerdotis esse de foro Ecclesiastico quia est de illius familiaritum quia delinquit in persona Ecclesiæ, & ratione delicti eiusdem quia de foro alterius, cap. *Placuit, 6. quæst. 3.* Idem tenent ibi Archid. & Gemin. præsertim in consuetudine clerici in sacris constituti, prout loquitur ille textus: & sequuntur Abb. in cap. 2. *de cohabitatione Clericorum, & Mulier.* & in cap. *Cùm sit generale, infra eod.* Roman. *in singular. 665. num. 2. in ver. Concubina,* Joan. de Plac. in l. 1. *C. de Mulier, & in quo*

26 *loco, lib. 10.* Alii verò dicunt concubinam Clerici committere sacrilegium cap. *Quæ Christo,* & cap. *Virginibus, 27. quæst. 1.* & notat Hostiens. *in Summ. de cohabit. Cler. & mulier. §. Quam pœnam.* Henr. Boich. & Abb. in cap. 2. *eod. tit.*

27 & idem Abb in cap. *Vel clericorum, de vit. & honest. clerior.* Crimen autem sacrilegii est mixti fori: unde contra concubinas Clericorum potest procedere tam Judex Ecclesiasticus, ut cap. *Quæquæ, 17. quæst. 4.* & cap. *Cùm sit generale, infra eodem,* quam judex sæcularis; & ita in crimine sacrilegii concludunt omnes, ut testatur Mantica

28 *cons. 256. num. 8.* Unde Petr. de Anchar. in cap. *Ea quæ, in vigesimæ quartæ quæst. de reg. jur. lib. 6.* & *in cons. sua 197. vers. Super secundo dubio,* firmat Principem sæcularem posse facere statuta pœnalia contra prædictas concubinas Clericorum manifestas, & notorias: nec tunc secundùm eum honestas Ecclesiæ maculatur, sed potius defensatur, & sacri Canones melius custodiuntur; licet contra occultas putet non posse judicem laicum ex officio procedere, ne detegat crimen clericorũ. Ad hoc quod ait Constantin. in cap. *In scripturis 96. dist.* & opinionem Ancharani sequuntur Joan. de Anan. *in rubr. de adulter. col. ult.* Felin. in d. c. *Cùm sit generale, num: 14. infra eod.* Eamque dicit fovere maximam æquitatem Stephan Aufr. *in tractat. de potest. secular. super person. eccles. in 2. reg. num: 34. in fin. inter Tract. comm. tom. 14. pag. 396.* Itaque contra concubinas Clericorum, cùm crimen hoc sit commune inter judicem ecclesiasticum, & sæcularem, erit locus præventioni, prout concludit Marian. Socin. in c. *proxim. n. 21. vers. Et prædicta, supra eod.* & in d. c. *Cùm sit generale.* Felin. & Autr. *loc. citatis.*

29 Concludo veritatem. Aut quæritur quis judex possit procedere contra concubinam pro crimine commisso cum persona ipsius Clerici, & potest procedere solus judex ecclesiasticus: & in hoc casu intelligo textum in d. c. *Eos, 32. dist.* Tribuit enim facultatem Principibus laicis coercendi concubinas pro ipso delicto concubinatus cum Clericis perpetrato ubi Clerici sunt incorrigibiles: & hoc intendit gloss. 1. dum dicit, Non legitimam propterea clerici forum fortiri, quia delinquit in persona Ecclesiæ. Et ita procedat prima opinio Archid. & sequacium. Ratio

30 est, quia cum causa concubinatus sit individua inter concubinam, & Clericum, non potest contra ipsam institui processus, quin tangatur persona ipsius Clerici, quæ exempta est à sæculari potestate. Unde ratione individuitatis causæ concubina forum Clerici fortitur: quia si non privilegiatus in materia individua concurrat cum privilegiato, illius privilegio utitur, l. *Si commune res, ff. Quemadmodum servitus amittatur,* & c. *Per totum, de arbitr.* quam regulam constituit gloss. in cap. *unic. in ver. Ecclesiasticum, de jurepatr. lib. 6.* & pluribus confirmant Alex. in d. *cons. 122. num: 16. & seq. lib. 4.* & Jas. in l. *Si emancipati, à num: 5. C. de collat.* Unde cùm causa est communis inter clericum & laicum, propter adjunctionem clerici agi debet coram ecclesiastico, ut decidit Bart. in l. *Præcipimus, §. eodem observando, num: 2.* per illum textum, *C. de appellat.* & in l. *Solet, ad fin. ff. de aedil. legat.* & in d. l. *Si communem,* sequitur Petr. de Anchar. in cap. *Romana, num: 7. de appellat. lib. 6.* Alex. *ubi supra,* & Jas. in d. l. *Si emancipati, num: 13.* Quamobrem si judex sæcularis institueret processum contra mulierem in causa fornicationis cum Clerico perpetratæ individuando personam ipsius Clerici, eo ipso incideret in excommunicationem, quæ in Bulla Cœnæ fertur in judices, qui se interponunt in causis criminalibus contra personas ecclesiasticas eas processando, ut dictum est *supra numer. 14.*

31 Et ex his valde dubito de doctrina Ancharani in *d. cons. 197.* nam cùm concubinæ clericorum pro delictis cum eis commissis non fortiantur forum sæcularem, ut ostensum est supra, consequenter nec ligantur statutis illius fori; quia forum fortiri, & statutis ligari à pari procedunt cap. *fin. de const. lib. 6.* Archid. in cap. *Quæ contra num: 9. 8. dist.* Specul. *in tit. de const. §. 1.* Butr. *in Rubr. de consuetud. num: 7.* & Decius in cap. *Decernimus, num: 197. de judic.* Præterquam quod cederet in ignominiam, & infamiam Ordinis Clericalis, ut in Edictis, & Legibus publicis Principum sæcularium notaretur, licet obiter, & per indirectum, crimina clericorum, arg. c. *In scripturis, 96. dist.*

Aut quæritur quis sit judex competens contra concubinas Clericorum in delictis per eas commissis cum laicis, vel in causis civilibus ipsarum, & hoc casu si delicta non sint ecclesiastica, vel mixti fori secundùm ea, quæ notantur in c. *Cùm sit generale, infra eod.* solus judex laicus est competens: Non enim hoc casu concubinæ gaudent privilegio fori; quianon debent ex earum delicto commodum reportare, ut finaliter concludit Marian. Socin. supra in c. *proxim. n. 22.*

in

in fin. Unde nec relevat, quod sint de familia Clerici, ut dicit gloss. in d. c. *Eos,* quoniam hæc familiaritas prodesset non debet cum sit turpis, & à jure damnata, c. 1. *C. per tot. infra de cohabit. Cleric. & Mulier.* Illud est indubitatum, videlicet contra concubinas etiam laicorum non obstante præventione judicis secularis solum Episcopum posse procedere ad pœnam excommunicationis ex decreto Concilii Tridentini *cap. 8. sess. 24. de reform. matrim.* ut scripsi plenè in cap. *Perniciosam, à num: 18. supra de Offic. Ordinarii.*

33 Quintò fori privilegio gaudent uxores Clericorum, secundùm unam opinionem, quam tenet gloss. 1. in c. *Eos, 32. dist.* & gloss. 1. in cap. *Clericum 11. quæst. 1.* Joan. de Imol. & Gemin. in c. *un. de cleric. conjug. lib. 6.* Abb. *hic num: 6. vers. Quid de uxore clerici.* Marian. Socin. in cap. *proxim. num: 20. supra eod.* Angelus *in ver. Excommunicatio 7. §. 8.* & hanc esse communem opinionem fatetur hic Alex. de Nævo, *num: 21.* Pro qua allegatur primò textus in l. 2. *C. de episcop. & Cleric.* ubi uxor, & filius clerici gaudent illius privilegio. Licet ille textus non loquatur de

34 privilegio fori, sed immunitatis à collectis, & impositionibus laicalibus. Secundò allegantur jura, quæ dicunt uxorem fortiri forum ex persona viri, ut l. *fin. §. Item rescripserunt,* & ibi Bart. *ff. ad municipal.* l. *Cùm quadam puella, ff. de jurisdiction. omn. Judic.* l. *Exigere, ff. de Judic.* & l. *fin. C. de Incol. lib. 10.* Demum allegatur textus in l. *Fœmina, ff. de Senator.* ubi uxores coruscant radiis maritorum, & eorum dignitate, &

35 privilegio gaudent. Et procedit hæc opinio sive matrimonium fuerit contractum ante clericatum, prout loquitur textus in d. l. 2. & ibi notat gloss. in ver. *Conjugia,* sive contractum fuerit post clericatum, secundùm Abb. *hic num. 7. vers. Et licet loquatur:* nam conjugium non repugnat substantiæ Ordinis etiam sacri, sed prohibitio inducta est ex constitutione Ecclesiæ, ut notatur in c. *Cùm olim, infra de Cleric. conjugat.* in c. *Quæ ad perpetuam, 25. quæst. 1.* & per Innocent. in c. *Placet, de convers. conjug.* Non obstat quod uxor non habeat characterem Ordinis, quoniam plures alii gaudent fori privilegio, quibus tamen character non est impressus, ut patet in Monialibus, & Conversis, c. *Monialibus,* c. *Non dubium,* & c. *Parochianos, infra de sentent. excomm.* in familia Episcopi, & consimilibus.

36 Contrarium tenet Joan. Andr. in d. cap. *unic. num: 3. de Cler. conjug. lib. 6.* hi dicit nunquam fuisse usu receptum, ut uxor clerici gaudeat privilegio Canonis, & fori; absurdum enim esset ut fœmina, quæ in civilibus est fori sæcularis, in criminalibus à sæculari judice punirí non posset. Nec obstat secundùm eum quod hoc contingat in Clerico conjugato, qui in criminalibus gaudet privilegio fori, & non in civilibus, ut in d. c. un. quia hoc operatur character, qui personam clerici non egreditur. Idem tenet ibi Joan. de sancto Georgio, & quamvis refellat rationem Joan. Andr. dicens hoc privilegium non esse concessum characteri Ordinis Clericalis, cum & Conversi non habentes Ordinem, & Monialis eodem privilegio gaudeant, d. c. *Non dubium,* cap. *De Monialibus,* & c. *Parochianos, de sent. excommun.* & cap. *Religioso, in 2. respon. eod. tit. lib. 6.* Vere tamen Joan. Andr. non negat quin personæ ecclesiasticæ carentes Ordine gaudeant privilegio fori, & Canonis. Sed tamen asserit hoc privilegium in Clerico descendere à charactere clericali, cùm ei competat ratione Ordinis. Unde male reprehenditur à Joan. de sancto Georgio, & Abbate *hic num: 8.* Eamdem opinionem sequitur, & veriorem putat Alex. de Nævo *hic num: 21.* cum qua etiam transit Butr. *num. 6. vers. Gaudet etiam uxor clerici;* eamque servari de facto testatur Stephanus Aufrer. *in tract. de potest. secular. super personis ecclesiast. in 2. reg. num: 35.*

37 His in utramque partem adductis, pro solutione quæstionis videntur mihi statuendæ conclusiones infra scriptæ.

Prima conclusio est. Uxor Clerici in sacris Ordinibus constituti in omnibus sortitur forum ex persona mariti. Hanc conclusionem sequuntur omnes supra citati *num: 33.* & est communis opinio, ut testatur hic Alex. de Nævo *num: 22.* Et quamvis subdat contrarium tenere Joann. Andr. & cum eo transire Anton. de Butr. tamen in hoc videtur falli; quia Butrius *loco citato* loquitur simpliciter de uxore Clerici, & Joann. Andr. si sedulò expendatur potius tenet uxorem Sacerdotis gaudere fori privilegio, consideratenim illud inconveniens, quod uxor Clerici, quæ in civilibus est fori sæcularis, in criminalibus sit fori ecclesiastici. Quæ ratio viget tantummodo in uxore Clerici in minoribus constituti, qui cùm gaudeat privilegio fori in criminalibus tantùm, & non in civilibus, ut in d. cap. *unic. de Cler. conjug. lib. 6.* si uxor fortiretur illius forum, eodem modo gauderet in criminalibus, & non in civilibus, quod esset absurdum secundùm Joan. Andr. sed hæc ratio non viget in uxore Clerici in sacris, quia is gaudet privilegio fori tam in civilibus, quàm in criminalibus. Unde cessat inconveniens, quod uxor esset duplicis fori, quia erit tantùm de foro Ecclesiæ. Potest autem hic casus dupliciter contingere. Primò scilicet in Ecclesia Orientali, quia clerici in minoribus contrahunt, & in majoribus utuntur matrimonio jam contracto, ut cap. *Cùm olim de cleric. conjug.* Unde uxores Græcorum gaudent privilegio fori, etiam in civilibus secundùm Joan. de Imol. *hic num: 3. vers. Et per hoc videtur,* & Stephan. Aufrer. *in d. tract. de potest. secular. in 2.*

38 *reg. num: 35. vers. Uxores verò clericorum in sacris.* Secundò hic casus potest contingere in Ecclesia Occidentali in conjugato, qui ad sacros Ordines promoveturuxore consentiente, & continentiam voveute, juxta textum in c. *Conjugatus,* cum ibi notatis, de convers. conjugat. nam & illarum cura non est negligenda: imo clericus de fructibus beneficii sui potest uxorem alere, sicut Apostoli faciebant, ut in cap *Omnino, 31. dist.* ubi bonus textus cum gloss. & in cap. 1. *de cohabit. clericor. & mulier.* secundùm Abb. *hic num: 9.* & idem est si Maritus Religionem profiteatur uxore in sæculo remanente, & castitatem promittente, c. *Cùm sit,* & c. *Sane, de convers. conjug.* secundùm Marian. Socin. *supra* in cap. *proxim. num: 20.*

39 Secunda conclusio: Uxor clerici in minoribus Ordinibus constituti, qui in habitu, & consti-

tu-

fura non incedit, vel inservit Ecclesiæ, nec in civilibus, nec in criminalibus gaudet fori privilegio: nam cùm talis Clericus hoc privilegio non gaudeat, ut in d. cap. *un.* junctio Decreto Concilii Tridentini *cap 6. sess.* 2. longe minus gaudere debet illius uxor, quæ non ex persona propria, sed ex persona mariti fortitur forum: & hoc esse indubitatum affirmat Joan. Andr. in d. cap. *un. num:* 3. Abb. *num:* 7. *vers. Primo casu*, & Alexand. de Nævo *num:* 16.

40 Tertia conclusio. Uxor Clerici in minoribus etiam deferentis habitum, & tonsuram clericalem, & inservientis Ecclesiæ ad præscriptum d. c. 6. non gaudet privilegio fori in civilibus: ubi non agitur de personarum distinctione: nam cum tali privilegio non gaudeat Clericus illius maritus, ut est text in d. cap. *un.* & ex sententia S. Congregationis Concilii dixi in cap. *Proposuisti, num.* 28. *infra eod.* consequenter nec illius uxor gaudere debet, ex Theorica Joan. Andr. de qua in præcedenti conclusione.

41 Quarta conclusio. Uxor Clerici in minoribus incedentis in habitu, & tonsura clericali, & inservientis Ecclesiæ gaudet privilegio fori in criminalibus etiam civiliter intentatis, & hoc secundùm unam opinionem quæ communis est, ut patet ex dictis supra *num:* 33. & mihi videtur etiam de jure verior: nam & si Alex. de Nævo *hic num:* 18. affirmet contrarium posse defendi probabiliter, & magnam vim facitat in eo, quod privilegium fori in clerico descendat à charactere clericali, cùm sit de jure Divino, cap. *Si Imperator, 96. dist.* qui quidem character cum inhæreat personæ ipsius clerici, ad alios extendi non potest: hoc tamen parum videtur urgere, quia privilegium fori in uxore non provenit ab extensione characteris, sed ex eo, quia uxor sortitur forum mariti. Dicit enim Imperator in l. fi-
42 *nal. C. de incol. lib.* 10. Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum
43 ex eorum persona statuimus; & dictum est supra *num:* 34. Quod si hoc procedit indifferenter in Uxoribus sæcularium virorum, longè magis obtinere debet in uxoribus Clericorum, quæ majoribus privilegiis decorantur, quàm uxores aliorum, ut patet in l. 1. & 2. C. *de Episcop. & Cleric.* & considerat Abb. *hic num:* 7. Neque enim ex eo, quod maritus sit clericus, uxor illius debet esse deterioris conditionis; imo melioris, ut d. l. 2. ne aliquin dignitas mariti in dedecus uxoris retorqueatur contra textum in d. l. *fin.* & l. *Fœminæ, ff. de Senator.* Item si est ita in uxoribus militum armatæ militiæ, ut forum viri sortiantur d. l. *fin. C. de incol. lib.* 10. cur non idem dicendum sit in uxoribus clericorum, qui sunt milites cœlestis militiæ, cap. *Christianæ*, 11. *quæst.* 1. cap. *Nullus Episcoporum*, 53. *dist.* & cap. *Degradatis*, ibi, *Cælestis militiæ milites*, de pœn. lib. 6. Et huic fundamento, quod mihi videtur irrefragabile, non respondent Alex. de Nævo, & alii
44 sequaces alterius opinionis. In oppositum tamen stat authoritas Joan. Andr. & communis observantia. Sed tenendo supradictam opinionem, eam limitabis, ut procedat quandiu vivit Clericus conjugatus; secus postquam obierit, ut hic per eundem Alex. de Nævo *num:* 22. Porrò S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum noluit decidere hunc articulum, fortè quia ad interpretationem Concilii non pertinet. Nam contulit ab Episcopo Nuticano an uxor conjugati clerici gaudeat privilegio fori, prout ejus maritus: Respondit non esse Congregationis id decidere, sed quæstionem esse solvendam ex dispositione juris communis.

45 De privilegio Canonis, cùm sit annexum clericali characteri, usquam fuit usu receptum ut extendatur ad uxores, secundum Joan. Andr. in d. cap. *un. num:* 3. quem ibi sequuntur Geminianus, Franc. & alii communiter Cardin. in Clem. *Per litteras, in* 12. *quæst. de præben.* & Alex. de Nævo *hic num:* 21.

46 Sextò. Rustici Ecclesiæ gaudent fori privilegio, secundum Hostient. *in Summ. hoc tit.* § 2. *vers. Ex præmissis*, qui ad hoc allegat cap. *Indicatum, 86. dist.* cap. *Ecclesiarum servos*, 12. *quæst.* 1. l. 2. C. *de Episc. Cleric.* & l. *Siquis, C. Vbi caus. Fisc. al.* Verum hoc procedit in duobus casibus, quos notat gloss. 1. in d. cap. *Indicatum*, & Joan. Andr. *hic numer. 6. in gloss.* 2. Primus est cum Ecclesia ex privilegio Imperatoris habet jurisdictionem super eos, arg. cap. *Si duobus, de appellat.* Secundus est, quando rustici habent generalem bonorum administrationem ab Ecclesia, arg. cap. *Eiqui*, §. *Nulli quoque, 2. quæst.* 6. Tertium casum addit Speculator in *tit. de compet. Iudic.* § 1. *vers. Vigesimo septimo*, & Collect. *hic num:* 5. videlicet quando conveniuntur super re, quam tenent ab Ecclesia.

47 Quod locum habet etiamsi duo emphyteutæ laici contendant inter se de dominio utili, quod habent ab Ecclesia: nam causa agi debet coram judice ecclesiastico, ut pluribus decidunt Domini de Rota *decis. 42. part. 6. Recentior.* Sed his casibus exceptis rustici Ecclesiæ generaliter in foro sæculari conveniuntur secundum gloss. & Joan. Andr. *ubi supra*, & sequuntur *hic* Butr. *num:* 6. Alex. de Nævo *num:* 13. & Marian. Socin. in cap *prox. supra eod. in 5. declaratione, num:* 8. qui prædictis addit quartum casum videlicet si extaret consuetudo ut convenirentur in foro Ecclesiæ. Consuetudo enim dat jurisdictionem, l. *Viros, C. de diverf. offic. lib.* 12. c. *Cùm contingat, infra eod.* & ibi latius Doctores.

48 Septimo gaudent privilegio fori Oblati alicujus Religionis, in quibus exemplificant hic verbum, *Minores*, Innoc. Joan. And. & alii. Sed de his dic ut scripsi latissimè in cap. *Vt privilegia, an.* 1. *usque in fin. infr. de privileg.*

49 Octavo eodem privilegio gaudent Monachi, & Conversi, ut cap. *A Subdiacono*, 93. *dist.* c. *Inolita*, 11. *quæst.* 1. cap. *Parochianos*, & cap. *Cum illorum, infr. de sent. excom.* & in his exponunt hanc litteram in ver. *Minores*, Hostien. Joan. Andr. & Butr. *num:* 6. & idem dicendum de monialibus, ut d. c. *De monialibus, eod. tit.* Et de Religiosis omnibus approbatam regulam profitentibus tradit Marian. Socin. in cap. *prox. supra eod in 7. declarat. num:* 10.

Nonò, hoc privilegio gaudent Novitii, arg. cap. *Religiosi*, §. *Quamvis, de sentent. excomm. lib.* 6. quamvis enim cum effectu non sint Religiosi, sunt tamen personæ ecclesiasticæ, gaudent privilegio Canonis, ut ibi dicitur, & sunt de foro Ecclesiæ, ut per Cardinal. in Clement. 2. *num:* 9. *vers. Item Novitius, de præben.* & scripsi post Host. & alios in cap. *Statuimus, nu:* 45. *infr. de regular.*

De-

50 Decimò. Eremitæ quoque dicuntur hoc privilegio gaudere, ut notat gloss. *ult.* in cap. *Nulla ratione*, 93. *dist.* & gloss. in cap. *Quæsivit, in ver. Verò*, 16. *quæst.* 1. ubi dicunt Eremitas subesse
51 Episcopo, in cujus territorio degunt. Idem voluit Innoc. in cap. *Cum monasterium, num:* 1. *supra de elect.* ubi concludit Eremitas, quamvis possint habere proprium, quia non abrenunciant; tamen esse personas ecclesiasticas, & debere continentiam promittere, & servare, cap. *Scripsit*, §. *Ecce*, 27. *quæst.* 2. & cum contrarient ibi Hostien. *num:* 3. & Joan. Andr. *num:* 12. Idem tenet Archidiac. in d. cap. *Qui vero, num:* 3. 16. *qu.* 1. & in cap. 1. *num:* 1. *in ver. Eremiticam, de excess. Prælat. lib.* 6. ubi asserit Eremitas, quamvis non renuncient propriis, tamen habere annexum votum continentiæ, gaudere privilegiis Clericorum, & subesse Episcopo, in cujus territorio consistunt; quia non debent esse acephali, d. cap.
52 *Nulla ratione*, 93. *dist.* Licèt subdat eos non esse vere Religiosos, nisi dent se alicui ex Religionibus approbatis, secundum ea, quæ notantur in cap. *De Viduis*, 27. *quæst.* 2. sequitur Abb. in d. cap. *Cùm monasterium, num:* 2. *de elect.* & Butr. *hic num:* 6. qui simpliciter ait tales gaudere fori privilegio; & hanc partem conatur hic tueri, & veriorem putat Alex. de Nævo, *num:* 23. ubi concludit Eremitas esse personas ecclesiasticas, & gaudere fori privilegio. Movetur primò per text in cap. *Item cùm Ioannes Baptista. 2. quæst.* 7. ubi sanctus Joannes Baptista dicitur vitam Eremiticam duxisse; Ergo talis non est vita laicalis, sed ecclesiastica, ad idem, § *Ecce*, 27. *quæst.* 2. ubi sanctus Macarius, & sanctus Alexius post contracta sponsalia de præsenti elegerunt vitam Eremiticam, ut Deo servirent, & sic suas sponsas reliquerunt. Ergo sequitur secundum eum ut non sit vita sæcularis, sed ecclesiastica, facit d. cap. *Qui verò, 16. quæst.* 1. ubi vita Eremitica laudatur. Deinde movetur per textum in c. *Duo sunt*, 12. *quæst.* 1. ubi textus ponderat personas ecclesiasticas esse, ne dum clericos, sed etiam personas Deo devotas, quæ sunt deditæ orationi, & contemplationi, quæ ab omni strepitu temporalium debent cessare. Sed Eremitæ sunt tales. Ergo sunt personæ ecclesiasticæ. Idem firmat Felin. *hic num:* 5. *vers. Eremitæ sunt de foro Ecclesiæ.* ubi alios adducit, & allegat textum, quem dicit esse novum, in cap. *fin.* § *Item vitas Patrum*, 15. *dist.* ubi textus dicit: Vitam Eremitarum cùm honore suscipimus, & quamvis restringatur ad vitas, quas scripsit Hieronymus; tamen ut inquit Felin. hoc verum quo ad hoc ut illi dicantur sancti; sed non restat quin ille text. probet vitam illorum religiosam esse. Unde ab Ecclesia invocantur Sancti Monachi & Eremitæ. Demum hanc dicit esse communem conclusionem, & sequendam favore animæ. Aretin. *hic num:* 9. & Boer. *in tract. de stat. & vit. Eremit. num:* 13. & 14.

Contrariam opinionem amplectuntur Laud. & Joann. de Lignano in Clement: 2. *de Præben.* Quia tales ex utero matris exierunt laici, nec postea supervenit aliquis actus, eripiens eos à jurisdictione Imperatoris, qualis est Ordinis receptio, & conversio ad aliquam ex Religionibus approbatis, ut in cap. *Siquis laudente*, 17. *qu.* 4. in cap. *fin. de relig. domib.* & in cap. *Non dubium,*
53 *de sentent. excomm.* Idem firmat Abb. *hic num:* 10. ubi ait primam opinionem æquiorem esse; sed hanc posteriorem esse veriorem de jure; quia Eremitæ non habent certam regulam, sed vivunt sola voluntate, & sunt sicut locustæ sine rege, secundum Guiliel. Nasonem, & notat gloss. in d. cap. *Qui verò, in ver. Verò*, 16 *quæst.* 1. Et dictum Innocentii quod teneantur continentiam promittere, non probatur jure, ut idem Abb. affirmat in d. cap. *Cùm monasterium, num:* 2. & sequitur Marian. Socin. in cap. *proximo, num:* 11. *supra eod.* ubi dicit hanc opinionem sibi magis placere, eamque tenere Guil. de Monte Laudano in d. Clem. 2. & in Clemen. *Cum ex eo, de sentent. excomm.* quia propriè loquendo isti non sunt personæ ecclesiasticæ: non enim sunt clerici, & hoc clarum, nec sunt religiosi alicujus religionis approbatæ, nec Conversi, nec Oblati. Facit cap. *Duo sunt*, 12. *quæst.* 2. sed sunt meri laici, & recedunt ad libitum, nec deputari reperiuntur ad aliquem ecclesiasticum pium usum authoritate Ecclesiæ, vel alicujus Prælati, & allegat Petr. de Anchar. idem tenentem in d. Clem. 2. *de præben.* & in repet. cap. *Ea quæ qu.* 7. *de reg. jur. lib.* 6 qui utrobique refert ita consuluisse Joann. de Calder habetur ejus consil. *in tit. de Iudic. consil.* 7. quod incipit, *An fratres de Pœnitentia.* Et hanc opinionem dicit esse de jure veriorem, quæ etiam servaretur in practica, Stephanus Aufer. *in tract. de potest. secular. super person. ecclesiast. in* 2. *reg. num:* 37. ubi etiam refert ita judicatum fuisse in Curia Parlamenti in quodam Eremita, qui propter egregia furta, & rapinas, ultimo fuit affectus supplicio; licet ipse quoque subdat primam opinionem esse æquiorem favore Religionis, pro qua in dubio est judicandum, l. *Sunt personæ, ff. de Religiosis & sumptib. funer.*

Ego vero in hoc articulo conciliando opiniones existimo distinguendas esse quatuor species Eremitarum.

54 Quidam enim sunt Eremitæ, qui emittunt tria vota substantialia in aliqua ex religionibus approbatis, quales sunt Eremitæ Camaldulenses, Montis Coronæ, Montis Senarii, & consimiles, & hos eorumque novitios indubitatum est gaudere non tantum privilegio fori ecclesiastici, id est exemptionis à sæculari potestate, cùm sint vere, & propriè Religiosi, ut cap 1. *in fin. de excess. Prælat. lib.* 6. secundum unum intellectum, & cap. *Privilegium*, ibi, *In cellis ad monasterium spectantibus, de ver. significat. eodem lib:* & hic notat Felin. *num:* 6. *vers. Et advertes* Et de religiosis omnibus, & novitiis dictum est supra *num:* 49 Sed etiam privilegio exemptionis à jurisdictione Episcopi, etiam ratione delicti perpetrati, contractus initi, vel rei litæ extra locum exemptum, ut scripsi latissimè in cap. *Tuæ tum, infra de privileg.* & hoc planum.

55 Quidam sunt Eremitæ viventes in Congregatione, & habentes modum vivendi ab Episcopo approbatum: & tales licèt non sint verè, & propriè Religiosi, quia non profitentur aliquam ex religionibus approbatis; ideoque nec testari prohibentur secundùm Archid: in cap: *un. num:* 1. *in ver. Eremiticam, de excess. Prælat. lib.* 6. Abb. *in Rubric. de testam. nu:* 6 Præposit. in c. *Nulli dubium, num.* 21. 12. *quæst.* 1. Alber. in Auth. *Ingressi, num:* 32. C. *de Sacrosanct. Eccles.* Navarr.
56 *consult.* 2. *num:* 45. *de regular.* Existimo tamen esse

esse personas ecclesiasticas, & subesse jurisdictioni Episcopi diœcesani. Moveor primò per text. in cap. *Indemnitatibus*, §. *penult. de elect. lib. 6.* ubi patet mulieres viventes in Congregatione licèt non renuncient propriis, nec professionem faciant; nihilominus instar Monialium esse sub jurisdictione Ecclesiæ; & tamen illarum status, seu regula non approbatur, ut ibi dicitur. Idemque patet de Beguinis in Extravag. *Ratio Joan. XXII. de religiosis domib.* Et in mulieribus, quæ vulgò dicuntur Canonicæ sæculares, ut est text. in Clem. 2. §. *Illis quoque mulieres, de stat. monachor.* unde illas esse convenienda coram judice ecclesiastico tenent Domini de Rota *decis. 8. de jurepatr. in antiq.* quam sequitur Felin. in cap. *Dilecta, num. 2. de major. & obed.* Idem Butr. *hic num. 6.* Ergo idem dicendum de Eremitis collegialiter viventibus. Moveor secundò per text.
57 in d. cap. 1. *de excess. Prælator. lib. 6.* ubi à prohibitione Mendicantibus facta de novis domibus non recipiendis excipiuntur ducentes vitam Eremiticam in cellis, seu habitaculis Eremi de majorum suorum licentia. Quæ exceptio esset inepta, nisi Eremitæ saltem largè essent Religiosi, leg. *Nam quod liquidè, §. penult. ff. de pœn. legat.* Moveor tertio exemplo virorum Tertiariorum, qui si collegialiter vivant, gaudent privilegio exemptionis, ut dicam *infra num. 6.* Moveor quarto, quia in his Eremitis viventibus in communi authoritate Prælati non militant rationes, & inconvenientia, quæ considerantur ab authoribus contrariæ sententiæ, & de his intelligo glos. in l. 2. *in ver. Non possunt, ff. de in jus vocan.* quæ exemplificat illum textum in Monachis, & Eremitis, id est, collegialiter
58 viventibus. Et de his etiam videtur intelligenda authoritas Innocentii in d. cap. *Cum Monasterium num. 1. de elect.* dum dicit hos teneri continentiam servare, & promittere, & subesse Episcopo diœcesano per §. *Ecce, 27. quæst. 2.* Demum hoc videtur ex mente D. Thomæ *in 4. sent. dist. 27. in expositione littera*, ubi sic ait: (Eremitæ etiam quamvis obedientiam non promittant, tamen votum continentiæ habent annexum, & ex mora secundum determinatum tempus eorum votum solemnizatur.) & in 2. 2. *quæst. 186 art. 5. ad 3.* docet eos non excusari ab obedientia
59 Episcopi. Et expresse hoc tenet Sylvest. *in ver. Eremita, quæst. 1. num. 2. & in ver. Ecclesia, 1. dicto 6. num. 6.* ubi concludit hos Eremitas gaudere privilegio non solum fori, sed etiam Canonis: & contraria dicit procedere in vagis, & profugis, nulli Superiori, vel regulæ adstrictis: nam, ut ipse ait, si laicum viventem in turba prædicta districtio facit gaudere hoc privilegio, cur non Eremitas vacantes Deo penitus in solitudine? & eum refert, & sequitur Navar. *in manual. cap. 27. num. 79.* & alii recentiores. Facit quod dicunt Domini de Rota *decis. 1. de regul. in antiq.* Ubi contra opinionem Joan. Andr. in cap. *Dilecta, de major. & obed.* tenet mulieres aliàs canonicè intrantes Monasteria, in quibus Religio non est approbata, quandiu sunt in Ecclesia, vel Divino servitio, vel habent habitum religiosum, potiri debere privilegio immunitatis, ut illas percutiens ligetur sententia Canonis; quia cùm de præsenti religiosè vivant, censentur personæ ecclesiasticæ, & gaudere debent hoc privilegio sicut clerici simplices aliquo voto non ligati, & hoc tenet Rota, de quo tamen vide, quæ dicta sunt supra *num. 19. & num. 45.* & quod dicam
60 infra *num. 61.* & de talibus Eremitis intelligo authoritatem sextæ Synodi Constantinopolitanæ *can. 42. Concil. tom. 3. pag. 242.* cujus DD. nostri mentionem non faciunt: ubi enim sic legitur: (Eos, qui dicuntur Eremitæ, qui quidem nigris vestibus induti, & capite comati in bestiis obeunt, & cum viris sæcularibus, ac mulieribus versantur, & propriæ professioni faciunt injuriam; Statuimus si elegerint quidem tonsis comis reliquorum Monachorum amictum sustinere, eos in monasterio constituì, & inter fratres referri. Quod si hoc non elegerint, ex urbibus expelli, & solitudines habitare, ex quibus sibi etiam denominationes continxere.) Hæc ibi. Quæ verba non obscurè insinuant hos Eremitas, quamvis non sint propriè Religiosi, tamen profiteri aliquem vivendi modum ab Ecclesia permissum, & esse personas ecclesiasticas: alias enim si essent professionis meè laicalis, Concilium non improbaret, ut versarentur cum viris sæcularibus in injuriam professionis. arg. c. *In nona, 16. quæst. 7. & c. Cum canon, de elect.* cum similiter quos statueret, nisi essent de foro Ecclesiæ, quia forum fortiri, & statutis ligari à pari procedunt, cap. 2. *de constit. lib. 6.* Butr. *in rubr. de consuet. num. 7.* nec mere laicos distringit Concilium citra materiam peccati, ut notat Innoc. in cap. *Correctam; num. 3. vers. Nec sunt istæ personæ de foro Ecclesiæ, de regul.* & DD. in cap. *Novit, de iudic.*

61 Quidam verò sunt Eremitæ, qui quamvis nec sint professi alicujus Religionis, nec vivant in communi, tamen sunt authoritate Episcopi deputati servitio alicujus Ecclesiæ, vel Oratorii, & de Episcopi manibus suscipiunt habitum Eremiticum, & sub illius obedientia vivunt, pro ut multos vidi in statu ecclesiastico & alibi, & in his sequor opinionem Cardinalis in Clemen. *Per litteras, num. 9. vers. Verum tamen dis, de præb.* ubi dicit Eremitas dummodo authoritate Prælati habentis potestatem, ut Episcopi, sint deputati ad aliquem usum perpetuum ecclesiasticum, vel pium, censeri personas ecclesiasticas, & privilegio ecclesiastico gaudere: allegat Clemen. *1. de decim. & cap. Per exemptionem, de privileg. lib. 6.* Et ita ex facto consuluit Anton. de Butr. *cons. 19. num. 19. vers. Vnde ex hoc satis.* Ubi concludit Eremitas, & alios existentes in statu penitentium, & habitantes in Oratoriis etiam privatis, esse suppositos Episcopo, & haberi pro ecclesiasticis personis, & gaudere privilegio fori ecclesiastici, quia eorum caput est Christus; & ideo superiorem non habent nisi Papam, Episcopum, & Parochum: & est ex mente Abbatis Mar. Socin. & aliorum, quos citavi supra *num.*
62 53. Subdit tamen Cardinalis loco proximè citato, tales non gaudere privilegio, cap. *Si quis suadente*; quia locum habet in percutiente Clericum vel Monachum, ut ibi dicitur, & sic non in aliis, nisi quatenus invenimus jure expressum, sicut exprimitur de Conversis in cap. *Non dubium, & cap. Parochianos, de sentent. excomm.* quia & ipsi sunt Religiosi, & de Novitiis in religione, qui interim Religiosi censentur, ut c. *Religiosi, §. Quamvis, eod. tit. libro 6.* sed extra casus expressos in jure non est locus dict. cap. *Si quis suadente*, secundùm eum, quod certum tenent Joan. Andr. Alex. de Nævo & alij supracitati *num. 45.* & Marian. Socin. in c. *prox. num. 12. vers. Et hoc casu, supra eod.* De hoc tamen privilegio Canonis vide quod dixi supra proxime in Eremitis viventibus in communi *num. 59.* & de Diaconis Sylvaticis *num. 19.* & de uxoribus Clericorum,
63 *num. 45.*

Quidam denique sunt Eremitæ, qui non sunt deputati Ecclesiæ servitio authoritate alicujus Prælati ecclesiastici, sed voluntariè suscipiunt, & ad sui libitum deferunt habitum Eremiticum: & in his Doctores videntur convenire ut non sint personæ ecclesiasticæ, nec ullo modo gaudeant privilegio Clericali: ita Cardinal. in dict. Clem. *Per litteras, num. 9. in fin. vers. Si verò à nemine est facta ratio disputatio*: nam, ut ipse ait: absonum foret ut conferentur ecclesiasticæ personæ, cùm sint meri laici, & recedant ad sui libitum, & ad nullum usum ecclesiasticum, vel pium authoritate Ecclesiæ, id est, Prælati authoritatem habentis, sint deputati: & dicit in hoc ultimo casu procedere opinionem Laudunì: & in his verificatur illius dictum, quod sint licut locusta sine Rege. Præterea absurdum esset ut tales pro sola voluntate possent se eximere à jurisdictione Imperatoris, ut considerat Abb. *hic num. 10.* & Marian. Socin. in c. *prox. num. 11.*
64 *supra eodem.* & Stephan. Aufrer. *in dict. tract. de potestat. secular.* & *cap. 2. reg. n. 37.* Facit optimè secundùm eos, cap. *Duo sunt genera, 12. qu. 1.* Verumtamen si vigeret consuetudo, ut Eremitæ hujusmodi potirentur privilegio fori, talis consuetudo esset utique observanda secundùm Marian. Socin. *d. nu. 11. in fin. vers. Sed retenta*, confe-
65 runt quæ dixi *supra nu. 47.* & quæ dicam *infra nu. 70.*

Undecimò, sunt personæ ecclesiasticæ, & gaudent privilegio fori Fratres, & Sorores de Pœnitentia, seu Tertij Ordinis, & Milites S. Mariæ, qui dicuntur Fratres Gaudentes, secundùm Bart. in l. 1. *in fin. ff. de pœn.* & fusius in l. *Semper, §. fin. num. 1. ff. de jur. immunit.* ubi dicit ita consuluisse multos Advocatos de Curia, & in specie Guidon. Archid. Bononiensem, & Dynum, quorum tamen consilia solum sequebantur in Fratribus Gaudentibus; sed idem dicendum esse in Fratribus de Pœnitentia, seu Tertij Ordinis: & consentiunt *hic* Butr. *num. 6.* & Alex. de Nævo *num. 31.* Paulus in Clem. *Cum eo, de sentent. excommunicat.* dicens ita consuluisse Joann. de Lignano. Idem firmant Butr. in cap. *inter. num. 13. vers. Ideo put at Bartholus, de obligat. ad ratior.* Marian. Socin. in c. *prox. num. 12. vers. Ego verò pro concordia, supra eod.* dummodo habitum, & modum vivendi sine fraude assumant, & authoritate Superioris, & Angel. *in ver. Excommunic. 9. §. 8.* Et hanc opinionem dicunt esse tutiorem, æquiorem, & favorabiliorem Marin. Socin. in d. c. *prox. num. 12. vers. Et hanc opinionem.* Alex. de Nævo, *hic num. 31. in fin.* & Stephanus Aufrer. *in dict. tract. de potest. secular. in 2. reg. num. 39.* Pro qua facit glos. 3. in d. Clem. *Cum eo*, ubi refert ejusmodi Ordinem fuisse approbatum per Nicolaum Papam. Quod patet ex Constitutione Nicolai IV. quæ incipit, *Supra montem*; & habetur in Bullar. *tom. 1. pag. 126.* & per illam glossam dicit se ita pronunciasse. Cardinalis in cap. *Si diligenti, in fin. eodem.* refert etiam Aufrerius *loco citato*, hodie hoc esse decisum in Extravag. Sixti IV. quæ incipit, *Sancta Romana*, ubi recitatur, multos solemnissimos Doctores ita consulisse. Item testatur se observari in Civitate Tholosana.

Contrarium, id est, Fratres Tertij Ordinis non esse de foro Ecclesiæ pluribus consuluit Joan. Calderinus *consil. 7. de foro compet.* quod incipit: *Quæsitum est à me an Fratres de Pœnitentia*, Federic. de Sen. *cons. 150.* incipien. *Cum aliqui sint viri, in princip.* Cardin. *cons. 13. in Civitate, in fin.* Abb. *cons. 31. Ad clarum dubium, per totum lib. 1.* & idem Abb. *hic num. 11. vers. Item pro ipso Fratribus*: quia tales licèt habeant modum vivendi à Sede Apostolica approbatum; non tamen sunt verè Religiosi, cùm non profiteantur tria substantialia Regulæ, nec sunt Clerici, nec uxores dimittunt. Idem tenent Guil. de Monte Laud. & Petrus de Anchar. in dict. Clemen. *Cum ex eo, num. 6. de sentent. excommunicat.* & ibi etiam Cardin. & plenius in Clem. *Per litteras, §. 12. quæst. de præben.* Bald. in l. *Placet, num. 13. C. de Sacros. Eccles.* Et hanc partem profitentur esse veriorem Abbas, Marian. Socin. Alex. de Nævo, & Aufrerius *locis citatis*, quia si rectè consideretur illorum status, magis ad laicalem, quam ecclesiasticam vitam accedunt; nam cùm tria sint cujuslibet approbatæ Religionis substantialia, videlicet castitas, paupertas, & obedientia, cap. *Cum ad monasterium, infra de statu Monachorum*, ipsi nec continentiam servant, cùm uxores habeant; nec paupertatem, cùm proprium possideant, nec etiam possunt omnimodam servare obedientiam, quia cùm sint conjugati, non habent integram sui corporis potestatem, ut in cap. *Non debet, infra de consanguin. & affinit.* & ibi eis objicitur: Quod non bene concordat cithara cum psalterio, hoc est, vita activa malè concordat cum contemplativa, ut dicit textus in cap. *Diversis, de Cleric. conjugat.* Quare cùm ipsi magis accedant ad statum laicalem, quàm ad ecclesiasticum, debent censeri laici; quia mixtum debet judicari secundùm illud simplex, in quo magis incalescit, ut leg. *Quæritur, ff. de stat. homin.* & cap. *Bisestes, §. Hermaphroditus, 4. quæst. 3.* Bene facit textus in cap. *Duo sunt, 12. quæst. 1.* & ita servatur Perusij, ubi Fratres Tertij Ordinis solvunt collectas, & conveniuntur coram judice sæculari, ut de suo tempore testatur Bart. in dict. leg. *Semper, ff. de tut. immunit.*

66 Hodie tam ingens controversia inter Primarios utriusq; juris Interpretes sopita est ex Concilio Lateranensi Novissimo *sess. 11. in fin. Concilior. tom. 4. part. 2. pag. 123.* & Constitutione Leonis X. ut in decreto S. Congregationis Concilij tenoris infrascripti, videlicet (Sacra Congregatio censuit Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes ita demum Ordinis, cujus tertiæ regulæ habitum allumpserunt, privilegijs potiri, & ab Ordinarij jurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant, seu
67 cùm claustralibus habitent: & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint) quemadmodum cavetur Constitutione

Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur *sess.* 11. *in fin.* Hoc autem voto Mulierum aliarum, scilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi: Quinimò hujusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cœlibem simpliciter, expresseque voverint, etiam in consanguineorum & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorum habitantes supradictis privilegijs Ordinis, cujus regulæ habitum deferunt; exemptionemque ab Ordinarij jurisdictione frui debere, quemadmodum idem Leo postea declaravit *die*
68 *primâ Martij* 1518. Constitutionem autem sanctæ mem. Pij V. qua Sorores Tertij Ordinis ad perpetuam clausuram obstringuntur, utpote loquentem de his, quæ in communi, & in Congregatione vivunt, ad supradictas Sorores in consanguineorum, vel proprijs domibus habitantes, voto unique unicum expressum virginalis, aut cœlibis, vel castæ vidualis vitæ emittentes, de quibus cavetur in dicto Concilio Lateranensi, nihil pertinere; & propterea quoad illas dictam Constitutionem, nec Concilium Lateranense correxisse, aut immutasse, nec quicquam novi juris induxisse. Et alias censuit Tertiarias domi suæ, vel suorum consanguineorum habitantes, & habitum Religionis gestantes nullâ exemptione potiri, nisi emiserint expressum votum castitatis, vel cœlibatûs juxta Decretum
69 Concilij Lateranensis sub Leone X. *sess.* 11. Cæterùm etiamsi id votum emiserint, si tamen Ordinarij, vel Parochi jus illi administrandi Sacramenta etiam tempore Paschatis, vel alias in eis jurisdictionem acquisierint; non posse ipsas de cætero adversus Ordinarios, vel Parochos exemptione uti, sed observandam esse consuetudinem. Circa hoc vide quod scripsi in cap. *Omnis utriusque, num.* 64. *infrà de pœnit. & remiss.*

70 Amplius cùm nobilatus fuisset S. Congregationi supplex libellus sequentis tenoris, videlicet (Baro Terræ Aprocinæ Lecerinæ Diœcesis habet nonnullos vassallos Tertiarios nuncupatos Religionis Sancti Francisci uxoratos tamen, & extra claustra uti alios sæculares in proprijs ædibus, & de suis artificijs viventes, qui a jurisdictione Oratoris se fore exemptos, nec ad servitia Baronalia, & ad onera universitatis sustinenda compelli posse prætendunt; supplicat igitur Baro præfatus S. Congregationi, ut dignetur declarare & rescribere loci Ordinario prædictos Tertiarios laicos taliter viventes non debere gaudere privilegio fori ecclesiastici, sed illos posse per Oratorem, ejusque Officiales ad servitia prædicta, & universitatis onera sustinenda compelli, S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit, hujusmodi viros Tertiarios in Congregatione non venire privilegijs Ordinis, cujus habitum gestant, non potiri, quemadmodum disertè cavetur decreto Generalis Concilij Lateranensis. Sed si ex consuetudine aliquid juris in hoc acquisierint, consuetudinem esse servandam.

71 Duodecimò, gaudent privilegio fori ecclesiastici servientes, seu quocunque alio titulo addicti Militijs seu Monasterijs, Hospitalibus, vel Collegijs ecclesiasticis, dummodo tamen tria copulativè concurrant. Primum est, ut supradictis locis, aut militijs actu serviant. Secundum, ut intra eorum septa, ac domos resideant: Tertium ut sub eorum obedientia vivant, ut expressè statuitur Decreto Concilij Tridentini, *cap.* 11. *vers. Exceptis, sess.* 24. & in specie de servientibus Militiæ S. Joann. Hierosolymitani cautum est Constitutione Gregorij XIII. quæ incipit *Circumspecta, in Bullar. tom.* 2. *pag.* 448. Facit *cap.* 11. *sess.* 25. *de regular.* ibi, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ.

72 Decimotertiò, olim controvertebatur an essent de foro Ecclesiæ Rectores piorum locorum, videlicet Hospitalarij, Leprosarij, & hujusmodi. Et quidem de Templarijs nullum dubium,
73 quia profitebantur regulam S. Augustini, ut notat Petr. de Anchar. in Clem. *Cum ex eo, n.* 6. *vers. Non obstat, de sent. excomm.* Sed hic Ordo fuit extinctus à Clemente V. in Concilio Viennensi, ut patet *to.* 3. *Concilior. par.* 2. *pag.* 776. & idem dicendum de Hospitalarijs S. Joan. Hierosolymitani, ut notat glos. in cap. *Mater, 25. dist.* & Felin. *hic nu.* 8. De Hospitalarijs S. Spiritûs in Saxia, B. Joannis de Deo, & conimilibus tria vota substantialia emittentibus. Sed de alijs Hospitalarijs, qui utuntur conjugio, nec renuntiant proprio, & aliquod signum deferunt in veste, puta Crucem, vel quid simile, olim non levis erat controversia, nam Joan. de Lignano, & Guiliel. de Monte Laud. in Clem. *Per litteras, de præbend.* tenuerunt tales non gaudere privilegio fori ecclesiastici, neque in persona, neque in bonis, nisi pro bonis, quæ Hospitali obtulissent, quia tales non sunt Clerici, nec Conversi à Julio II. facultatem emittendi tria vota substantialia, & solemniter profitendi regulam S. Augustini. Unde hodie sunt verè & propriè Religiosi, & gaudent privilegijs Ordinis Mendicantium, ut patet in Bulla Clementis VII. incipien. *Sacra, eod. tom.* 1. *pag.* 604. & in alia Pij V. *Romanus Pontifex, tom.* 2. *pag.* 245.

47 Præter supraseriptos sunt alij, de quibus controvertitur, an sint de foro Ecclesiæ, & exempti à jurisdictione judicis sæcularis; & in specie ambigitur de Pœnitentibus, qui scilicet ob aliquod crimen à judice Ecclesiastico damnati sunt ad agendam solemnem, vel publicam pœnitentiam, per text. in cap. *Aliud, 11. quæst.* 1. qui duplicatur in cap. *Aliud de pœnitent. distinct.* 1. & de his consule Marian. Socin. in cap. *proximo supra eodem. in* 10. *declaratione, num.* 13. & Covarr. latè de hoc articulo differentem *Pract. quæst. cap.* 34. *à num.* 3. Communis opinio videtur esse, ut tales sint sub protectione Ecclesiæ tanquam miserabiles personæ, sed nō sint exempti à sæculari potestate. Similiter dubitari solet de Disciplinatis, seu societatibus disciplinatorum. Et de his vide eundem Marianum Socin. *loc. cit. in* 12. *declaratione, num.* 15. & Alex de Nævo *hic num.* 36. post Bart. in l. *sub prætextu, C. de Sacrosanct. Eccles.*

48 A nonnullis idem controvertitur de Jesuatis, an scilicet sint personæ Ecclesiasticæ, & de foro Ecclesiæ, ut per Abbat. *num.* 11. *vers. Et ex hu conclusio.* Alex. de Nævo, *num.* 33. & alios hic, & Marian. Socin. *ubi suprà in* 11. *declaratione, num.* 14. Sed malè, quia illorum status fuit approbatus à Martino V. & tunc conveniri non poterant nisi coram Papa, vel ejus Delegatis, aut Ordinarijs locorum, ut in ejus Constitutione, quæ incipit, *Pie postulatio voluntatis, in Bullar. to.* 1. *pag.* 262. Sed postea obtinuerunt à Julio II. facultatem emittendi tria vota substantialia, & solemniter profitendi regulam S. Augustini. Unde hodie sunt verè & propriè Religiosi, & gaudent privilegijs Ordinis Mendicantium, ut patet in Bulla Clementis VII. incipien. *Sacra, eod. tom.* 1. *pag.* 604. & in alia Pij V. *Romanus Pontifex, tom.* 2. *pag.* 245.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Si Clericus.

SUMMARIUM.

1 *Laicus an & quando pro rebus Ecclesiæ, vel Clerici conveniri possit coram Judice Ecclesiastico.*

2 *Litis contestatio an, & quando inducatur per negationem rei conventi.*

3 *Negatio facit rem dubiam.*

4 *Si sit verisimilis, aliàs secus.*

5 *Notorium non inducitur ex sola negatione. & nu. seq.*

6 *Clericus pro possessione Præbendæ potest Laicum convenire coram Judice Ecclesiastico.*

7 *Qualitatem non sufficit in libello allegare ad fundandam Judicis jurisdictionem, si probabiliter negetur. & num. seqq.*

Declaratur. num. 10. & 15.

8 *Judex, ubi negatur qualitas jurisdictionem tribuens, potest de qualitate illa Summariè cognoscere, ut videat an sua sit jurisdictio. & nu.* 10.

Declaratur. num. 15.

9 *Opinio Bartoli, & Jacobi de Arena, quid sufficiat Prosp. Fagn. in* 2. *Decretal. Tom.* 3.

sola allegatio qualitatis tribuentis jurisdictionem etiamsi negetur ab adversario, fallitur.

10 *Negotio qualitatis, in quæ jurisdictio fundatur, non excludit fundatum jurisdictionem, sed tamen impedit processum super principali, donec judex de qualitate illa summariè cognoverit.*

Declaratur num. 16.

11 *Judex, cujus jurisdictio negatur, cognoscere potest an sua sit jurisdictio.*

12 *Res si negetur feudalis, de hoc ante omnia cognosci debet.*

13 *Judex debet prius cognoscere, an quis contraxerit, vel deliquerit in suo territorio, si hoc negetur ad ejus jurisdictionem declinandam.*

14 *Conservator, si offensa negetur notoria, debet super hoc prius probationes recipere ad suam jurisdictionem fundandam.*

15 *Negatio qualitatis jurisdictionem tribuentis quid operetur.*

16 *Iurisdictio si fundetur super sola dubietate qualitatis jurisdictionem tribuentis, negatio qualitatis nihil operatur, sed satis est illam in libello allegare.*

17 *Vt si negetur Clericatus, vel contractus usurarius, aut matrimonialis.*

18 *Judex Ecclesiasticus cognoscit, si Laicus neget raptum, vel invasum in bonis Ecclesiæ.*

19 *Clericus si alleget oppressionem, vel fraudem, aut contractum minus legitimum, vel spoliatum, & Laicus neget, procedit Judex Ecclesiasticus.*

20 *Actor sequitur forum rei.*

21 *Clericus agens contra Laicum potest, & debet litigare coram Judice sæculari, & potest ab eo condemnari in expensis.*

22 *Regulares convenire debent Laicum coram Judice sæculari, non autem coram subconservatorium, nisi hoc habeant ex indulto Sedis Apostolicæ.*

23 *Accusator in criminalibus forum Rei sequi debet.*

24 *Reus, si vigere sua exceptione agat prevenienda actorem, vel imploret officium Judicis, sequi debet forum actoris.*

25 *Laicus pro rebus Clerici, vel Ecclesiæ, si id non neget, conveniri potest coram Judice Ecclesiastico.*

26 *Laici detinentes res Ecclesiæ, vel Clerici, dicuntur quasi sacrilegi, & malefactores Ecclesiarum.*

27 *Clericus agens rei vendicatione pro rebus suis, vel Ecclesiæ, potest convenire Laicum in foro Ecclesiastico, etiam cessante allegatione sacrilegij.*

28 *Ex quibus si agatur actione personali, ut ex legato, vel locato.*

29 *Actio ex locato, quamvis non sit in rem scripta, tamen propter concursum realis trahitur ad ejus naturam.*

30 *Clericus in causa merè civili potest convenire Laicum coram Judice Ecclesiastico, sive a se habeat consuetudo.*

31 *Consuetudo in ordine judiciorum potest disponere contra Ius commune.*

32 *Consuetudo trahendi Laicos ad forum Ecclesiasticum ex qua causa fuerit introducta.*

33 *Clericis ex stylo Curiæ indistinctè dantur litteræ contra Laicum super quacunque quæstione, sive Iudices sæculares sint negligentes, sive non.*

34 *Et Laico opponenti declinatoriam fori, & appellanti non dantur litteræ in causa appellationis.*

34 *Nec Iudex sæcularis potest inhibere Laico, ut respondeat coram Ecclesiastico.*

36 *Religiosi Societatis Iesu, & eorum familiares Clerici obtinuerunt litteras Conservatorias in omnibus*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur *sess.* 11. *in fin.* Hoc autem voto Mulierum aliarum, scilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi: Quinimò hujusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cœlibem simpliciter, expresseque voverint, etiam in consanguineorum & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorum habitantes supradictis privilegijs Ordinis, cujus regulæ habitum deferunt; exemptionemque ab Ordinarij jurisdictione frui debere, quemadmodum idem Leo postea declaravit *die*
68 *primâ Martij* 1518. Constitutionem autem sanctæ mem. Pij V. qua Sorores Tertij Ordinis ad perpetuam clausuram obstringuntur, utpote loquentem de his, quæ in communi, & in Congregatione vivunt, ad supradictas Sorores in consanguineorum, vel proprijs domibus habitantes, voto unique unicum expressum virginalis, aut cœlibis, vel castæ vidualis vitæ emittentes, de quibus cavetur in dicto Concilio Lateranensi, nihil pertinere; & propterea quoad illas dictam Constitutionem, nec Concilium Lateranense correxisse, aut immutasse, nec quicquam novi juris induxisse. Et alias censuit Tertiarias domi suæ, vel suorum consanguineorum habitantes, & habitum Religionis gestantes nullâ exemptione potiri, nisi emiserint expressum votum castitatis, vel cœlibatûs juxta Decretum
69 Concilij Lateranensis sub Leone X. *sess.* 11. Cæterùm etiamsi id votum emiserint, si tamen Ordinarij, vel Parochi jus illi administrandi Sacramenta etiam tempore Paschatis, vel alias in eis jurisdictionem acquisierint; non posse ipsas de cætero adversus Ordinarios, vel Parochos exemptione uti, sed observandam esse consuetudinem. Circa hoc vide quod scripsi in cap. *Omnis utriusque, num.* 64. *infrà de pœnit. & remiss.*

70 Amplius cùm nobilatus fuisset S. Congregationi supplex libellus sequentis tenoris, videlicet (Baro Terræ Aprocinæ Lecerinæ Diœcesis habet nonnullos vassallos Tertiarios nuncupatos Religionis Sancti Francisci uxoratos tamen, & extra claustra uti alios sæculares in proprijs ædibus, & de suis artificijs viventes, qui a jurisdictione Oratoris se fore exemptos, nec ad servitia Baronalia, & ad onera universitatis sustinenda compelli posse prætendunt; supplicat igitur Baro præfatus S. Congregationi, ut dignetur declarare & rescribere loci Ordinario prædictos Tertiarios laicos taliter viventes non debere gaudere privilegio fori ecclesiastici, sed illos posse per Oratorem, ejusque Officiales ad servitia prædicta, & universitatis onera sustinenda compelli, S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit, hujusmodi viros Tertiarios in Congregatione non venire privilegijs Ordinis, cujus habitum gestant, non potiri, quemadmodum disertè cavetur decreto Generalis Concilij Lateranensis. Sed si ex consuetudine aliquid juris in hoc acquisierint, consuetudinem esse servandam.

71 Duodecimò, gaudent privilegio fori ecclesiastici servientes, seu quocunque alio titulo addicti Militijs seu Monasterijs, Hospitalibus, vel Collegijs ecclesiasticis, dummodo tamen tria copulativè concurrant. Primum est, ut supradictis locis, aut militijs actu serviant. Secundum, ut intra eorum septa, ac domos resideant: Tertium ut sub eorum obedientia vivant, ut expressè statuitur Decreto Concilij Tridentini, *cap.* 11. *vers. Exceptis, sess.* 24. & in specie de servientibus Militiæ S. Joann. Hierosolymitani cautum est Constitutione Gregorij XIII. quæ incipit *Circumspecta, in Bullar. tom.* 2. *pag.* 448. Facit *cap.* 11. *sess.* 25. *de regular.* ibi, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ.

72 Decimotertiò, olim controvertebatur an essent de foro Ecclesiæ Rectores piorum locorum, videlicet Hospitalarij, Leprosarij, & hujusmodi. Et quidem de Templarijs nullum dubium,
73 quia profitebantur regulam S. Augustini, ut notat Petr. de Anchar. in Clem. *Cum ex eo, n.* 6. *vers. Non obstat, de sent. excomm.* Sed hic Ordo fuit extinctus à Clemente V. in Concilio Viennensi, ut patet *to.* 3. *Concilior. par.* 2. *pag.* 776. & idem dicendum de Hospitalarijs S. Joan. Hierosolymitani, ut notat glos. in cap. *Mater, 25. dist.* & Felin. *hic nu.* 8. De Hospitalarijs S. Spiritûs in Saxia, B. Joannis de Deo, & conimilibus tria vota substantialia emittentibus. Sed de alijs Hospitalarijs, qui utuntur conjugio, nec renuntiant proprio, & aliquod signum deferunt in veste, puta Crucem, vel quid simile, olim non levis erat controversia, nam Joan. de Lignano, & Guiliel. de Monte Laud. in Clem. *Per litteras, de præbend.* tenuerunt tales non gaudere privilegio fori ecclesiastici, neque in persona, neque in bonis, nisi pro bonis, quæ Hospitali obtulissent, quia tales non sunt Clerici, nec Conversi à Julio II. facultatem emittendi tria vota substantialia, & solemniter profitendi regulam S. Augustini. Unde hodie sunt verè & propriè Religiosi, & gaudent privilegijs Ordinis Mendicantium, ut patet in Bulla Clementis VII. incipien. *Sacra, eod. tom.* 1. *pag.* 604. & in alia Pij V. *Romanus Pontifex, tom.* 2. *pag.* 245.

47 Præter supraseriptos sunt alij, de quibus controvertitur, an sint de foro Ecclesiæ, & exempti à jurisdictione judicis sæcularis; & in specie ambigitur de Pœnitentibus, qui scilicet ob aliquod crimen à judice Ecclesiastico damnati sunt ad agendam solemnem, vel publicam pœnitentiam, per text. in cap. *Aliud, 11. quæst.* 1. qui duplicatur in cap. *Aliud de pœnitent. distinct.* 1. & de his consule Marian. Socin. in cap. *proximo supra eodem. in* 10. *declaratione, num.* 13. & Covarr. latè de hoc articulo differentem *Pract. quæst. cap.* 34. *à num.* 3. Communis opinio videtur esse, ut tales sint sub protectione Ecclesiæ tanquam miserabiles personæ, sed nō sint exempti à sæculari potestate. Similiter dubitari solet de Disciplinatis, seu societatibus disciplinatorum. Et de his vide eundem Marianum Socin. *loc. cit. in* 12. *declaratione, num.* 15. & Alex de Nævo *hic num.* 36. post Bart. in l. *sub prætextu, C. de Sacrosanct. Eccles.*

48 A nonnullis idem controvertitur de Jesuatis, an scilicet sint personæ Ecclesiasticæ, & de foro Ecclesiæ, ut per Abbat. *num.* 11. *vers. Et ex hu conclusio.* Alex. de Nævo, *num.* 33. & alios hic, & Marian. Socin. *ubi suprà in* 11. *declaratione, num.* 14. Sed malè, quia illorum status fuit approbatus à Martino V. & tunc conveniri non poterant nisi coram Papa, vel ejus Delegatis, aut Ordinarijs locorum, ut in ejus Constitutione, quæ incipit, *Pie postulatio voluntatis, in Bullar. to.* 1. *pag.* 262. Sed postea obtinuerunt à Julio II. facultatem emittendi tria vota substantialia, & solemniter profitendi regulam S. Augustini. Unde hodie sunt verè & propriè Religiosi, & gaudent privilegijs Ordinis Mendicantium, ut patet in Bulla Clementis VII. incipien. *Sacra, eod. tom.* 1. *pag.* 604. & in alia Pij V. *Romanus Pontifex, tom.* 2. *pag.* 245.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Si Clericus.

SUMMARIUM.

1 *Laicus an & quando pro rebus Ecclesiæ, vel Clerici conveniri possit coram Judice Ecclesiastico.*

2 *Litis contestatio an, & quando inducatur per negationem rei conventi.*

3 *Negatio facit rem dubiam.*

4 *Si sit verisimilis, aliàs secus.*

5 *Notorium non inducitur ex sola negatione. & nu. seq.*

6 *Clericus pro possessione Præbendæ potest Laicum convenire coram Judice Ecclesiastico.*

7 *Qualitatem non sufficit in libello allegare ad fundandam Judicis jurisdictionem, si probabiliter negetur. & num. seqq.*

Declaratur. num. 10. & 15.

8 *Judex, ubi negatur qualitas jurisdictionem tribuens, potest de qualitate illa Summariè cognoscere, ut videat an sua sit jurisdictio. & nu.* 10.

Declaratur. num. 15.

9 *Opinio Bartoli, & Jacobi de Arena, quid sufficiat Prosp. Fagn. in* 2. *Decretal. Tom.* 3.

sola allegatio qualitatis tribuentis jurisdictionem etiamsi negetur ab adversario, fallitur.

10 *Negotio qualitatis, in quæ jurisdictio fundatur, non excludit fundatum jurisdictionem, sed tamen impedit processum super principali, donec judex de qualitate illa summariè cognoverit.*

Declaratur num. 16.

11 *Judex, cujus jurisdictio negatur, cognoscere potest an sua sit jurisdictio.*

12 *Res si negetur feudalis, de hoc ante omnia cognosci debet.*

13 *Judex debet prius cognoscere, an quis contraxerit, vel deliquerit in suo territorio, si hoc negetur ad ejus jurisdictionem declinandam.*

14 *Conservator, si offensa negetur notoria, debet super hoc prius probationes recipere ad suam jurisdictionem fundandam.*

15 *Negatio qualitatis jurisdictionem tribuentis quid operetur.*

16 *Iurisdictio si fundetur super sola dubietate qualitatis jurisdictionem tribuentis, negatio qualitatis nihil operatur, sed satis est illam in libello allegare.*

17 *Vt si negetur Clericatus, vel contractus usurarius, aut matrimonialis.*

18 *Judex Ecclesiasticus cognoscit, si Laicus neget raptum, vel invasum in bonis Ecclesiæ.*

19 *Clericus si alleget oppressionem, vel fraudem, aut contractum minus legitimum, vel spoliatum, & Laicus neget, procedit Judex Ecclesiasticus.*

20 *Actor sequitur forum rei.*

21 *Clericus agens contra Laicum potest, & debet litigare coram Judice sæculari, & potest ab eo condemnari in expensis.*

22 *Regulares convenire debent Laicum coram Judice sæculari, non autem coram subconservatorium, nisi hoc habeant ex indulto Sedis Apostolicæ.*

23 *Accusator in criminalibus forum Rei sequi debet.*

24 *Reus, si vigere sua exceptione agat prevenienda actorem, vel imploret officium Judicis, sequi debet forum actoris.*

25 *Laicus pro rebus Clerici, vel Ecclesiæ, si id non neget, conveniri potest coram Judice Ecclesiastico.*

26 *Laici detinentes res Ecclesiæ, vel Clerici, dicuntur quasi sacrilegi, & malefactores Ecclesiarum.*

27 *Clericus agens rei vendicatione pro rebus suis, vel Ecclesiæ, potest convenire Laicum in foro Ecclesiastico, etiam cessante allegatione sacrilegij.*

28 *Ex quibus si agatur actione personali, ut ex legato, vel locato.*

29 *Actio ex locato, quamvis non sit in rem scripta, tamen propter concursum realis trahitur ad ejus naturam.*

30 *Clericus in causa merè civili potest convenire Laicum coram Judice Ecclesiastico, sive a se habeat consuetudo.*

31 *Consuetudo in ordine judiciorum potest disponere contra Ius commune.*

32 *Consuetudo trahendi Laicos ad forum Ecclesiasticum ex qua causa fuerit introducta.*

33 *Clericis ex stylo Curiæ indistinctè dantur litteræ contra Laicum super quacunque quæstione, sive Iudices sæculares sint negligentes, sive non.*

34 *Et Laico opponenti declinatoriam fori, & appellanti non dantur litteræ in causa appellationis.*

34 *Nec Iudex sæcularis potest inhibere Laico, ut respondeat coram Ecclesiastico.*

36 *Religiosi Societatis Iesu, & eorum familiares Clerici obtinuerunt litteras Conservatorias in omnibus*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nibus causis sive actores, sive reus forent.

37 *Laico contra Laicum Papa non concedit litteras, nisi in certis casibus.*

38 *Regularium an liceat in eorum causis civilibus petere Iudices, vel Conservatores à Magistratu seculari.*

39 *Constitutio Clementis VIII. de Conservatoribus an sit innovanda, & cum quibus additionibus, & clausulis.*

40 *Iudices in causis civilibus, ut deputari possint Regularibus à magistratu seculari, quæ debeant concurrere. & num. 45.*

41 *Regularium objecta ad Constitutionem Clementis VIII. de Conservatoribus.*

42 *Conservatores an possint vices suas alteri committere.*

43 *Constitutio de Conservatoribus compilatus in sacra Congregatione Concilij.*

44 *Regulares agentes contra Laicum, an, & quando teneantur sequi forum Iudicis laici.*

45 *Regulares quibus concurrentibus possint petere judices in jure causis civilibus à Magistratu seculari.*

46 *Universitates generales an sint comprehendendæ in Bulla de Conservatoribus.*

47 *Conservatores Regularium an possint procedere per censuras contra Ordinarium.*

48 *Et an possint exercere jurisdictionem extra locum in quo sunt deputati.*

49 *Post Bullam de Conservatoribus an sint iterum eligendi.*

50 *Et eorum mutatio qualiter fit permittenda.*

51 *Regulares, Conservatoribus ab officio suspensis, coram quo conveniri debeant.*

52 *Episcopi, & eorum Vicarij an possint eligi in Conservatores Regularium.*

53 *Constitutio Clementis VIII. de Conservatoribus an sit contra Concilium Tridentinum.*

54 *Regularia loca in quibus censeantur exempta à Concilio Trident. in materia Conservatorum.*

55 *Conservatores Regularium an debeant esse judices Synodales.*

56 *Canonici Cathedralium de jure communi non possunt eligi Conservatores, secus post Constitutionem de Conservatoribus.*

57 *Conservatores, ubi non extant judices Synodales, quomodo eligendi. & num. 59.*

58 *Matrimonia ubi non extant Parochi, qualiter sint contrahenda.*

SI CLERICUS. Laicus, à quo Clericus, vel Ecclesia rem vendicat, debet coram suo judice laico conveniri. Sic summatur secundùm Joann. Andr. & DD. communiter, sed secundùm Abbat. cui subscribunt Alexand. de Nævo, & Felin. hoc intendit. Super re Ecclesiæ, vel Clerici potest Laicus coram Ecclesiastico judice conveniri; sed si probabiliter rem neget esse Clerici, vel Ecclesiæ, ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandam convenitur coram suo judice. Ponit dictum, rationem dicti, & contrariam localem consuetudinem, & partes patent.

1 Nota primò, Laicum conveniri posse coram judice ecclesiastico, ubi agitur de rebus ecclesiæ, vel Clerici, & pondera quatuor casus, quos in hoc decidit hæc Decretalis secundùm Antonium de Butr. *num.* 1. Imol. *num.* 2. & Alexand. de Nævo. *num.* 1.

Primus est, quando Clericus agit super re propria, vel ecclesiastica, & constat rem esse ecclesiæ, vel propriam ipsius Clerici, & cognoscit judex ecclesiasticus. Et colligitur hic primus casus ex hac Decretali; quia si judex ecclesiasticus cognoscit, quando laicus non negat rem esse Clerici, vel ecclesiæ, à fortiori cognoscere debet quando de hoc constat: & hoc tenet Innocent. *hic in princip.* Secundus casus est, quando Laicus non negat rem esse Ecclesiæ, vel Clerici, sed prætendit se aliter non teneri restituere: & eodem modo cognoscit judex ecclesiasticus: & hic casus decidit hic à contrario sensu; nam si judex sæcularis cognoscit, quando Laicus negat rem esse Clerici, vel ecclesiæ, ut hic decidit: ergo à contrario, si id non neget, jurisdictio ad judicem ecclesiasticum pertinebit. Tertius casus est primo oppositus, quando constat rem non esse Ecclesiæ, vel Clerici; & tunc cognoscit judex sæcularis, & habet locum regula: Actor sequitur forum Rei. Et hic casus deciditur in hoc Capitulo ex majoritate rationis, & à fortiori: nam si jurisdictio est judicis laici quando dubium est, an res sit Ecclesiæ, vel Clerici, multò magis idem erit dicendum, quando apparet rem non esse ecclesiasticam, aut propriam ipsius Clerici. Quartus denique casus est, quando dubium est an res sit Ecclesiæ, vel Clerici, & Laicus conventus alleverat rem esse suam: & adhuc cognoscit judex sæcularis. Et hic est proprie casus hujus Decretalis. Quod tamen intellige, ut dicam *infrà in 3. notab. vers. Tertia principalis opinio, num. 10. & num. 13.* Item intellige hoc verum, dummodo laicus, qui negat rem esse Clerici, vel Ecclesiæ coram judice ecclesiastico protestetur, se per hoc non intendere in ejus jurisdictionem consentire, nec litem contestari, ut in cap. *Inter monasterium, infrà de sentent. & re judicat.* aliàs enim si Laicus respondendo excipiet res petitas à Clerico non esse ecclesiæ, sed suas, & hoc sine protestatione, facta esset litis contestatio, & oporteret eum coram ecclesiastico judice respondere. Cap. *Infinuante, suprà de offic. deleg.* secundùm Petrum de Sampsone, & Abbat. Antiq. *hic in ver. Asseveret*, vel certè, & melius, ut hic dicebat Goffred. Laicus alleverabat res esse suas ad fori exclusionem, non ad judicij ordinationem. Et idem dixerunt Petr. & Abb. proximè citati, & post eos Hostiens. *nu. 1. in ver. Asseveret*, Joan. Andr. *nu. 2. in eodem ver.* Butr. *nu. 5.* Alex. de Nævo *num. 9.* & Abb. Siculus, qui propterea in Summa hujus textus cautè apposuit verba illa: *Ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandam.* Unde notabiliter concluditur, per negationem non induci litis contestationē, quando negatio concernit non solùm negotium principale, sed etiam jurisdictionem, & competentiam judicis, ut post Petr. de Anchar. *hic* notat Joan. de Anan. *num. 4.*

3 Secundò nota, ex negatione rem fieri dubiam. cap. *Pisanis, cum ibi not. de restitut. spoliat. l. 3. C. Quibus ad libert. proclam. non lic.* not. gloss. in cap. *Venicus, de renuntiat.* glos. magna in cap. 1. *de offic. Deleg. lib. 6.* & glos. 4. in l. *Plures, C. de fid. instrument.* Hostiens. *hic num. 1. in verb. Non Ecclesia*, Joan. Andr. *nu. 2. in eod. verb.* Abb. *num. 4.* &

& Felin. *num. 1.* Et colligitur ex hac Decretali, quia dum decidit cognitionem ad judicem sæcularem spectare, si Laicus neget rem esse Ecclesiæ, vel Clerici: satis innuit ex hujusmodi negatione, rem dubiam reddi: aliàs enim si certum esset, rem esse Ecclesiæ, vel Clerici, non cognosceret Judex sæcularis, sed ecclesiasticus, ut dictum est *suprà in 1. notab. num. 1.* Quod tamen intellige, dummodo negatio sit verisimilis, seu probabilis, ut per Abbat. *dict. num. 4.* & Felin. qui alios citat *num. 1. vers. quinto fallit.* Secus si notorium esset rem esse Clerici, vel Ecclesiæ, quia tunc non prodesset Laico talis negatio, quin teneretur in foro ecclesiastico respondere, ut dicunt hic Anton. de Butrio in examinatione materiæ, Abbas *num. 4.* & Alexand. de Nævo *num. 5.* inferentes propterea, ut si petatur possessio Præbendæ, quia non potest esse non notorium in loco, quin possessiones sint præbendales, hujusmodi negatio non sufficit ex notatis per Innocent. in cap. *Venerabili, de consib.* & in cap. *Tua, de Cohabit. Clericor.* & in cap. *Novit. de Iudic. in fin.* Et generaliter notorium non inficit per negationem, probat textus in cap. *Super eo, de testib. cogen.* quem ad hoc ibi notat Abb. & in d. c. *Tua*, ubi similiter Abb. *in princ.* glos. & Bart. in l. *Post rem, ff. de transaction.* Felin. *hic nu. 1. vers. Fallit primò.*

Tertiò nota, quòd quando in libello proponitur certa qualitas, in qua consistit fundamentum jurisdictionis, puta quod res sint Clerici, vel ecclesiæ, non sufficit ad fundandam jurisdictionem sola allegatio illius qualitatis, si probabiliter negetur, ut per Butr. *hic num. 3.* Imo quod plus est secundùm Abbat. *num. 6.* & Alex. de Nævo *num. 8. in ultimo notab.* non sufficit sola allegatio sequuta negatione, etiamsi illa qualitas veniat postea probanda, & examinanda ad merita causæ, ut hic clarè probatur: nam ad merita causæ, & ad effectum ferendi sententiam venit hoc examinandum, an res petita sit ecclesiæ, vel Clerici. Et tamen hoc non sufficit ad fundandam jurisdictionem ecclesiastici, si hæc negetur. Quod est contra Bartol. in l. 2. *ff. Si quis in jus voc.*

8 Sed huic Theoricæ videtur obstare, quòd ubi negatur qualitas, vel causa jurisdictionem tribuens, potest judex ad fundandam suam jurisdictionem de causa illa, vel qualitate cognoscere, ut videat an sua sit jurisdictio, ut probatur in cap. *Super litteris, de rescript.* & in cap. *Cùm personæ, de privileg. lib. 6.* & not. in leg. *Si quis ex aliena, ff. de iudic.* & in d. leg. 2. *ff. Si quis in jus voc.*

9 Pro solutione DD. multùm se torquent, & in specie Anton. de Butr. materiam latissimè examinat à *num. 5.* sed ut dicit Abb. *num. 9.* procedit stylo intricato, & obscuro. Tu dic clarius. In hoc articulo sunt tres principales opiniones. Prima opinio est, ut sufficiat sola allegatio illius qualitatis, seu causæ deferentis jurisdictionem, licèt illa vera non sit, dummodo de hoc non constet, quia id, quod exprimitur in libello, habetur pro vero ad fundandam jurisdictionem. Ad quod facit l. *Cùm quædam puella, in fin. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* & hæc fuit aperta opinio Bart. in d. l. 2. *ff. Si quis in jus voc. non ier.* ubi decidit, ut si quis citatus in alieno territorio neget se ibi contraxisse, vel deliquisse, non propterea excludatur jurisdictio judicis, ut sit opus ut de hoc summariò cognoscatur. Idemque sentit Guido de Suza in Authen. *Qui in Provincia, C. Ubi de crimin.* agi oporteat, ubi dicit sufficere allegare commissum fuisse crimen in certo loco ad fundandam jurisdictionem judicis loci absque eo, quod aliter probetur, vel cognoscatur. Quod si postea apparuerit in processu causæ delictum non fuisse in ibi commissum, processus non valebit, ut C. *Si à non competen. Iudic. per tot.*

Secunda principalis opinio fuit Jacobi de Arena, quam ponit Lapus *sua alleg. 58. incip. Prælatus*: dicit enim sufficere, ut causa, vel qualitas jurisdictionem tribuens allegetur, & postea probetur. Et adversarius, si illam neget, gravatur onere probandi, quia ex productione libelli fundata est intentio, ut d. l. *Cùm quædam puella, in fin.* Verùm hæ duæ opiniones aperte pugnant cum hac Decretali, ubi non fundatur jurisdictio judicis ecclesiastici ex sola allegatione, quòd res sit Clerici, vel ecclesiæ, si adversarius hoc neget, nec negans aggravatur onere probandi suam exceptionem qualitatis negativam.

Præterea hoc modo esset in facultate actoris allegando causam, vel qualitatem concludentem jurisdictionem, subjicere rem jurisdictioni judicis non sui, vel eum aggravare onere probandi defectum qualitatis, seu causæ jurisdictionem concludentis, quod esset absurdum. Unde merito hujusmodi opiniones hic refellunt Butr. *num. 5. vers. Non placet mihi opinio*, & Abb. *num. 9. vers. Vnde ista opiniones non placent*, & communiter DD. & contrarium scripsit idem met Bart. in leg. *Præscriptiones, C. Si contra jus vel util. publ.* ubi tenet de hac qualitate debere priùs summariè cognosci. Et ad text. in l. *Cùm quædam puella, in fin. de jurisdict. omn. Iudic.* responde, ut per Butr. & Abb. *loc. cit.*

10 Tertia igitur principalis opinio est, ut sola negatio non excludat funditùs jurisdictionem judicis, sed tantùm impediat processum super principali, adeò ut non teneatur reus respondere ad libellum, nisi priùs summariè cognoscatur de illa qualitate jurisdictionem tribuente, puta quòd res sit Clerici, vel ecclesiæ secundùm terminos hujus Decretalis. Hæc tertia opinio originaliter fuit Goffredi, quam hic post multa sequuntur Butr. & Abb. *loc. cit.* & idem Butr. Imol. & Gemin. in dicto cap. *Super litteris de rescript.* & alij citati à Felin. *hic num. 2. in 2. limitatione*, ubi dicit hanc esse communem opinionem, pro qua optimè faciunt jura, quæ generaliter dicunt, judicem, cujus jurisdictio negatur, cognoscere posse an sua sit jurisdictio, ut in dicto cap. *Super litteris*, cum alijs suprà allegat. Quemadmodum res si negetur esse feudalis, de hoc primò cognosci debet an sit feudalis secundùm Innocentium in cap. *Caterum, suprà eodem.* Item si quis alienæ jurisdictionis citatus compareat, & dicat se non contraxisse, vel non deliquisse in loco, vel territorio, ubi citatur, debet ante omnia discuti summariè; an ibi contraxerit, vel deliquerit sine præjudicio principalis quæstionis; & si constiterit ipsum ibi contraxisse, vel deliquisse, procedetur postea in principali, ut dicunt Innocent. in d. cap. *Super litteris* Archid. & Joan. Andr. in cap. *Romana, §. Contrahentes,*

bentes, eodem tit. lib. 6. Joan. Calder. in cap. 1. *de raptor.* & Cyn. in leg. *Præscript. C. Si contra jus, vel utilit. public.* Et est communis opinio, ut testatur Marian. Socin. in cap. *fin. post num. 9. vers. Circa decimamquartum, infrà eodem.* & Jul. Clar. *in praxi, §. fin. quæst. 38. num. 12. vers. Viterim quæ-*

14 *re.* Et eodem modo si coram Conservatore Apostolicæ Sedis, qui potest tantùm cognoscere de manifestis injuriis, ut in cap. 1. & in cap. *fin. de offic. deleg. lib. 6.* negetur offensa notoria; probationes recipiet Conservator, an factum sit notorium, ut sic videat an sua sit jurisdictio, ut dicit glos. in dicto cap. 1. *in ver. Conservatores, vers. Sed quod si negetur.* Et idem voluit Archid. 1 cap. *Romana, §. Notoria, de crimin. lib. 6.* Ibi enim decidit textus, Archiepiscopum in visitatione Provinciæ posse punire notoria crimina subditorum suorum suffraganeorum. Quærit Archid. quid si crimina negentur notoria? & resolvit Archiepiscopum posse de hoc summariè cognoscere ad jurisdictionem suam fundandam per jura generalia suprà allegata. Ita ergo di-

15 cendum in proposito; unde quod deciditur in hac Decretali, ut judex sæcularis cognoscat rem esse Clerici, vel ecclesiæ, intelligi debet procedere, nisi Clericus, qui allegat qualitatem jurisdictionem tribuentem, offerat se illa probaturum: tunc enim judex ecclesiasticus summariè cognoscet de qualitate illa, ut videat an sua sit jurisdictio. Et si constiterit rem esse ecclesiæ, vel Clerici, procedet super principali; sin minus, remittet partes ad judicem sæcularem. Et ita denegatio qualitatis jurisdictionem deferentis, cùm de hac notoriè nò constat, hoc tantùm operatur, ut laicus interim non teneatur in foro ecclesiastico respondere, donec judex ecclesiasticus qualitatem illam summatim examinaverit, & pronunciaverit suam esse jurisdictionem. Et ita intellige hunc textum secundùm communem, & veriorem opinionem.

16 Declara modò hanc conclusionem, ut procedat si jurisdictio fundetur super vera existentia qualitatis; tunc enim negatio impedit processum in principali, donec judex cognoverit an sua sit jurisdictio: secus si jurisdictio fundetur super hac dubietate qualitatis jurisdictionem tribuentis; quia tunc negatio nihil operatur, sed sufficit qualitatem illam in libello allegare, secundùm distinctionem Anton. de Butr. *hic sub num. 6. vers. Dic quòd si qualitas allegatur;* & Abbat. *sub num. 12, vers. Aut enim fundatur jurisdictio.* Roman. *cons. 208. incip. Hæc impetratio, in fin.* exemplum si negetur Clericatus, vel res Spirituales, ut in cap. *Si judex laicus, de sentent. excommunicat. lib. 6.* Covarr. *de commun. practicarum quæstionum cap. 33. num. 1.* vel contractus esse usurarius, & in cap: *Illorum, de pignor.* & in cap: *Ad nostram, de empt. & vendit.* aut contractus matrimonij, ut in cap. *Tuam, de ordin. cognit.* cap. *Latur.* & cap. *Causam, il secondo, Qui fil. sint legitim.* cap. *In Canonibus, 16. quæst. 1.* Concil. Trident. *sess. 24. de Sacram. matrim. can. ultim.* In his enim casibus, & alijs consimilibus, in quibus sola dubietas fundat jurisdictionem judicis ecclesiastici, negatio qualitatis nihil prodest laico, quominus illum teneatur in fo-

18 ro Ecclesiæ respondere. Et idem in casu sacrilegij secundùm Butr. & Abb. *in 2. membro principali:* & ita procedit quod not. Vincentius in cap: *Conquæstus, infrà eodem:* nam secundùm eum si laicus neget raptum, vel invasum in bonis Ecclesiæ, judex ecclesiasticus cognoscet donec constet suum non esse jurisdictionem; & tunc condemnabit Clericum in expensis, & remittet ad judicem suum, cap. *Vt debitum,* & cap: *Cum specialis, de appellat.* Et hic etiam procedit quod not.

19 Innocentius in cap: *Cùm sit, infrà, eodem:* nam ut ipse dicit, Clericus agens contra laicum coram judice ecclesiastico super oppressione, vel fraude, vel illicito contractu, in quibus casibus in dubio fundatur jurisdictio judicis ecclesiastici, ut ibi not. debet in petitione mentionem facere de oppressione, vel fraude, aut minus legit. mo contractu, & super illa causa fundare suam intentionem, etsi pars adversa neget, nihilominus procederur in causa principali. Et si non probaverit fraudem, vel illicitum contractum, absolvetur reus ex illa causa, sed iterum poterit agere ex alia, ut leg: Et *an eadem ff. de except. rei judic.* Quod ipsum sentit idem Innocentius in cap. *Cæterum, suprà tit: prox.* quando Clericus dicit se spoliatum, & Laicus negat, ut fi est dubium, cognoscat judex etiam de principali, sequitur Lapus *allegat. 38. Prælatus, num: 4. vers. In contrarium, & num: 5.* Ita etiam circa immunitatem ecclesiæ, si dubitetur an sit locus remissionis, nec ne, ad judicem ecclesiasticum spectat cognitio, ut deciditur novissimè in Constitutione Gregorij XIV. quæ incipit: *Cum alias nonnulli, edita 9. Kalend. Iunij* 1591. quicquid ante Bullam dixerit Julius Clar. *in §. fin: quæst: 32. num. 20.* In his plane casibus negatio rei non proficit, quia sola dubietas fundat jurisdictionem ecclesiastici.

20 Quartò nota regulam generalem, quòd actor sequitur forum rei, ut hic, & in cap: *Cum sit generale, infrà eodem,* & in l. *ultim. C. Vbi in rem actio,* cum multis concordant: de quibus hic per glos.

21 *in ver: Actor.* Et consequenter Clericus cum agit contra Laicum, potest, & debet litigare coram judice sæculari, ut est text. hic, & judex Laicus hoc casu poterit condemnare Clericum in expensis, si in causa succubuerit, vel contumax fuerit, secundùm Petrum de Anchar. *num: 2. in 2. notab.*

22 Et procedit hæc regula etiam in Regularibus, qui si agant contra Laicum, tenetur eum convenire coram judice sæculari, non autem coram suis Conservatoribus, cap: 1. & cap: *fin: vers: Vt autem Conservatores, de offic. deleg: lib: 6.* nisi hoc habeant ex speciali Indulto Sedis Apostolicæ, sicuti habent Religiosi Societatis Jesu, per Conservatoriam, quam super hoc impetrarunt à Pio V. *8. Kalend. Iunij, Pontif. anno* 3. ut in litteris expeditis in forma; *Rationi congruit,* à Gregorio XIII. in Constitutione, quæ incipit: *Æquum reputantes, idem 8. Kalend. Iunij* 1572. *in Bullar. pag. 361. tom. 2.* Quæ tamen litteræ hodie redactæ sunt ad formam Constitutionis Gre-

23 gorij XV. de Conservatoribus, ut inferius patebit. Item procedit regula supradicta non solùm in civilibus causis, sed etiam in criminalibus, ut in leg: *In criminali, C. de Iurisd. omn. Iudic.* ubi dicitur: in criminali negotio rei forum accusator sequatur, glos. *hic in ver. Actor.* dum allegat illum text. & Joan. Andr. *num. 5. in glos. 1.*

Rursus

24 Rursus procedit eadem regula, etiam si reus, cui competit exceptio vigore suæ exceptionis agat præveniendo Actorem, vel implorat officium judicis, ut not. Bart. in l. *Societatem, §. Arbitrorum, ff. Pro Socio,* Feder. de Sen. *consil. 237. factum tale est.* Quidam nomine Thomeus in fin. Joan. de Anan. *hic nu.* 1. Roman. *cons.* 412. *pro habenda. in princ.*

25 Quintò nota limitationem ejusdem regulæ, ut non procedat quando Clericus agit contra Laicum pro rebus Ecclesiæ, vel suis, idest patrimonialibus, seu peculiaribus ipsius Clerici, ut *inst. de pecul. Cleric. per tot.* secundùm Hostiens. Joan. Andr. & Bellam. *hic* omnes *in princip.* in verb. *Suu*: nam si Laicus id non neget, trahi potest à Clerico agente ad judicem ecclesiasticum,

26 ut hic deciditur secundùm omnes. Rationem hujus limitationis affignat Abb. *hic in 1. not. n. 2.* quia ex mala detentione, quæ in dubio præsumitur, cùm res sit Ecclesiæ, arg. c. *Nulli,* & c. *Qui abstuler, 12. quæst. 2.* & cap. *Episcopi,* cum ibi not. per Innocent. *de reb. Ecclesiæ non alienand.* causatur quoddam sacrilegium, cujus ratione etiam Ecclesia sibi vendicat jurisdictionem, c. *Cùm sit,* & cap. *Conquæstus, infr. eod.* cum similib. Item possunt tales dici male actores Ecclesiarum ex injusta detentione istarum rerum; & ideo est in optione actoris coram quo judice velit illos convenire, ut in d. cap. *Cùm sit.* Similiter detentores rerum ipsius Clerici, idcirco conveniri possunt in foro ecclesiastico, quia quasi sacrile-

27 gi sunt censendi. Ad quod Abbas allegat quod not. Innocen. in cap. *Cæterum, supra de iudic.* ubi dicit Clericum spoliatum convenire posse suum spoliatorem coram judice ecclesiastico, quia sacrilegium est quoddam crimen ecclesiasticum, cap. *In Canonibus, 16. quæst. 1.* & ita secundùm Abbatem laicus in casu hujus cap. Non trahitur ad judicem ecclesiasticum præcisè ratione veri sacrilegii, sed quasi sacrilegii, & læsionis, quæ infertur Ecclesiæ ex injusta detentione rerum ecclesiasticarum. Et idem concludit sub *n. 12. in fin. vers. Ideò puto,* & sequitur totidem verbis Alex. de Nævo *nu. 2.* & Felin. *num. 4. vers. Secunda Conclusio,* ubi similiter tenet etiam cessante allegatione sacrilegii posse Laicum à Clerico agente rei vendicatione pro re propria, vel Ecclesiæ coram Episcopo convenirì.

28 Quinimò procedit hæc conclusio qualitercunque agatur de rebus Ecclesiæ, vel Clerici, etiam si agatur actione personali, ut ex locato, vel legato, ut tenet Innoc. *hic in princip.* ait enim si constat rem esse Ecclesiæ, etiamsi laicus possideat, coram judice ecclesiastico agi debet, putà si agatur ex locato, vel legato, & similibus. Et hic secundùm eum laicus trahi potest ad judicem ecclesiasticum non solùm quando agitur rei vendicatione, sed etiamsi agatur alia actione personali occasione rei ecclesiasticæ: secus si ageretur actione personali, & non de re ecclesiastica, quia tunc sæcularis cognosceret. Et ita potest intelligi Innoc. & in cap. *Cùm sit generale, infr. eod.* ubi videtur contrariari dicto suo hic, *prout* expresse declarat illum Abb. *num. 12. vers. Ideò puto,* & ita etiam illum intelligit Cardin. *nu. 4.* ubi salvando Innoc. ab impugnationibus Host. & Joan. Andr. dicit illius dictum procedere in actione locati, quam intentat Clericus contra Laicum de rebus Ecclesiæ, vel Clerici, & Laicus id fateatur, tunc enim actio locati licet personalis, tamen quia in rem scripta (idest ad rem intentatur, quia revera est merè personalis, ut hic per Imol.) quoad sortiendum forum censetur realis, cap. *Ex parte, infr. eod.* Cùm autem igitur realiter de Ecclesiæ, cognoscit ecclesiasticus, ut clare hic probatur. In legato autem minor subest difficultas, quia pro eo competit etiam rei vendicatio, ut l. 1. C. *comm. de leg.* & hic si non negatur legatum, potest agi coram ecclesiastico. Ita Cardin. subdens se ita in facto consuluisse post longas altercationes, & sequitur Fe-

29 lin. *hic nu. 4. vers. Amplia etiam,* ubi dicit, quando laicus fatetur rem esse Ecclesiæ, concurrere rei vendicationem cum illa actione personali, adeo ut actio ex legato, quam vis non sit in rem scripta, tamen propter concursum realis trahatur ad ejus naturam, ut in l. *Qui fundum, §. Si tu ex parte, ff. ad l. Falcidiam,* & ibi Dyn. & Bart. & hoc secundùm Felin. intendit Cardin. dùm requirit, ut agatur ne dùm ad mercedem, sed etiam ad rem: nam si ad mercedem tantùm ageretur, actio esset merè personalis, & laicus conveniendus esset in suo foro, juxta regulam hujus Decretalis.

30 Sexto nota aliam limitationem ejusdem regulæ, quæ habetur *hic in fin.* videlicet, quando obtinet consuetudo, ut reus sequatur forum actoris, & laicus in causa merè civili per judicem

31 ecclesiasticum judicetur; Et hic nota consuetudinem posse in ordinem judiciorum disponere contra jus commune: de quo in cap. *Cùm contingat, infr. eod.* Et not. hic Joan. de Anan. *n. 3. vers. Nota istam regulam.* Quæ quidem consuetudo, ut hic dicitur, plerisque in partibus obtinuit, ut Parisiis, cap. *Quod Clericis, infr. eod.* secundùm Joan. Andr. *hic numer. 4.* in verb, *Parisius.*

32 Et causa introductionis secundùm glos. fin. hic fuit negligentia judicum sæcularium in administranda Clericis justitia, ut in juribus citatis in glos. sequitur Abbas *num. 7. vers. Vnde habuit ortum hac consuetudo,* suadit tamen notabiliter

33 glos. per allegata, sive judices sæculares sint negligentes, sive non, Papam concedere quotidie litteras Clerico contra Laicum super quacunque quæstione. Et patet in cap. *fin. supra. de adven. Iud. mut. caus. fact.* & in cap. *Constitutum de restit. in integr.* secundùm Hostiens. qui similiter dicit Papam concedere litteras Clerico contra Laicum rota die: Romana enim Ecclesia in concessione litterarum contra Laicum præscripsit hanc consuetudinem, ut dicit Bellam. *hic numer. 2. vers. Et nedum Romana Ecclesia.* Et ita indistinctè servari ex generali stylo Curiæ testatur Abb. *numer. 7. vers. Dicit tamen unum notabile verbum,* de quo stylo meminit etiam Butr.

34 *num. 12.* Idem not. Archid. in cap. *Indicatum, 89. dist.* ubi refert se vidisse hoc de facto in quadam causa, additque notabiliter hoc adeo verum esse, ut si reus exciperet causam esse prius tractandam in suo foro, & appellaret, non darentur litteræ in causa appellationis, ut dicit se expertum. Et huic stylo suffragatur cap. *fin. de Iudic.* secundùm Abb. & idem not. Specul. *in tit. de competen. Iudic. §. Regulariter, in princ.* & clarius in *vers. 30. & vers. seq.* qui similiter ampliat hoc procedere etiamsi judex sæcularis,

& laicus conventus se paratos offerrent ad exhi-
35 bendam justitiam: nam per hoc non impediretur jurisdictio delegati Papæ, nec potest hoc casu judex sæcularis inhibere laico, ne respondeat coram ecclesiastico, ut ibi notatur. Idemque tradit Host. *in Summ. hujus titul. §. 2. vers. Ex præmissis*, & sequitur Abb. *hic d. num. 7.* & Felin. *nu. 1. vers. Dixeram olim.*

36 Quinimo Papa non solum dat litteras Clerico in particulari contra laicum per modum rescripti, sed aliquando etiam concedit litteras in genere per modum privilegii perpetui, ut patet in litteris Pii V. quarum superiùs meminimus, *num. 22.* in quibus dantur Conservatores, & Judices ordinarii Societati Iesu, & eorum familiaribus Clericis in quibuscunque causis tam civilibus, quàm criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conventi rei forent.

37 Quid in causa feudali? vide *hic* per Abb. *numer. 7. vers. Hæc communiter dictum limito*: Laico autem contra laicum, Papa non concedit litteras, nisi in casibus notat. in cap. *Cum sit*, cap. *Licet*, & cap. *Ex tenore, infra eod.* secundum Abb. *eod. num. 7. vers. Et nota bene hanc glos.* de quo Host. *hic in fin. in verb. De consuetudine, vers. Et nunquid laico*, remittit adnot. in cap. *Innotuit, de arbitr.*

38 QUÆRO an regularibus liceat in eorum causis civilibus petere Judices, vel Conservatores à Magistratu sæculari; & an expediat innovare Constitutionem Clem. VIII. de Conservatoribus, & cum quibus additionibus, & clausulis.

Huic quæstioni causam præbuit Senatus, N. qui nuper cœpit deputare Regularibus Conservatores in omnibus causis tam activè, quàm passivè. Hoc autem habet difficultates infrascriptas, & Primò, Magistratus sæcularis dat hujusmodi Conservatores, qui non nisi à Sede Apostolica concedi consueverunt, c. 1. & cap. *fin. de offic. deleg. lib. 6.* Secundò Senatores laici inhibent Ordinario ecclesiastico ne in causis Regularium ad ejus forum pertinentibus procedat, contra c. *Seculares judices, de for. comp. lib. 6.* cap. *Si quis*, cap. *Omnes*, & cap. *Solite, supra de major. & obedien.* & cap. *Monachi, infra de sent. excomm.* unde crebra oriuntur diffidia, & contentiones inter Ordinarium ecclesiasticum, & Judices sæculares.

Tertio Regulares confugiunt ad judices Laicos contra Bullam Cœnæ.

Quartò præbetur illis occasio vagandi in Curiis, & Tribunalibus sæcularibus, contra c. *Sed nec procurationes, ne Cleric. vel Monach.* cum concord.

Quintò dantur Conservatores sive regulares sint actores, sive rei; cùm tamen neque ex juris communis dispositione, ut in d. cap. 1. & *fin.* nec in vim generalium privilegiorum eis liceat alios convenire coram suis Conservatoribus.

Sextò Conservatores à laicis deputati procedunt etiam in causis spiritualibus, contra c. *Decernimus, de iud.* & c. *fin. de for. compet. lib. 6.* Et inter personas ecclesiasticas, contra c. *Nullus judicum, supr. eod.*

Ac denique aliis omissis actus omnes coram dictis Conservatoribus gesti ex defectu jurisdictionis sunt nulli, d. c. *fin. in fin. de off. deleg. lib. 6.*

39 Quamobrem ut huic malo occurratur antequam latiùs serpat, proposui deliberandum in Sac. Congregatione Concilii, An expediat innovare Constitutionem, seu decretum Clem. VIII, editum 19. Martij 1591. quo priùs revocantur, atque irritæ declarantur, & subreptitiæ quæcunque Judicum, seu Conservatorum deputationes, qui qualitates non habent requisitas, & descriptas in Constitutione Bonifacii VIII. quæ incipit, Statutum, Quique etiam in Conciliis provincialibus, aut diœcesanis juxta decretum Concilii Tridentini electi, & delignati non sunt; præterquam quoad negocia jam cœpta, vel quoad ea, in quibus hujusmodi deputationes suum sunt fortitæ effectum: Ac deinde statuitur, ut deinceps dictæ litteræ conservatoriæ non aliis dirigantur, quàm habentibus qualitates suprascriptas, alioquin nullius sint roboris, vel momenti.

Rursus deliberandum an expediat addere Constitutioni Clementis, sequentia Capita.

Primum, ut Regulares, qui litteras conservatorias aliter, quàm juxta formam superiùs præscriptam impetrant, vel Conservatores deputant, ipso facto censeantur privati voce activa, & passiva, & eorum conventus careant Conservatore ad tempus à S. Congregatione præscribendum, ita ut interea coram locorum Ordinariis conveniantur.

Secundò, ut infra mensem à die intimationis Religiones omnes in Italia debeant sibi eligere Conservatores secundum formam superiùs propositam; alioquin elapso mense, conveniri possint coram Ordinariis juxta decretum Gregorii XIII. hac de re editum.

Tertiò, ut Conservator semel legitimè deputatus infra quinquennium mutari, seu amoveri non possit, ut etiam statuitur in eodem decreto Gregorii. Hic considerandum an excipiendæ sint mutationes, seu remotiones Conservatorum, quæ fiunt ex rationabili causa diuturnæ absentiæ, infirmitatis, & similium: & coram quo Regulares de hujusmodi impedimentis docere debeant.

Quartò, ut Regulares possint quidem, ac debeant conveniri coram suis Conservatoribus, sed non possint alios convenire; atque ita ut Conservatores jurisdictionem non habeant nisi in causis, in quibus Regulares sunt rei.

Quintò, ut Conservator, qui suos limites excesserit, sit per annum ab officio suspensus, & pars, quæ hoc fieri procuraverit, excommunicationem incurrat, sicuti disertis verbis statuitur, in dicto cap. *fin. vers. Vt autem Conservatores, de offic. deleg. lib. 6.*

Sextò, quia Regulares actores tenentur sequi forum rei, & si reus sit laicus, coguntur coram judice laico litem agere, ut hic: non videtur incongruum, ut in causis activis petant à Senatu judicem non suspectum; ideoque deliberandum videtur, An expediat in eadem Constitutione præservare Regularibus jus petendi in dictis causis judices cum infrascriptis conditionibus, & non alias.

40 Prima Conditio, ut hæc judicis deputatio fieri non possit à sæculari Magistratu, nisi cùm Regularis agit contra Laicum, juxta textum hic; non autem ubi agit contra personam ecclesiasticam, aut aliàs exempram à sæculari jurisdictione,

ne, cap. *Clericis, de Iudic.* & cap. *Si diligenti, infra eodem.*

Secunda conditio, ut causa, pro qua judex deputatur, non sit spiritualis, sed talis, in qua laicus sit judex competens, ut in cap. *Cum sit generale. infra eodem.*

Tertia, ut deputatio non fiat ad universitatem causarum, quia hac generali deputatione Regulares aburi possent etiam in causis spiritualibus, vel in quibus ipsi aut non agerent, sed convenirentur, aut certè agerent contra personam ecclesiasticam vel exemptam. Vel saltem si sic eis permittenda impetratio judicis, etiam ad universitatem causarum, videtur addenda declaratio, dummodo tamen Regulares non sint rei, neque agant contra personam ecclesiasticam, neque causa alioqui sit spiritualis.

Ultima Conditio, ut judex sic deputandus, non conservator, sed Iudex simpliciter appellari debeat.

41 Plura fuerunt aliàs opposita à Regularibus eidem Constitutioni Clementis VIII.

Primò, quod esset regula Cancellariæ, & ideo expirasse per mortem Pontificis.

Secundò, quod nunquam fuisset usu recepta.

Tertiò, quod non sustulerit contrariam Regularium consuetudinem.

Quartò, quod fuerit abrogata ex confirmationibus privilegiorum, quas post illam Regulares à Sede Apostolica obtinuerunt.

Quintò, quod verba illa Constitutionis *Quique etiam in Conciliis electis, & delignati sunt*, essent intelligenda disunctive, non autem copulativè.

Sextò, quod non haberet locum nisi in Conservatoribus deputatis ad præscriptum juris communis, non autem iis, quos eligunt sibi Regulares in vim privilegiorum.

Septimò, quod multa contineat absurda, & in specie quod nec Episcopi, nec Cardinales possint eligi in conservatores, cùm ipsi non eligantur, aut delignentur in Synodis.

Ultimò, quod sit nimis onerosa Regularibus, cùm in Synodis non delignentur nisi ab Episcopis dependentes, qui propterea Regularium privilegia vix conservabunt.

Prima oppositio tollitur condendo Constitutionem perpetuam.

Secunda innovando Constitutionem Clementis VIII.

Tertia derogando contrariæ Consuetudini.

Quarta derogando contrariis privilegiis.

Quinta declarando illa verba esse intelligenda copulativè, cùm verè alio modo intelligi non possint.

Sexta declarando Constitutionem habere locum in Conservatoribus electis, seu eligendis tam ex præscripto juris communis quàm in vim privilegiorum, cùm re vera alio modo vix possit intelligi.

Septima excipiendo nominatim Episcopos, vel illis majores sicuti sunt excepti in decreto Concilii *cap. 5. o. sess. à 5.* ibi: *ut præter Ordinarios locorum.* Ad quod quidem decretum dicta Constitutio habet relationem.

Ultima oppositio non videtur obstare, quia ita lex scripta est, & expedit ut conservatores tanquam legales, & idonei sint ab universa Synodo approbati.

42 Rursus quia præter abusus jam expressos dicitur irrepsisse etiam alius, ut quamvis Regulares initio Conservatorem deputaverint cum qualitatibus requisitis; tamen Conservatores sic deputati alios subdelegent isidem qualitatibus carentes: deliberandum an expediat addere hanc subdelegationem fieri non posse, nisi etiam subdelegati habeant qualitates expressas in Constitutione, ne fiat fraus Constitutioni: Quemadmodum S. Congregatio aliàs consulta an judices delignati in Synodo, si aliquo impedimento causas terminare non possunt, teneantur eas subdelegare personis isidem in Synodo deputatis: respondit non posse subdelegare aliis, quàm delignatis in Synodo. Verum quia in dicto cap. fin Conservatores prohibentur vices suas committere exceptis citationibus, & sententiarum denunciationibus; Si statuatur eos non posse subdelegare nisi cum qualitatibus præscriptis: facile hinc elicient indistincte licere sibi subdelegare. Unde cogitandum quibus verbis hæc clausula concipi debeat.

Cum de his postea actum esset cum SS. D. N. Gregorio XV. placuit Sanctitati Suæ ut Constitutio in S. Congregatione compilaretur. Ideoque injunctum est mihi, ut minutàm conficerem, ac per manus transmitterem.

43 Quæ pertinent ad Constitutionem edendam de Conservatoribus.

44 Cum Regulares actores teneantur sequi forum rei, ac si reus sit laicus, coguntur, circumscripta consuetudine, coram sæculari judice litem agere, juxta text. hic, in quadam Provincia observatum est, ut petant eo casu judicem non suspectum à sæculari Magistratu. Quæ quidem deputatio etsi hoc modo sit utilis Religionibus, nec repugnet sacris Canonibus; tamen Senatus N. hinc sumpta occasione cœpit ab aliquot annis deputare Regularibus Conservatores, in qua quidem deputatione multipliciter excedit limites suæ jurisdictionis: & aliis omissis quamvis judices deputandi pro Regularibus in casibus à jure permissis jurisdictionem non habeant, nisi cum Regulares agunt contra laicum: è contra verò Conservatorum jurisdictio non extendatur nisi ad causas, in quibus Regulares sunt rei: Magistratus tamen utraque potestate sibi vendicata, deputat Regularibus Conservatores in omnibus causis tam activis, quàm passi-
45 vis. Deinde quamvis, ut dictum est, liceat magistratui laico deputare Regularibus judices quoties ipsi conveniunt laicum; id tamen intelligitur in causis profanis tantùm, non autem in ecclesiasticis, in quibus sive Regularis conventatur, sive conveniat laicum, solus ecclesiasticus est judex competens, cap. *Decernimus, supra de Iudic.* & cap. *fin. de for. comp. lib. 6.* et idem est cum lis agitur inter personas ecclesiasticas, cap. *Nullus judicum supra eodem.* Et tamen Magistratus consuevit deputare Regularibus hos judices ad universitatem causarum, & postea judices sic deputati cognoscunt etiam causas spirituales, & inter personas ecclesiasticas. Quinimo sæpiùs auferunt inhibere Ordinario ecclesiastico, ut constitit ex pluribus inhibitionibus exhibitis. Hinc autem plura oriuntur inconvenientia, quæ aliàs considerata fuerunt in sac. Congregatione: ut patet ex dictis supra *num. 38.* Quibus videtur oppor-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

opportunè occurri posse per minutam Constitutionis de Conservatoribus per manus delatam: nam cum gravibus pœnis ordinetur, ut Regulares infra duos menses eligant Conservatores, qui non modo sint in ecclesiastica dignitate constituti, vel habeant qualitates Constitutionis Bonifacii VIII. quæ incipit *Statutum*. Sed etiam ut sint judices Synodales, neve semel electum possint infra quinquennium amovere, aut alium substituere: Hinc certè adimitur omnis facultas petendi Conservatores à sæcularibus magistratibus.

Præterea, quæ in eadem minuta per manus transmissa explicantur, videtur adhuc deliberandum de infrascriptis.

Primò an expediat præservare Regularibus facultatem, quam habent petendi judices à magistratu sæculari in casu, in quo ipsi sunt actores, & agunt contra laicum in causis profanis: An verò hæc facultas sit relinquenda juris communis dispositioni. Quod si placeat illam præservare, erit expressè declarandum ejusmodi judices deputari non posse nisi tribus concorrentibus. Primò ut Regulares sint actores, non autem reì: Deinde ut agant contra laicum, non autem contra clericum, vel aliàs exemptum à sæculari jurisdictione: ultimò ut causa, in qua judex deputatur, non sit spiritualis, sed talis, in qua laicus aliàs sit judex competens.

46 Secundò, cum universitates generales amplissimis gaudeant privilegiis, nec tamen in iis vigeant fortasse abusus, qui vigent in Conservatoribus Regularium; deliberandum erit an de illis sit facienda mentio in hac Constitutione, ficuti fit in Constitutione Clementis VIII. An verò potius Universitates sint silentio præteriendæ, aut excipiendæ, quemadmodum illas excipit Tridentinum Concilium *cap. 5. in fin. sess. 14.*

47 Tertiò, Tametsi Conservatores de jure facultatem habeant procedendi per censuras ecclesiasticas etiam contra Ordinarios, ut cap. 2. *de off. deleg. lib. 6.* & nonnulli Regulares specialibus super hoc Sedis Apostolicæ privilegiis sint muniti, ut Religiosi Societatis Jesu ex Constitutione 1. Gregorii XIII. *Æquum reputamus*, §. 3. *in Bull. tom. 2. pag. 361.* tamen quia in his coactionibus, & pœnis Pontificali dignitati plurimum deferendum est, cap. *Sane si secundo*, & cap. *Pastoralis, eodem tit.* & cap. *Quia periculosum, de sent. excomm. lib. 6.* & servandus ordo præscriptus in d. cap. 2. Ipsi vero Conservatores suæ facultatis habenas sæpe sæpius eo usque laxarunt, ut episcopos statim excommunicare sint ausi: deliberandum an ut eis prohibendum ne similia deinceps moliantur. Satiùs erit, ut loco hujus prohibitionis ponatur remedium arbitrorum, qui ex Concilio in d. *cap. 5. sess. 14.* jubentur eligi quoties contentio aliqua inter Conservatores, & Ordinarios exorta fuerit, & interea superfedeatur in causa.

48 Quartò, Accidit sæpe, ut Conservatores in una diœcesi deputati ad aliam evocentur ad cognoscendas Regularium causas: unde maxima confusio, & plura incommoda oriri solent. Quamobrem videtur hac quoque in parte innovanda Constitutio Bonifacii VIII. relata in cap. *fin. de off. deleg. lib. 6.* qua statutum est, ut Conservatores intra civitates, seu diœceses, in quibus fuerunt deputati, contra quoscunque procedere, aut aliquos ultra unam dietam à fine diœcesum eorumdem trahere non præsumant.

49 Quintò, Quia in hac Constitutione revocantur omnes deputationes Conservatorum, qui non habent qualitates requisitas in cap. *Statutum*, quique judices Synodales non sunt: ne detur occasio disputandi, an Conservatores hactenus deputati habeant dictas qualitates, nec ne: Considerandum an expediat absolutè revocare omnes, & quascunque Conservatorum deputationes, & statuere ut intra præscriptum terminum rursus eligantur cum qualitatibus superùs expressis: Anve è re sit nominatim dictas qualitates exprimere.

50 Sextò Examinandum, An cum in hac Constitutione Regulares prohibeantur infra quinquennium mutare Conservatorem semel electum, an erit addere clausulam, *nisi ex causa à Sede apostolica, aut à locorum Ordinariis, prout ipsis Regularibus libuerit, approbanda.*

51 Septimò, In Constitutione statuitur, ut Conservatores, qui suos limites excesserint, sint per annum ab officio suspensi. Deliberandum in hoc casu, in quo Regulares forte nihil peccant, an expediat statuere, ut ipsi coram locorum Ordinariis conveniantur: an verò hæc etiam sit relinquendus dispositioni juris communis, ac privilegiorum Regularium.

52 Ultimò cum Episcopi, illorumque Vicarii generales, atque horum Superiores non sint judices Synodales, & tamen absurdum videatur, ut non possint eligi in Conservatores: considerandum est, an de illis expressa mentio facienda sit ad omnem dubitationem submovendam.

Porrò pro publicatione Constitutionis adhuc duo puncta superiunt examinanda.

Primum est an Constitutio Clementis sit contra Tridentinum Concilium.

Secundum An expediat illam innovare in ea parte in qua decernit, ut Conservatores præter alias qualitates debeant esse judices Synodales.

53 Quoad primum Constitutio statuit, ut non modo Conservatores habeant qualitates requisitas & descriptas in Constitutione Bonifacii VIII. quæ incipit *Statutum*; sed etiam in Concilio Provincialibus, aut Diœcesanis, juxta decretum Concilii Tridentini electi, & designati sint. Putarunt quidam hoc loco Concilii Tridentini mentem supponere in Concilio Tridentino statutum esse, ut Conservatores eligantur & designentur in Synodis, duo jubet, ut Conservatores debeant in Synodis eligi, & deputari, juxta decretum Concilii: dicuntque Constitutionem hac in parte continere manifestum errorem, quia Concilium nullibi statuit, ut Conservatores eligi debeant in Synodis provincialibus, aut diœcesanis.

Sed certè alius est sensus Constitutionis: nam dum præcipit Conservatores habere hanc qualitatem, ut sint designati in Synodis juxta decretum Concilii: ubique Constitutio intellexit tantùm de illo Concilii decreto, quod loquitur de judicibus Synodalibus, idest de *cap. 10. sess. 25.* Nam Pontifex animadvertens aliquos minus idoneos sæpe in Conservatores deputari, ut pa-

tet ex proœmio Constitutionis, atque huic malo facile occurri posse, si nullus deputari possit Conservator nisi etiam sit judex Synodalis: ideò statuit, ut Conservatores non modo habere debeant qualitates cap. *Statutum*: sed etiam esse electi, & designati in Synodis, juxta decretum Concilii, idest esse debeant ex Iudicibus, quos Concilium præcipit in Synodis designari. Atque hic intellectus satis apertè colligitur, tum quia Constitutio exorditur iisdem verbis, quibus exorditur Concilium d. *cap. 10.* ubi de Iudicibus, non de Conservatoribus loquitur: Tum quia statuit, ut Conservatores habeant qualitates d. cap. *Statutum*, quod similiter non loquitur de Conservatoribus, sed de Iudicibus. Atqui ita Constitutio nullum continet errorem.

54 Alii censent ideo Constitutionem Clementis esse contra Concilium, quia in decreto *cap. 5. sess. 14.* quod de Conservatoribus loquitur, præservantur Regularia loca his verbis: *Universitates autem generales, & regularia loca &c, in præsenti Canone minimè comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse censeantur.*

Sed advertendum est decretum d. cap. quatuor præstare.

Primò enim statuit ut litteræ conservatoriæ nulli suffragentur, quominus in criminalibus, & mixtis causis coram Ordinario conveniatur. Et quoad hoc sicuti Concilium præservat Regulares, ita & Constitutio per manus delata, per quam Regulares conveniri possunt coram suis Conservatoribus, non autem coram Ordinariis.

Secundò Concilium statuit, ut in civilibus actores non possint alium trahere coram Conservatoribus: & in hoc quamvis postea excipiat Regularia loca: non tamen sequitur, Regulares sunt excepti à Concilio: ergo possunt alios trahere coram suis Conservatoribus; sed solum sequitur; sunt excepti à Concilio: ergo remanent in dispositione juris communis, & privilegiorum Apostolicorum. At neque ex juris dispositione, neque ex privilegiis Regulares, exceptis Jesuitis, possunt alios coram Conservatoribus convenire: ergo dum hoc ipsum statuitur in nova Constitutione, certe non solum nihil contra Concilium statuitur, sed neque contra jus commune, aut Sedis Apostolicæ privilegia. Tertiò statuitur Concilium, ne quis litterarum Conservatoriarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit. Circa quod nihil decernitur in præsenti Constitutione. Quartò denique statuit, ne liceat Conservatoribus judicibus habere Tribunal erectum. De quo similiter nihil cavetur in Constitutione. Unde sequitur, ut præsens Constitutio in nihilo pugnet cum decretis Concilii.

55 Quoad secundam experientia docuit tot scandala, & Controversias, quæ in dies nascuntur inter Conservatores, & Ordinarios, ut plurimum procedere ex Conservatorum imperitia. Unde sicut valde expedit, ut Conservatores sint habiles, & idonei ad ejusmodi munus obeundum, ita etiam videtur valde expedire; ut sint ex Judicibus Synodalibus; In Synodo enim consuerunt in Judices deputari quotquot magis idonei reperiuntur ad causas cognoscendas. Unde qui super sunt absurdum videtur, ut in Conservatores eligantur. Atque ita non obstat quod Regularium facultas restringatur. Imo etiam potiùs videtur aliqua ex parte ampliari; nam de

56 jure communi Canonici Cathedralium non possunt esse Conservatores, cap. *fin.* ubi not. glos. *in verb. Conservator, de off. deleg. lib. 6.* At possunt esse Judices ad præscriptum d. cap. *Statutum, de rescrip. eod. lib.* ut ibi statuitur. Cum autem in multis Diœcesibus non in universum, nisi duæ, aut tres dignitates, at multo plures Canonici, qui possunt in judices Synodales deputari: utique per hanc Constitutionem, quæ tribuit facultatem eligendi Conservatores dummodo habeant qualitates d. cap. *Statutum*, & sint Judices Synodales, potiùs videtur extendi, quàm restringi Regularium facultas; & quatenus etiam restringeretur, restringeretur tamen ad personas habiles, & inhabiles excluderentur. Et quamvis in multis Synodis pauci admodum judices designentur, id tamen accidit, quia alicubi pauci sunt, qui habeant qualitates d. cap. *Statutum*, quique alioquin apti sint ad hoc officium exercendum; unde quamvis pauci deputentur, expedit tamen potius ex his paucis Conservatorem eligere, quàm ex aliis non idoneis. Quod si Regulares id recto judicio considerarent, nihil damni, imò multum utilitatis ex hac Constitutione sibi futurum cognoscerent, cùm plurimum obsit Religionibus esse sub tutela imperitorum, ac rudium Conservatorum.

Denique statuere, ut Conservatores debeant esse Iudices Synodales, non est legem novam condere, sed jam conditæ inhærere; Iam enim sic statuit Clem. VIII. in prædicta Constitutione. Quod si velimus statuere, ut Conservatores debeant solum habere qualitates, d. cap. *Statutum*, sive d. cap. *fin.* utique erit opus expressè derogare dictæ Constitutioni Clem. VIII. Quodquidem erit absurdum, quia inconvenientia, quæ nuper irrepserunt, quæque alibi in dies oriuntur, justum est, ut præbeant potius causam restringendi hanc materiam Conservatorum, quam dilatandi, sicuti dilatabitur, si Constitutio Clementis reducatur ad terminos Constitutionis Bonifacii.

Neque obstat quod nonnunquam Clem. VIII. dispensaverit, ut Conservatores possent eligi, licet non fuerint deputati in Synodo: nam non sequitur ut propterea Constitutio ipsa sit penitus abroganda, cùm sit valde utilis, nec difficilis observatu; opportunum tamen erit suis Constitutione promulganda Ordinarii locorum admoveantur, ut procurent in Synodis designari quamplures poterunt ex habentibus qualitates d. cap. *Statutum*, atque aliàs ad id idoneos, ut latiùs pateat facultas eligendi conservatores.

57 Postremò deliberandum esset quid agendum ubi non extant Iudices Synodales, vel quia mortui sunt, vel quia Concilia non celebrantur. Licet in hoc veritas videatur Regulares non esse obnoxios eo casu ad eligendos Conservatores ex judicibus Synodalibus, seu posse observare dispositionem Constitutionis Bonifacii in dicto cap. *fin. de offic. deleg. lib. 6.* ita ut Conservatores vel esse debeant in dignitate ecclesiastica constituti, vel personatum habentes; quia nulla est obligatio observandi formam, quæ sit impossibilis observatu, sicut in simili obligatus

58 eligere de gremio certi monasterii, vel Ecclesiæ, posset

potest eligere aliunde, si nullus ibi reperiatur cum qualitatibus requisitis, cap. *Abbate, in fin.* & ibi glos. *in verb. Persona idonea.* & glos. *fin. vers. Sed pone*, quod nullus reperiatur idoneus, de verb. signific. cap. *In nomine Domini.* & ibi etiam glos. in verb. *Reperiatur*, 23. *distin.* Hinc Sac. Congregatio Concilii cum in quadam Diœcesi non esset nisi unicus Doctor rudis, & imperitus, declaravit posse deputari in Vicarium Capituli Sede Vacante etiam non Doctores, vel Licentiatum in jure Canonico, non obstante Concilii decreto *sess. 5. sess. 42.* sic etiam in partibus infidelium, ubi ejecto ab Infidelibus Parocho servari non potest forma in matrimoniis contrahendis ab eodem Concilio præscripta in *cap. 1. sess. 24. de reform. matrim.* Sanctissimus audita relatione Congregationis dixit, si alius Parochus, vel Sacerdos Catholicus in propinquo loco sit, coram ipso, & testibus contrahatur. Quod si id commode fieri nequeat, contrahatur coram testibus, & si fieri potest etiam coram Notario; Factis tamen prius utroque casu denunciationibus, & aliis servatis ex Concilio servandis. Ita ergo dicendum in proposito.

Tandem singulis articulis mature perpensis, atque à Sanctissimo approbatis, edita fuit à Sanctitate Sua Constitutio tenoris infrascripti videlicet.

Sanctissimus in Christo pater & D.N.D. Gregorius divina Providentia Papa XV. Ex certis rationabilibus causis animum suum moventibus, & de voto V. en. Fratrum suorum S.R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partim fel. recor. Clem. Papæ VIII. prædecessoris sui vestigiis in hærendo revocavit, ac nullas & invalidas decrevit omnes, & quascunque Iudicum Conservatorum electiones, nominationes, seu deputationes tam in vim litterarum conservatoriarum juxta formam in Quinterno Cancellariæ descripram, quam in vim quorumcunque privilegiorum perpetuo vel ad tempus nondum elapsum Apostolica authoritate concessorum, seu alias quocunque jure vel titulo hactenus factas pro quibuscunque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusvis piis tam secularibus, quam cujusvis Ordinis etiam Mendicantium, seu Instituti, vel Societatis regularibus locis quantumvis exemptis etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis cujusvis qualitatis, seu conditionis existant. In futurum verò Sanctitas Sua hac generali, & perpetuo valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut Judices Conservatores hujusmodi sive sint principales, sive subrogati eligi nominari, aut deputari non possint, nisi non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris sui, quæ incipit *statutum*: ita ut vel dignitate ecclesiastica præditi, vel personatus obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis provincialibus, aut diœcesanis juxta decretum Concilii prædicti Judices electi, seu designati sint. Quodque deinceps litteræ conservatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantum dirigantur, etsi quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes hujusmodi omniaque ex inde sequenda nullius sint roboris, vel momenti, ex nihilominus qui secus, quam juxta formam superius præscriptam Conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis nominatis, seu deputatis uti ausi fuerint, Regulares quidem voce activa, & passiva sint ipso jure privati, adeo ut habilitationem ab nemine præterquam à Romano Pontifice consequi valeant; reliqui verò aliis pœnis arbitrio Sanctitatis sive coerceant, & prædictorum omnium conventus, monasteria, ac loca hujusmodi, eorumque personæ & bona careant Conservatore ad annum, ita ut illorum causæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac diffiniri debeant. Cæterum ut latius pateat Conservatorum hujusmodi deligendorum facultas: Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis provincialibus, aut diœcesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione ejusdem Bonifacii Prædecessoris contentas, alioquin ad id aptas designari procurent, etsi aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius locorum consilio Capituli alium in eius locum usque ad futuram provincialem, aut diœcesanam Synodum. Insuper Sanctitas sua inhærendo hac in parte decreto similis rec. Gregorii Papæ XIII. etiam Prædecessoris sui statuit, & ordinavit, ut Regulares, ac personæ hujusmodi in Italia intra duos, extra Italiam verò intra sex menses à die publicationis in Urbe præsentis Constitutionis inchoandos debeant ibi eligere, seu assumere Conservatores juxta formam superius propositam, ejusque electionis, seu assumptionis documentum intra tempus hujusmodi penes acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin eo termino elapso quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conveniantur; quodque Conservatores hujusmodi semel legitimè deputati nisi ex legitima causa à Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus, & aliis supradictis libuerit approbanda durante quinquennio à die deputationis amoveri, aut mutari nullatenus possint aut valeant. Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus regulares, ac personæ suprascriptæ convenire quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in eis tantùm, in quibus reus extiterint neque extra civitates seu diœceses in quibus fuerint deputati contra quoscunque procedere præsumant. Si qua verò inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competentia Jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos super jurisdictionis competentia fuerit judicatum. Quod si qui Conservatores, sive in hac parte sive alias quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint, & pars, quæ hoc fieri procuraverit, sententiam excommunicationis incurrat juxta formam alterius Constitutionis ejusdem Bonifacii

cii prædecessoris, quæ incipit: *Hac Constitutione*, quam Sanctitas Sua in his omnibus, quæ præsenti Constitutioni non adversantur, innovavit, & innovat. Per hoc tamen non intendit Sanctitas Sua prohibere quominus Regulares, & alii supradicti in casibus à jure permissis petant judicem non suspectum à Principibus seu Magistratibus sæcularibus, dum tamen hæc tria copulative concurrant, videlicet, ut Regulares, & alii prædicti sint actores, non autem rei, utque agant contra laicum, non autem contra ecclesiasticum, vel alias è jurisdictione sæculari exemptum, atque ut causa, in qua judex deputatur, fuerit prophana, non autem ecclesiastica, & in ea juxta sacrorum Canonum dispositionem laicus ut præfertur eligendus judex competens existat. Quæ omnia, & singula in præsenti Constitutione contenta Sanctitas Sua voluit inviolabiliter observari, decernens sic in eis, cæterisque omnibus præmissis per quoscunque, &c. etiam sacri Palatii Apostolici Auditores, &c. nec non S. R. E. Cardinales sublata, &c. judicari, &c. nec non irritum, & inane, &c. non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac litteris Conservatoris, quas omnes ad formam præsentis Constitutionis reduxit in favorem quorumcunque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, aut cujusvis alterius Instituti etiam necessario exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, ac Piorum quorumcunque tam sæcularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis, quaque etiam ex causa, & titulo oneroso, indultis, & litteris Apostolicis, etiam mari magno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis sub quibuscunque tenoribus, & formis, accum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogavit cæterisque contrariis quibuscunque. Cæterum ut præsens Constitutio facilius omnibus innotescat, Sanctitas Sua voluit, & mandavit, ut non solum in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe & in Acie Campi Floræ publicetur, illiusque exemplaria iisdem locis affixa dimittantur, ac in quinterno Cancellariæ inter Constitutiones perpetuas describatur, & annotetur. Placet, Publicetur, & describatur A. Lecta, & publicata fuit suprædicta Constitutio in Cancellaria Apostolica ab altero ex RR. PP. DD. majoris Præbendiæ Abreviatoribus die 20. mensis Septembris anno Incarnationis Dominicæ 1621. Pontificatus verò prælibati Sanctissimi D. N. D. Gregorii Papæ XV. anno primo.

Et postmodum die, & anno supradictis in quinterno ejusdem Cancellariæ inter alias Constitutiones Apostolicas descripta, & annotata fuit.

Nicolaus Orlinus Protnotos,

In Dei nomine Amen. Anno à nativitate D. N. Jesu Christi 1621. indictione quarta, die verò 20. Septembris Pontificatus Sanctissimi in Christo P.D.N.D. Gregorii divina Providentia Papæ XV. Pontificatus sui anno primo retroscripta Constitutio Apostolica affixa, ac publicata fuit in valvis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ per me Augustinum Braccherium Apostolicum Cursorem. Octavius Spada Magist. Cursorum.

39 Post editam Constitutionem emanavit in sacra Congregatione declaratio infrascripti tenoris videlicet.

Illustrissimi, & Reverendissimi DD.

Gregorius Papa XV. fœl. recor. in sua Constitutione de Conservatoribus statuit, & decrevit, ut in futurum à Regularibus eligi non possint in Conservatores nisi Judices in Conciliis Provincialibus, seu diœcesanis designatis sub pœnis & censuris in dicta Constitutione contentis.

Quibus stantibus Patres Societatis Jesu, qui in Indiis, & aliis locis degunt, in quibus Archiepiscopi, seu Episcopi Synodum congregare non curant, vel si congregant, Judices Synodales non eligunt, supplicant humiliter DD. VV. Illustrissimis ut dignentur declarare, si in tali casu possint uti privilegiis à sancta Sede Apostolica antè dictam Constitutionem concessis.

Die 17. Augusti 1628. Sacra Congregatio Illustr. Cardinalium Concil. Trident. interpretum censuit Episcopos quamprimum diœcesanam Synodum omnino celebrare teneri, & interim in civitatibus & diœcesibus, in quibus nulli Judices extant in Concilio provinciali aut diœcesano designari, licere Regularibus servata in reliquis forma Constitutionis fel. rec. Gregorii XV. hac de re editæ, Conservatores nominare, habentes qualitates à jure requisitas. Quorum tamen Conservatorum facultas eo ipso expiret, cum primum hujusmodi Synodus celebrata in eaque Judices designati exciterint.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Verum.

SVMMARIVM.

1 FEudi Dominus sive ecclesiasticus, sive secularis causam feudalem cognoscit etiam si vasalli sint Clerici. & n. 10. & 12.

2 *Et si plures prætendantur Domini, non potest unus cognoscere, maximè alio absente.*

3 *Clericus potest esse vasallus ne dum Ecclesiæ, sed etiam Laici ratione feudi obtenti.*

4 *Capitulum Sede vacante non succedit in jurisdictione Episcopo competente ratione feudi, nisi feudum esset commune Episcopo, & Capitulo. n. 8.*

5 *Succedit in his, quæ competunt de jure communi, non autem in his, quæ competunt de jure speciali, nisi hæc communiter spectent tam ad Episcopum, quàm ad Capitulum. n. 7.*

6 *Potestas devolvitur ab Episcopo ad Capitulum in iis, quæ ad Episcopum pertinent proprio jure secus verò si ex quodam jure accidentali, puta, jure devoluto propter negligentiam Clericorum.*

9 Cap. Unicum. Ne Sede vacante, lib. 6. *locum habet non modo in collatione beneficiorum, sed etiam in aliis, quæ spectant communiter ad episcopum, & Capitulum.*

10 *Feudi Dominus, licet secularis, jurisdictionem habet in vasallos suos, etiam si sint Clerici.*

11 *Præpositi quandoque sunt merè laici.*

12 *Baroniæ si concedantur in feudum, de his Dominus feudi etiam laicus quantumcunque vilis, & rusticus cognoscit inter vasallos etiam Clericos. Secus si donentur Ecclesiæ simpliciter. n. 16.*

13 *Feudi Dominus est judex ordinarius in causis feudalibus.*

14 *Et quamvis sit laicus, potest sententiam exequi etiam Contra Clericum vasallum sine metu excommunicationis.*

Dummodo tamen in personam Clerici manus non ingiciat. n. 15.

15 *Executio sententiæ feudalis per Laicum contra Clericum resistentem fieri potest realiter, non personaliter.*

16 *Baroniæ si donentur Ecclesiæ simpliciter, Princeps donator laicus nullum habet in Ecclesiam jurisdictionem.*

17 *Et Ecclesia in nullo tenetur donatori, nec etiam ad munera, quæ prius habebat Baronia.*

18 *Sed tantùm ad munera, quæ donator sibi retinuit in donatione, dummodo sint honesta.*

19 *Donans simpliciter, omnia jura sibi competentia concessisse videtur.*

20 *Res Ecclesiæ donata Sanctum est Sanctorum Domino, nec subest nisi auctoritati judicis ecclesiastici, & in ea sacrilegium committitur.*

21 *Fiscus Regium Ducatus Mediolani nihil potest prætendere, nec Magistratus extraordinarius ullam jurisdictionem sibi vindicare in bona à Ioanne Galeazzo donatu Monasterio Carthusiæ Papien. & n. seqq. usque in finem.*

22 *Carthusia Papien. habet dominium, non nudam administrationem bonorum sibi donatorum à Io. Galeatio Duce Mediolani, cum onere tamen distribuendi in pauperes annuos florenos decem mille auri. & n. seqq.*

23 *Et eorum augmentum spectat ad Carthusiam, non ad pauperes, vel quosunque alios.*

24 *Feudaliquæstio eo ipso, quod reus negat rem esse feudalem, coram Ordinario ipsius rei terminanda est.*

25 *Causa semel effecta Curialis nunquam exibit de Curia nisi Papa illam deleget, vel ad Ordinarium remittat.*

26 *Delegatus à Papa si est mortuus, Ordinarius se intromittere non potest.*

27 *Delegatus à Papa etiam si nulliter procedat, causa revertitur ad Delegantem.*

28 *Causa civiles, & criminales ad Ecclesiam Cathedralem spectant ratione dominii, quod habet in bona ab ea in feudum concessa; an comprehendantur decreto Concilii Tridentini c. 20. sess. 24 & n. seqq. usque in fin.*

29 *Feudum an sit ecclesiasticum, vel sæculare, attenditur prima causa concessionis feudalis.*

30 Quomodoliber *dictio quid importet. & n. 32.*

31 *Jurisdictio cumulativa Episcopi & inferioris pertinet ad utrumque in prima instantia, & est locus præventioni.*

1 VERUM. Dominus feudi sive ecclesiasticus sit, sive sæcularis causam feudalem cognoscit. Sic summat Joan. Andr. Bellam. Butr. & communiter DD. sed secundum Abb. Marian. Socin. & Felin. magis evacuando substantiam Cap. & clarificando litteram hoc intendit. Per Dominum feudi sæcularem, sive Ecclesiasticum quæstio feudalis terminari debet, etiam si vasalli sint Clerici. Et si plures
2 prætendantur Domini, non potest unus cognoscere, maximè alio absente, an feudum ad se pertineat. Primo ponitur factum. Secundò determinatio in certum casum, ibi, *statuimus*. Tertio in alium casum, ibi, *aliequin*.

3 Nota primò ibi, *adversus Præpositum*, secundum unum intellectum, secundum quem iste Præpositus erat Clericus, & erat Præpositus cujusdam Ecclesiæ Cathedralis, ut voluit Host. *hic n. 5. in ver. Præpositum*, quod Clericus potest esse vasallus nedum Ecclesiæ, sed etiam laici ratione feudi obtenti, ad quod facit cap. *Solite, supra de major. & obedient.* Abb. *hic n. 2.* & Marian. Socin. *in 1. notab.*

4 Secundo nota ibi, *Ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus*. Capitulum Sede vacante non succedere in jurisdictione Episcopo competente ratione feudi, ut hic notat Bernard. post casum. Quod singulariter menti commenda ad limitationem eorum quæ habentur in cap. *Cum olim*, & c. *Illa quæ, supra de major. & obedient.* nam ut dicunt Hostient. *hic numer. 5. in ver. Episcopus*, & Joan. Andr. *numer. 9.* licet Capitulum succedat in jurisdictione generaliter, ut in dictis jus-
tibus, non tamen succedit in jurisdictione feudali, ne Episcopus vasallum habeat, quem habere nollet, sicut nec in beneficiorum collatio-
5 ne, ut cap. *Illa, infra, Ne Sede vacan.* & sic jura præallegata locum habent in his omnibus quæ competunt Episcopo de jure communi, non autem in his, quæ competunt ei de jure speciali, ut

6 ut hic per Abb. *num. 9.* Et facit secundum eum, quod notat Innoc. in cap. *Cum in cunctis, num. 7. supra de elect.* ubi dicit potestatem devolvi ab Episcopo ad Capitulum in iis tantùm, quæ ad Episcopum pertinent proprio jure; secus verò si ex quodam jure accidentali, puta jure devoluto propter negligentiam Clericorum; quia tunc non ad Capitulum, sed ad proximum Superiorem devolvitur hæc potestas, arg. cap. *Ne pro defectu, de elect.* & secundum Innoc. ratio diversitatis est, quia in his, quæ ad eos pertinent proprio jure, major est inter ipsos conjunctio, quàm in aliis, quæ aliunde obveniunt, arg. c. *Requisisti, §. Secus, infra de testam.* & eum sequitur Joan. Andr. in cap *Quamquam num. 1. vers. Item devoluto, de elect. lib. 6.* et idem notat Archid. in cap. *1. num. 3. Ne Sede vacante, eodem lib.*

7 Cæterum hæc non procedunt quando ea, quæ competunt Episcopo de jure speciali, spectant communiter tam ad episcopum, quàm ad Capi-
8 tulum. Unde si feudum non esset de mensa solius Prælati, sed esset commune Episcopo, & Capitulo, tunc Capitulum cognosceret Sede vacante, cap. *Unico, Ne Sede vacante lib. 6.* secundum Joan. Andr. *hic d. num. 6. vers. Puto tamen quod*
9 *si feudum esset commune*, Abb. *numer. 8. & 9. vers. Et nota ex dictis*, qui ex hoc notabiliter deducit, ut dispositio d. cap. *unici, Ne Sede vacant. lib. 6.* non sit specialis in collatione beneficiorum, sed locum habeat etiam in aliis spectantibus pariter ad Episcopum, & Capitulum, quod semper nota.

10 Tertiò nota ibi, *Imperiali beneplacito, sicut justum fuerit, relinquatur*, Dominum feudi licet sæcularem habere in vasallos suos ratione feudi jurisdictionem ordinariam, etiamsi vasalli sint Clerici, ut hic per Abbatem, *n. 5.* quod clarè probat hæc Decretalis intelligendo quod iste Præpositus erat Clericus, & habebat dignitatem Præposituræ in quadam Cathedrali, ut in cap. 1. *supra de ætate, & qualitate*, juxta intellectum Host.
11 *hic n. 5.* Contrarium tamen tenet Archid. in c. 1. *in 2. col. post medium in ver. Condemnari, de Cleric. conjug. lib. 6.* ubi sequutus opinionem Hugonis mordicus defendit laicum feudi Dominum non esse judicem competentem in quæstione feudali contra Clericum vasallum, & contrariis responder, & intelligit Præpositum, de quo loquitur hoc cap. fuisse merè laicum, ut quandoque contingit in quibusdam locis, ut est Januæ, ubi vocatur Abbas, & est purus laicus; & potest etiam figurari exemplum in Præpositis Florentinis, qui assumuntur ex eorum Prioribus, qui similiter sunt puri laici. Idem sentiunt Goffred. in c. 1. *infra, Ne Sede vacante*, & Abb. Antiquus *hic in princip.* dum dicunt hunc Præpositum fuisse Officialem Ecclesiæ, & vasallum, non tamen Clericum. Sed intellectus Hostient. est communior, ut inquit Cardin. *hic numer. 1. in 1. oppositione*, & Butr. *numer. 11. vers. Hostiensis tenet primum*, quem etiam dicunt esse magis notabilem, & communiter approbari Imol. *num.*
12 2. & Mar. Soc. *in 1. notab.* Itaque, ut dicit Innoc. *hic n. 2.* Si Principatus, vel Comitatus, vel Castellania, vel alia hujusmodi concedantur in feudum, de his Dominus feudi etiam laicus, quantumcunque vilis, & rusticus cognoscit inter va-
13 sallos, etiam Clericos, cùm sit judex ordinarius in causis feudalibus, per legem Federici, ut in c. *Imperialem de prohib. feud. alienat.* Federic. *in usibus feudor.* Quinimo secundum Innoc. *hic in princip.*
14 Laicus potest etiam contra Clericos vasallos suam sententiam exequi, nec propterea incidit in excommunicationem, si eos resistentes compellat, arg. cap. *Olim, si primo, infra de restitut. spo-*
15 *liat.* Sed, ut inquit Joan. Andr. *hic n. 1.* hoc dictum Innoc. communiter non approbatur, quod in personam Clerici jurisdictionem habeat privatus, vel rusticus, qui in causis feudalibus jurisdictionem habet, ut sine pœna excommunicationis, possit manus mittere in Clericum contra Regulam Canonis, *Si quis suadente, 17. q. 4.* & pro opinione Joan. Andr. facit quod can. Si quis suadente, non interpretatur per leges feudorum, sed per alios canones, ut inquit Martinus de Selva *hic* relatus à Bellam. *n. 2. in 1. qu.* subdens quod ita tenebatur communiter per omnes lectores. Similiter Abb. *hic n. 24* dicit se tenere opinionem Joan. Andr. tanquam rationem & veriorem, ut non possit laicus exequi vim inferendo in personam, sed sicut cognitio de crimine fit per judicem ecclesiasticum ita & compulsio. Et eodem modo Felin. *n. 5.* dicit veriorem esse opinionem, quod in executione sententiæ feudalis Clericus violentari nequeat. Verum tamen secundum Anton. de Butr. *hic n. 11. col. 5. post principium*, salvari potest dictum Innocentii, ut Laicus possit quidem Clericos vasallos repellere, non tamen tangendo personam, sed terrendo armis, vel colonos tenentes pro eis repellendo à possessione feudi, quia per hoc non venit contra Canonem, *Si quis suadente*, quasi Innocentius velit, ut laicus possit contra Clericum vasallum facere executionem realem, sed non personalem. Pro qua distinctione vide quod scripsi in cap. *Unico, n. 65. & 71. supra de obligat. ad retrocin.* vel aliter distingue ut hic per Bellam. *n. 1. quæst.* cum quo concordat Petr. de Anchar. *numer. 7.*

16 Sed quid si Baroniæ prædictæ, idest Principatus, Comitatus, Castellania, & alia hujusmodi à Principe concedantur Ecclesiæ non in feudum, sed simpliciter, numquid Princeps donator Laicus, & temporalis habebit jurisdictionem in Ecclesiam ratione bonorum sic donatorum? Innoc.
17 *hic n. 2.* tenet non habere. Sic enim ait (Si Baroniæ prædictæ non concedantur in feudum, sed simpliciter, tunc Ecclesia in nullo tenetur donatori nec etiam de aliis muneribus, quæ prius habebat Baronia) allegat cap. *Cum olim, infra de donat.* Ad hoc c. *Pastoralis, eod. tit. & cap. 1. de rem-*
18 *sib.* Subdit tamen, quod si in donatione Baroniæ donator aliqua munera retinuit illa præstabuntur dummodo sint honesta, ut notatur in cap. *Non minus, infra de immunit. ecclesiast.* Sed donando
19 simpliciter, omnia jura ipsum tangentia con-
20 cessisse, & remisisse videtur. Et patet infra in vers. *Sed nec contra eos*, cum, inquit, rerum istarum dominium sit Ecclesiæ quæ istum, Sanctum Sanctorum est Domino, & ideo non subest, nisi auctoritati judicis ecclesiastici, quia sacrilegium in eis committitur, cap. *Nulli liceat*, & cap. *seq. 12. qu. 2.* & notatur in cap. *Cum sit generale, infra eodem.* & cum Innoc. concordant hic Host. *num. 1. circa fin. vers. Sin autem dicta Baronia*, Jo. Andr. *numer. 3.* Collectar. *eod. numer.*

Butr. n. 11. *in fin. verf. Hæc omnia procedunt, num.* 25. *circa medium, verf. Sed nunc quæro.* & Bellam. *n. 6. in 3. quæst.* dicens hæc esse perpetuò mentis commendanda, quia valde faciunt pro Ecclesiis, & contra Dominos temporales, videlicet quod si dicit Rex, ecclesia sita est in Regno meo cum tota temporalitate ipsius, & dotata in totum à primogenitoribus, & prædecessoribus meis, igitur à me ipso tenet illam temporalitatem in feudum, aut ratione illius tenetur mihi Episcopus fidelitatis juramentum præstare: munera, seu onera hujusmodi in primæva donatione, seu dotatione non intelliguntur in dubio fuisse comprehensa, ut patet ex dictis, & probatur secundum eum in cap. *Romana*, §. *Debet, de appellat. lib. 6.*

21 Et ex prædictis infertur, ut Regius Ducalis fiscus Mediolani nihil possit prætendere in bonis immobilibus, quæ Joan. Galeatius Vicecomes Dux primus Mediolani, Comes virtutum appellatus, donavit Priori, & Conventui Domus B. Mariæ Gratiarum prope, & extra muros Civitatis Papiæ Ordinis Carthusiensis cum hoc, ut ex eorum fructibus idem Prior, & Monachi constituerent Monasterium, & ecclesiam ejusdem Ordinis, & hoc peracto tenerentur quotannis florenorum decem millia auri pauperibus egenis laicis distribuere; non enim dedit hujusmodi bona in feudum, sed donavit simpliciter, ut patet ex verbis donationis ibi (Inter vivos prædictus Dominus Joan. Galeatius fecit, & facit puram, meram, simplicem, & irrevocabilem donationem, &c.) et propterea Magistratus Regiorum Ducatus redituum extraordinariorum status Mediolani per diffinitivam sententiam in contradictorio judicio latam anno 1569. declaravit bona, ut præfertur donata, pertinere, & spectare jure dominii ad præfatum Monasterium virtute hujusmodi donationis cum onere tamen expensarum, & erogationis faciendæ singulis annis, prout in ipsa donatione continetur, nullumque jus fisco Regio Ducali competere in, & super præfatis bonis, nec ad ea; proindeque ipsum Monasterium esse absolvendum à petitis per præfatum fiscum, eique fisco perpetuum silentium imponendum: & post triginta circiter annos re iterum ad eundem Magistratum delata, emanavit decretum, Non esse manum apponendam, quia agitur de re judicata, et
22 subinde sub Pio V. & Gregorio XIII. à Cardinalibus Bobba, Alciato, & Aquaviva judicibus delegatis emanavit sententiam, qua diffinitum fuit, dominium, & proprietatem omnium, &
23 quorumcunque bonorum hujusmodi, ac omne, & quodcunque commodum, & incommodum ex illorum augmento, vel diminutione ad dictum Priorem, & Conventum, non autem ad pauperes, vel quoscunque alios legitimè spectare, atque ipsis Priori, & Conventui adjudicanda fore, & esse quotannis summam dictorum decem millium florenorum auri in usus pauperum impendere. Quæ quidem sententia ab eodem Gregorio XIII. ex certa scientia, & cum insertione tenoris fuit confirmata *sub die* 10. *Augusti* 1574. Manifestum est igitur in bonis simpliciter, ut supra donatis, non autem in feudum concessis Regium Ducalem fiscum non posse aliquod jus prætendere, nec Magistratum extraordinarium in eis ullam sibi jurisdictionem vendicare ex præallegata theorica Innocentii communiter recepta.

24 Præterea etsi ageretur de quæstione feudali, tamen cum controversia sit super jure, seu dominio directo ad Dominum spectante, & actor asserat se Dominum feudi; reus autem neget contendens rem esse allodialem, actor sequi debet forum rei, nec potest cognoscere is, qui dicit se Dominum, ne alias sit judex in causa propria, ut C. *Ne quis in sua causa, in rubra, & nigro.* Et eo ipso quod reus conventus negat rem esse feudalem, hæc quæstio tanquam præjudicialis prius terminanda est coram loci Ordinario, arg. cap. *Tuam, infra de ordin. cognit.* & §. *Præjudiciales Institut. de action.* & firmat notabiliter Innocentius in cap. *Cæterum, numer.* 2. *circa finem verf. Et eodem modo, supra de judeciis.* Cum quo concordant ibi Hostien. *in princ. & numer.* 6. *verf. Alij tamen dicunt*, Joan. Andr. *nu.* 2. *& num.* 4. *vers. Nam si res*, Bellam. *num.* 4 *col.* 4. *post medium, verf. In secundo casu.* Abb. *numer.* 20. *circa finem, verf. Aut negatur*, & communiter omnes, ut ibi dixi in secunda declaratione, *n.* 13.

25 Quibus demum accedit, quod cum hæc causa effecta sit Curialis, & Cardinalitia, & in ea Pius V. & Gregor. XIII. per delegationem, & confirmationem sententiæ manus apposuerint, & diversa rescripta sub Paulo V. & Urbano VIII. emanaverint, etiam instantibus Ministris Regiis sola Curia cognoscit, & ligatæ sunt manus quorumcunque inferiorum, cap. *Vt nostrum, de appellat.* & notat Bald. in l. *Si ut proponis, la prima n.* 12. *C. Quomodo*, & quando judex, ubi quæritur: si
26 Papa delegavit causam, & delegatus est mortuus, utrum Ordinarius possit se intromittere: & respondet non posse, sed solum Papam, licet delegatio sit consumpta allegat Archidiac. §. *Hæ ita* 34. *q.* 2. *in Apostilla*, quæ incipit, *Adde*, ibi (Et licet nota, quod causa, quæ semel est in Curia Romana nunquam exibit, nisi Princeps deleget, vel causam remittat ad Ordinarium.) Quod secundum eum est notatu dignum: & ad hoc facit illa lex, & c. *Pastoralis*, §. *Præterea, supra de offic. Ordinar.* Sequitur Decius *cons.* 699. *Accepi reverentiæ. numer.* 13. & Covarr. *Practicar, quæst.* 9. *num.* 5. *verf. Primum sane*, & ita se habet stylus Curiæ, ut notat Dec. *d. cons.* 699. *n.* 3. *verf. Et ita consulto*, ubi allegat Rotam *decis.* 10. *de dolo, &*
27 *contum. in antiq.* Quinimo etiamsi judices delegati nullitè procederent, nihilominus causa reverteretur ad Papam delegantem, & indignum esset, ut reverteretur ad inferiores, ex quo Papa appellatus manus: nam flumina ad locum unde exeunt revertuntur. Quæ sunt formalia verba Innocentii, in cap. *Inter dilectos, numer.* 4. *verf. Sed nobis videtur contra, de excess. Prælat.* cum quo concordant ibi Doctores. Roman. *cons.* 335. *Circa primum, numer.* 6. Dec. *d. cons.* 699. *n.* 13. & ita resolutum in Congregatione à Sanctissimo specialiter deputata die 14. *Martij* 1650.

28 Ex facto quæsitum est, an causæ civiles, & criminales ad ecclesiam Cathedralem spectantes ratione directi dominii, quod habet in bonis ab ea in feudum concessis, comprehendantur decreto Concilii, *cap.* 20. *sess.* 24. adeo ut in prima

ma instantia cognitio hujusmodi non sit per Nuntios, vel Legatos de latere ab Episcopo avocanda.

Ex parte Episcopi Sarsinatensis fuit aliàs propositum suprascriptum dubium in sacra Congregatione Concilij, quod tamen minimè fuit resolutum ex eo, quod de aliquibus in facto dubitaretur, quæ nunc ex infrascriptis declarata, & patefacta esse existimantur: nam anno 1016. Corradus Imperator, & anno 1116. Federic. II. donârunt liberè, seu in dotem pleno jure concesserunt Ecclesiæ Sarsinaten. nonnulla Castra cum omnibus pertinentijs suis, ac mero, & mixto imperio, nullâque penitus sibi ipsis reservatâ in eis jurisdictione. Unde Episcopi Ecclesiæ Sarsinatens. ab eodem tempore citra in dictis Castris, & in personas sibi subditas semper exercuerunt jura meri, & mixti Imperij, prout nunc etiam exercent in aliquibus eorundem, inquirendo, condemnando, confiscando, absolvendo, & similia faciendo, quæ ab alijs Principibus non recognoscentibus Superiorem fieri consueverunt. Ex his autem Castris per dictos Imperatores, ut suprà eidem ecclesiæ concessis, episcopi pro tempore aliqua postmodum à mensa episcopali alienârunt in feudum concedendo, quæ nunc etiam reperiuntur infeudata, in quorum directum dominium feudatarij eadem castra retinentes recognoscunt Episcopum Sarsinatens. ac ei debitum Canonem persolvunt. Verùm in cæteris jurisdictionalibus, & in his, quæ concernunt administrationem subditorum, minimè patiuntur episcopum prædictum se intromittere: quo fit, ut causas appellationis, recursûs, sive querelæ per subditos ad ipsum episcopum tanquam ad Dominum directum interpositæ, ad eundem deferri minimè permittant. Nec de molestijs, & gravaminibus per ipsos feudatarios subditis inferri solitis, episcopum ipsum cognoscere volunt, cùm tamen ad eum jure feudi talis cognitio spectet secundùm ea, quæ superiùs dicta sunt. Sed ad evitandam ipsius episcopi jurisdictionem, & censuram feudatarij prædicti statim atque cognoscunt suos subditos ad episcopum reclamasse, habent recursum ad Legatum, seu Præsidem pro tempore ipsius Provinciæ; obtinentesque dicto episcopo causas dictorum subditorum ad ipsum legitimè devolutas, sive per eos coram ipso legitimè introductas avocari, & simul inhiberi, ne cognitionem hujusmodi causarum prosequatur, easque coram dicto Legato introducunt. In quibus episcopus ipse sentit se gravatum, prætendens dictas causas à se minimè avocandas stante decreto Concilij *sess.* 24. *cap.* 20. Sed in prima instantia coram se cognoscendas, & terminandas, quasi causæ hujusmodi ad forum ecclesiasticum pertineant, atque ecclesiasticæ dici posse videntur; ex quo ratione feudi ecclesiastici episcopus earundem assequitur cognitionem; quod episcopus nititur suadere ex infrascriptis.

29 Primò, quia feuda, de quibus agitur, & quæ tenet Ecclesia Sarsinatens. sunt ecclesiastica, ut ex dictis constat: & hic notat Abb. *nu.* 25. *&* 26. ubi ad cognoscendum an feudum, in quo se intromittit ecclesia, sit ecclesiasticum, vel sæculare, dicit attendendam esse primam causam concessionis feudi; si enim ecclesia teneat aliquid in feudum ab aliquo Principe sæculari, tale feudum dicitur sæculare, & si ipsa ecclesia hujusmodi feudum concedat alteri, non per hoc ille dicetur vassallus ecclesiasticus, sed sæcularis, & jurisdictio, quam habet Ecclesia in ipsum, vel in subditos ipsius vassalli, non dicitur ecclesiastica, sed sæcularis, quia tunc cognoscit non tanquam episcopus, sed tanquam Dominus feudi: si autem feudum, quod ab ecclesia in alium etiam laicum translatum est, originaliter & primò ab ipsa ecclesia processerit, nec ipsa ecclesia de eodem feudo aliò recognoscat Superiorem: quod facilè contingere potest, ut scilicet ecclesia habeat quæ concedere possit in feudum continentia etiam jurisdictionem, & in quibus nullum alium recognoscat Superiorem, puta si Baroniæ, vel aliæ res similes fuerint, vel pro dote, vel simpliciter, & non in feudum concessæ ecclesijs ab aliquibus sæcularibus, quæ in totum uti patrimonium ecclesiasticum judicantur, & in nullo tenetur ecclesia donatori: & hæc si concedat ecclesia in feudum, tale feudum dicitur ecclesiasticum, & jurisdictio per omnia erit censenda ecclesiastica, ut latius per eum. Et hoc casu si appellandum sit, appellatur ad Superiorem ecclesiasticum, *c. Romana*, §. *Debet, de appellat. lib.* 6.

Cùm igitur feuda, quæ habet Ecclesia Sarsinatens. originaliter ab ipsa processerint, & in eis nullum alium recognoscat Superiorem, ex quo sunt bona, quæ sic liberè in dotem fuerant assignata, nec in aliquo donatori respondeat: sequitur ut ecclesiastica omninò sint judicanda. Si igitur ecclesiastica sunt, & causæ, de quibus agitur, quæ nomine ipsorum veniunt cognoscendæ, sunt, & dici debent ecclesiasticæ ad text. in c. *Si annum, de jud. lib.* 6. & tanquam ecclesiasticæ ad forum ecclesiasticum pertinere dici possunt, c. *Decernimus, de judic.* Ergo dispositio Concilij de talibus causis loquentis in prædictis etiam sibi locum vendicabit.

30 Et confirmantur prædicta ponderando dictionem illam, *quomodoliber*, positam in decreto Concilij, quæ universalis est gloss. in c. *Indemnitatibus*, §. 1. *in ver. Quomodoliber, de elect. lib.* 6. Gemin. *cons.* 115. *Super dubio, num.* 6. & comprehendit omnes modos tam directos, quàm indirectos. Gloss. in Clem. 2. *in ver. Quomodoliber, de sentent. excommunicat.* & sive pertineant de jure communi, sive de jure speciali. Rota *d.* 614. *num.* 2. *par.* 2. *rec.*

Pro solutione quæstionis videtur sic distinguendum: nam aut quæstio est cum investito ab Ecclesia, aut cum altero Ordinario: si cum in-
31 vestito, Ecclesia est judex competens in concernentibus feudum ad tradita in leg. *imperialem de prohibit. feudo alien.* per Frederic. *in usibus feud.* sin autem infeudata esset etiam jurisdictio in loco, illa censebitur concessa cumulativè, ita ut sit locus præventioni, ut in c. *Pastoralis, de offic. Ordin.*

Et in similibus terminis quando Episcopo competit jurisdictio cumulativè cum inferiori, S. Congregatio neutrum exclusit à prima instantia, quamvis decisio expressa super hoc non emanaverit. Cæterùm cùm dubium proponatur de causa feudali, etsi episcopus sit judex competens in prima instantia, eò quòd feudum sit ecclesiasticum

clesiasticum secundùm ea, quæ superius dicta sunt: Episcopus tamen illam non cognoscit tanquam loci Ordinarius, sed tanquam Dominus feudi; ac proinde non videtur esse locus decreto Concilij in d. c. 20. quod mandat, ut causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes coram Ordinarijs locorum cognoscantur, & terminentur, ut ex infrà dicendis patebit. Si quæstio est cum altero Ordinario, veluti si castra infeudata sint in diœcesi alienâ, puta jurisdictionem competentem ecclesiæ ratione sui dominij directi non præjudicare locorum Ordinarijs in alijs causis ecclesiasticis sive civilibus, sive criminalibus, præterquam in ijs, quæ concernunt feudum, & secundùm leges feudales terminandæ sunt. Nec suffragatur ecclesiæ dominæ feudi decretum Concilij, tùm quia loquitur de causis ex sui natura spectantibus ad forum ecclesiasticum, cujusmodi sunt causæ spirituales, vel quasi spirituales, ut declarat Covar. *pract. quæst. cap. 35. nu. 2.* Matan. *4. part. disp. 13.* tùm quia forum ecclesiasticum à foro feudali longè distat. Unde sicut ecclesiasticus ratione feudi cognoscit contra laicum; ita laicus contra Clericum feudatarium in quæstione feudali, ut ostensum est *suprà num. 10.* Tùm quia verba potius accipienda sunt simpliciter, quàm secundùm quid, Bart. in l. *Hos legatum, ff. de legat. 3.* Ergo textus in *cap. 20.* loquens de Ordinarijs locorum non est intelligendus de habentibus jurisdictionem ordinariam ratione feudi, quæ appellatur specialis, & est restricta ad certas causas, maximè cùm sit superinducta, & quatenus præjudicat Ordinarijs, restringenda ad glos. in Clem. *ultim. in ver. Nolumus, de offic. Ordin.* Quare hic casus velut omissus relinquitur dispositioni juris communis, & legum consuetudinumque feudalium.

Non obstat ponderatio dictionis, *quomodolibet*: nam etsi universalis sit, tamen restringitur ad subjectam materiam, & distribuit illos modos, quibus causæ ad forum ecclesiasticum pertinere dicuntur, quales non sunt hæ, de quibus agitur ad textum in l. *Si uno, in princ. ff. locat.* Cum similibus, ut per Alex. *in cons. 35. Visò processu, nu. 10. & 11. lib. 4.*

Itaque ad propositum dubium videtur absolutè respondendum causas civiles, & criminales ad Ecclesiam Cathedralem spectantes ratione directi dominij, quod habet in bonis ab ea in feudum concessis, non comprehendi in decreto dict. cap. 20. *sess.* 24. Concilij Tridentini: & ita S. Congregatio censuit.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Licet, il secondo.

SVMMARIVM.

1 Clerico in Curia Romana convento non competit declinatoria fori, competit tamen sibi ex causa jus revocandi domum.

2 *Forum quis sortitur in cujus territorio delinquit, licet aliàs ei subjectus non sit.*

3 *Locus an attendatur ubi delictum est inchoatum, an ubi est consummatum quoad effectum sortiendi forum.*

4 *Iudex delicti an possit citare extra territorium. & n. 15.*

5 *Forum quis sortitur in loco, ubi contrahit, vel fingitur contraxisse.*

6 *Forum ut quis sortiatur ratione contractus quæ requiruntur. & n. 15. & seq.*

7 *Contrahens cum transeunte quando possit eum convenire in loco celebrati contractus.*

9 *Forum domicilij dicitur proprium, & naturale forum.*

10 *Diœcesis appellatione in dubio comprehenditur diœcesis domicilij.*

11 *Subjectus propriè non dicitur qui subest potestati delegatæ.*

12 *Ordinarius domicilij potest procedere contra subditum, licet absentem. & eum citare tam quoad effectum rem concernentes, quàm personam.*

13 *Citationis executio non est actus judicialis, ideo potest per nuntium exerceri, etiam extra territorium.*

14 *Ordinarius domicilij potest contra absentem procedere etiam ad sententiam excommunicationis.*

15 *Ordinarius delicti vel contractus non potest procedere contra absentem quoad effectus personam concernentes; potest tamen procedere contra bona, si in suo territorio reperiantur. & num. seqq.*

16 *Citatus extra territorium ab Ordinario delicti dicitur contumax, cùm non teneatur comparere.*

17 *Iudex contractus non potest absentem directè de debito condemnare, nisi reus esset præventus, vel ibi aliquando comparuisset.*

18 *Iudex contractus potest contrahentes citare extra locum, & diœcesim contractus.*

19 *Citatio judicij contractus non constituit absentem in contumacia, quoad hoc ut possit excommunicari, vel multari; sed tantùm quoad hoc, ut possit mijsionem pati.*

21 *Forum quis sortitur ubi res litigiosa sive illius possessio sita est, sive res sint mobiles, sive immobiles.*

22 *Romæ quilibet Clericus, aut etiam laicus in causis ad forum Ecclesiæ spectantibus convenjri potest, licet aliàs ibi specialiter forum non sortiatur.*

23 *Papa est Iudex Ordinarius singulorum.*

24 *In revocando domum quidlibet, & an reversus teneatur cavere de judicio sisti: & quid observet Rota.*

25 *Clericus an possit in Curia Romana conveniri in prima instantia, non obstante decreto Concilij Tridentini in c. 20. sess. 24. & nu. seq. usque in fin.*

27 *Vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, sortiuntur forum ubi reperiuntur.*

28 *Forum sortiendi quinquaginta duo modi numerantur à Speculatore.*

29 *Papa non solùm est Episcopus universalis Ecclesiæ, sed etiam Archiepiscopus Vrbis Romæ, & Romanæ Ecclesiæ Episcopus.*

30 *Causæ, quæ secundùm Canonicas sanctiones in Curia sunt tractandæ, & ab Ordinarijs cognosci non possunt in prima instantia, quæ sunt. & num. seq. usque in fin.*

Causæ

31 *Causæ beneficiorum reservatorum sunt cognoscendæ apud Sedem, & sunt de exceptis à Concilio sive emergant principaliter, & directè, sive incidenter.*

32 *Reservato aliquo casu Papæ, censetur etiam reservata illius cognitio.*

33 *Causæ executivæ vigore obligationis Cameralis, aut litterarum Apostolicarum non sunt de comprehensis à Concilio in c. 20. sess. 24.*

34 *Causa in prima instantia est cognoscenda in Curia ubi Papa providit de beneficio ut reservato, vel aliàs, & Ordinarius providit ut de spectante ad suam collationem.*

35 *Concilium Tridentinum in c. 20 sess. 24. nihil imminuit Sedis Apostolicæ authoritatem in causis cognoscendis.*

36 *Causæ ad Curiam devolutæ semper sunt exceptæ decreto cap. 20. vers. Ab his excipiuntur, sess. 24.*

37 *Causæ ad Curiam devolutæ quæ dicantur.*

38 *Causa de consensu Episcopi non potest in prima instantia in Curiam introduci, nisi partes etiam consentiant.*

39 *Declaratur.*

40 *Curialis si conveniatur in partibus coram loci Ordinario, an possit opponere declinatoriam, & petere ut causa ad Curiam remittatur. & n. seq. usque in fin.*

Quid de jure communi, n. 41.

Et quid vigore Eugenianæ, n. 43.

41 *Actor habet electionem conventendi reum plures judices habentem sub quo maluerit judice.*

42 *In foro domicilij, vel originis, aut contractus, vel delicti an, & quomodo Clericus absens conveniri possit.*

43 *Eugeniana Constitutio eximens Curiales ab Ordinariorum jurisdictione comprehendit tam laicos, quàm Clericos.*

44 *Est favorabilis, & pro tutela Curialium.*

45 *Suffragatur residentibus in Curia Romana, non autem venientibus ad eam pro aliquo momentaneo negotio.*

Et requiritur residentia saltem per annum.

46 *Non tuetur Curiales, qui recedunt à Curia animo non redeundi, vel diu extra Curiam morantur.*

47 *Locum non habet si Curialis sit actor, sed tantùm si sit reus.*

Clericus in Curia residens non potest reum absentem ad Curiam trahere, sed illius forum sequi debet. ibidem.

48 *Eugeniana non juvat Curialem, qui intentat remedium l. Diffamari, nisi possideat.*

49 *Item non juvat obtinentes beneficia extra Curiam quin ratione illorum beneficiorum conveniri possint coram loci Ordinario.*

Et quidin Referendarijs idem.

Item non tuetur Parochos non residentes.

51 *Eugeniana non tuetur Curialem quin possit conveniri in partibus vigore l. Unicæ, C. Quando Imper. inter pupill. & vid.*

52 *Constitutio tollens privilegia non tollit clausa in corpore juris.*

53 *Eugeniana beneficio non gaudet Curialis non opponens in partibus declinatoriam fori ante litem contestatam.*

54 *Procurator Curialis litem contestando in partibus coram loci Ordinario censetur illum jurisdictionem prorogare. & excludit principalem à beneficio Eugenianæ.*

55 *Decreto irritanti à partibus renunciari non potest nisi tantùm privatam respiciat utilitatem.*

1 LICET. Clerico in Curia Romana convento non competit declaratoria fori; posset tamen ibi competere jus revocandi domum. Vel sic. Quisque Clericus potest in Curia Romana conveniri, licet aliàs specificè forum ibi non sortiatur; habet tamen ex causa jus revocandi domum. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primò ponit quatuor modos sortiendi forum. Secundò addit quintum cum modificatione, ibi: *Quia tamen.*

2 Nota primò ex hac Decretali quatuor modos speciales sortiendi forum. Primus est ratione delicti: nam in cujus territorio quis delinquit, ejus jurisdictioni subjicitur, licet aliàs ei subjectus non sit, cap: 1. *de raptor.* c. *Placuit, 7. qu. 3.* cap. *Postulásti, suprà eodem,* Auth. *Qua in provincia,* C. *Vbi de crim. ag. opor.* cum concord. de quibus hic per glos. 1. & Hostiens. *num. 1.* An autem inspiciatur locus, ubi delictum est inchoatum, an verò locus ubi est consummatum, Joan. Andr. in cap. *in obscuris, de reg. jur. lib. 6. in Mercur.* tenetur utrobique centeri commissum delictum; & ideò utrumque judicem posse procedere: & hanc dicit esse communem sententiam Aret. *hic num. 7.* Tu distingue ut per eumdem Aret. cujus conclusiones resumit Felin. *num. 13. & seq.* & vide quod super hoc scripsi in cap. *Tuarum, num. 7. & seq. infrà, de privil.* & an judex delicti possit citare extra territorium, vide Angel. *in suo cons. incip. Bonomen. num. 4.* ubi relatis & commentis quinque opinionibus pro regula existentem extra territorium citantis nec materialiter, nec verbaliter citari posse: & eam limitat sex modis, quos hic prosequitur Felin. *num. 1. vers. Tu vero sequere Angelum.*

5 Secundò modus sortiendi forum est ratione contractûs, ut si quis in alieno territorio per se, vel per alium contrahat, vel fingatur contraxisse ratione destinatæ sponsionis: nam ibi potest convenire, & accipitur hic contractus non strictè prout esse dicitur ultrocitroq; obligatorius, ut emptio, venditio, Societas, juxta text. in leg. *Labeo, ff. de verb. signif.* Sed latissimè pro omni materia obligationem producente, etiamsi obligatio nascatur ex parte unius tantùm, ut in leg. *Hæres absens,* & in l. *Omnem obligationem, ff. de Iudic.* secundùm glos. *hic in vers. Ratione contractûs,* Hostiens. *num. 4.* Butr. *num. 11.* & Abb. *num. 29.*

6 Adverte tamen, secundùm Cynum in leg. *si postquam, C. de exhibendis,* quia non omnis contrahens potest conveniri in loco contractûs, ut notatur in cap. *Romana §. Contrahentes, circa princip. hoc tit. lib. 6.* sed ita demùm si habeat ibi officinam, vel tabernam secundùm Archid. & Joan. Andr. vel nisi venisset specialiter pro illo contractu, ut notat Hostiens. in cap. *Quod Clericis, suprà eodem.* Secus si venisset ut mercator, advena, seu viator confestim discessurus, d. l. *Hæres absens, ff. de Iudic.*

7 Absurdum est enim, ut quotquot locis quis navi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

clesiasticum secundùm ea, quæ superius dicta sunt: Episcopus tamen illam non cognoscit tanquam loci Ordinarius, sed tanquam Dominus feudi; ac proinde non videtur esse locus decreto Concilij in d. c. 20. quod mandat, ut causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes coram Ordinarijs locorum cognoscantur, & terminentur, ut ex infrà dicendis patebit. Si quæstio est cum altero Ordinario, veluti si castra infeudata sint in diœcesi alienâ, puta jurisdictionem competentem ecclesiæ ratione sui dominij directi non præjudicare locorum Ordinarijs in alijs causis ecclesiasticis sive civilibus, sive criminalibus, præterquam in ijs, quæ concernunt feudum, & secundùm leges feudales terminandæ sunt. Nec suffragatur ecclesiæ dominæ feudi decretum Concilij, tùm quia loquitur de causis ex sui natura spectantibus ad forum ecclesiasticum, cujusmodi sunt causæ spirituales, vel quasi spirituales, ut declarat Covar. *pract. quæst. cap. 35. nu. 2.* Matan. *4. part. disp. 13.* tùm quia forum ecclesiasticum à foro feudali longè distat. Unde sicut ecclesiasticus ratione feudi cognoscit contra laicum; ita laicus contra Clericum feudatarium in quæstione feudali, ut ostensum est *suprà num. 10.* Tùm quia verba potius accipienda sunt simpliciter, quàm secundùm quid, Bart. in l. *Hos legatum, ff. de legat. 3.* Ergo textus in *cap. 20.* loquens de Ordinarijs locorum non est intelligendus de habentibus jurisdictionem ordinariam ratione feudi, quæ appellatur specialis, & est restricta ad certas causas, maximè cùm sit superinducta, & quatenus præjudicat Ordinarijs, restringenda ad glos. in Clem. *ultim. in ver. Nolumus, de offic. Ordin.* Quare hic casus velut omissus relinquitur dispositioni juris communis, & legum consuetudinumque feudalium.

Non obstat ponderatio dictionis, *quomodolibet*: nam etsi universalis sit, tamen restringitur ad subjectam materiam, & distribuit illos modos, quibus causæ ad forum ecclesiasticum pertinere dicuntur, quales non sunt hæ, de quibus agitur ad textum in l. *Si uno, in princ. ff. locat.* Cum similibus, ut per Alex. *in cons. 35. Visò processu, nu. 10. & 11. lib. 4.*

Itaque ad propositum dubium videtur absolutè respondendum causas civiles, & criminales ad Ecclesiam Cathedralem spectantes ratione directi dominij, quod habet in bonis ab ea in feudum concessis, non comprehendi in decreto dict. cap. 20. *sess.* 24. Concilij Tridentini: & ita S. Congregatio censuit.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Licet, il secondo.

SVMMARIVM.

1 Clerico in Curia Romana convento non competit declinatoria fori, competit tamen sibi ex causa jus revocandi domum.

2 *Forum quis sortitur in cujus territorio delinquit, licet aliàs ei subjectus non sit.*

3 *Locus an attendatur ubi delictum est inchoatum, an ubi est consummatum quoad effectum sortiendi forum.*

4 *Iudex delicti an possit citare extra territorium. & n. 15.*

5 *Forum quis sortitur in loco, ubi contrahit, vel fingitur contraxisse.*

6 *Forum ut quis sortiatur ratione contractus quæ requiruntur. & n. 15. & seq.*

7 *Contrahens cum transeunte quando possit eum convenire in loco celebrati contractus.*

9 *Forum domicilij dicitur proprium, & naturale forum.*

10 *Diœcesis appellatione in dubio comprehenditur diœcesis domicilij.*

11 *Subjectus propriè non dicitur qui subest potestati delegatæ.*

12 *Ordinarius domicilij potest procedere contra subditum, licet absentem. & eum citare tam quoad effectum rem concernentes, quàm personam.*

13 *Citationis executio non est actus judicialis, ideo potest per nuntium exerceri, etiam extra territorium.*

14 *Ordinarius domicilij potest contra absentem procedere etiam ad sententiam excommunicationis.*

15 *Ordinarius delicti vel contractus non potest procedere contra absentem quoad effectus personam concernentes; potest tamen procedere contra bona, si in suo territorio reperiantur. & num. seqq.*

16 *Citatus extra territorium ab Ordinario delicti dicitur contumax, cùm non teneatur comparere.*

17 *Iudex contractus non potest absentem directè de debito condemnare, nisi reus esset præventus, vel ibi aliquando comparuisset.*

18 *Iudex contractus potest contrahentes citare extra locum, & diœcesim contractus.*

19 *Citatio judicij contractus non constituit absentem in contumacia, quoad hoc ut possit excommunicari, vel multari; sed tantùm quoad hoc, ut possit mijsionem pati.*

21 *Forum quis sortitur ubi res litigiosa sive illius possessio sita est, sive res sint mobiles, sive immobiles.*

22 *Romæ quilibet Clericus, aut etiam laicus in causis ad forum Ecclesiæ spectantibus convenjri potest, licet aliàs ibi specialiter forum non sortiatur.*

23 *Papa est Iudex Ordinarius singulorum.*

24 *In revocando domum quidlibet, & an reversus teneatur cavere de judicio sisti: & quid observet Rota.*

25 *Clericus an possit in Curia Romana conveniri in prima instantia, non obstante decreto Concilij Tridentini in c. 20. sess. 24. & nu. seq. usque in fin.*

27 *Vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, sortiuntur forum ubi reperiuntur.*

28 *Forum sortiendi quinquaginta duo modi numerantur à Speculatore.*

29 *Papa non solùm est Episcopus universalis Ecclesiæ, sed etiam Archiepiscopus Vrbis Romæ, & Romanæ Ecclesiæ Episcopus.*

30 *Causæ, quæ secundùm Canonicas sanctiones in Curia sunt tractandæ, & ab Ordinarijs cognosci non possunt in prima instantia, quæ sunt. & num. seq. usque in fin.*

Causæ

31 *Causæ beneficiorum reservatorum sunt cognoscendæ apud Sedem, & sunt de exceptis à Concilio sive emergant principaliter, & directè, sive incidenter.*

32 *Reservato aliquo casu Papæ, censetur etiam reservata illius cognitio.*

33 *Causæ executivæ vigore obligationis Cameralis, aut litterarum Apostolicarum non sunt de comprehensis à Concilio in c. 20. sess. 24.*

34 *Causa in prima instantia est cognoscenda in Curia ubi Papa providit de beneficio ut reservato, vel aliàs, & Ordinarius providit ut de spectante ad suam collationem.*

35 *Concilium Tridentinum in c. 20 sess. 24. nihil imminuit Sedis Apostolicæ authoritatem in causis cognoscendis.*

36 *Causæ ad Curiam devolutæ semper sunt exceptæ decreto cap. 20. vers. Ab his excipiuntur, sess. 24.*

37 *Causæ ad Curiam devolutæ quæ dicantur.*

38 *Causa de consensu Episcopi non potest in prima instantia in Curiam introduci, nisi partes etiam consentiant.*

39 *Declaratur.*

40 *Curialis si conveniatur in partibus coram loci Ordinario, an possit opponere declinatoriam, & petere ut causa ad Curiam remittatur. & n. seq. usque in fin.*

Quid de jure communi, n. 41.

Et quid vigore Eugenianæ, n. 43.

41 *Actor habet electionem conventendi reum plures judices habentem sub quo maluerit judice.*

42 *In foro domicilij, vel originis, aut contractus, vel delicti an, & quomodo Clericus absens conveniri possit.*

43 *Eugeniana Constitutio eximens Curiales ab Ordinariorum jurisdictione comprehendit tam laicos, quàm Clericos.*

44 *Est favorabilis, & pro tutela Curialium.*

45 *Suffragatur residentibus in Curia Romana, non autem venientibus ad eam pro aliquo momentaneo negotio.*

Et requiritur residentia saltem per annum.

46 *Non tuetur Curiales, qui recedunt à Curia animo non redeundi, vel diu extra Curiam morantur.*

47 *Locum non habet si Curialis sit actor, sed tantùm si sit reus.*

Clericus in Curia residens non potest reum absentem ad Curiam trahere, sed illius forum sequi debet. ibidem.

48 *Eugeniana non juvat Curialem, qui intentat remedium l. Diffamari, nisi possideat.*

49 *Item non juvat obtinentes beneficia extra Curiam quin ratione illorum beneficiorum conveniri possint coram loci Ordinario.*

Et quidin Referendarijs idem.

Item non tuetur Parochos non residentes.

51 *Eugeniana non tuetur Curialem quin possit conveniri in partibus vigore l. Unicæ, C. Quando Imper. inter pupill. & vid.*

52 *Constitutio tollens privilegia non tollit clausa in corpore juris.*

53 *Eugeniana beneficio non gaudet Curialis non opponens in partibus declinatoriam fori ante litem contestatam.*

54 *Procurator Curialis litem contestando in partibus coram loci Ordinario censetur illum jurisdictionem prorogare. & excludit principalem à beneficio Eugenianæ.*

55 *Decreto irritanti à partibus renunciari non potest nisi tantùm privatam respiciat utilitatem.*

1 LICET. Clerico in Curia Romana convento non competit declaratoria fori; posset tamen ibi competere jus revocandi domum. Vel sic. Quisque Clericus potest in Curia Romana conveniri, licet aliàs specificè forum ibi non sortiatur; habet tamen ex causa jus revocandi domum. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primò ponit quatuor modos sortiendi forum. Secundò addit quintum cum modificatione, ibi: *Quia tamen.*

2 Nota primò ex hac Decretali quatuor modos speciales sortiendi forum. Primus est ratione delicti: nam in cujus territorio quis delinquit, ejus jurisdictioni subjicitur, licet aliàs ei subjectus non sit, cap: 1. *de raptor.* c. *Placuit, 7. qu. 3.* cap. *Postulásti, suprà eodem,* Auth. *Qua in provincia,* C. *Vbi de crim. ag. opor.* cum concord. de quibus hic per glos. 1. & Hostiens. *num. 1.* An autem inspiciatur locus, ubi delictum est inchoatum, an verò locus ubi est consummatum, Joan. Andr. in cap. *in obscuris, de reg. jur. lib. 6. in Mercur.* tenetur utrobique centeri commissum delictum; & ideò utrumque judicem posse procedere: & hanc dicit esse communem sententiam Aret. *hic num. 7.* Tu distingue ut per eumdem Aret. cujus conclusiones resumit Felin. *num. 13. & seq.* & vide quod super hoc scripsi in cap. *Tuarum, num. 7. & seq. infrà, de privil.* & an judex delicti possit citare extra territorium, vide Angel. *in suo cons. incip. Bonomen. num. 4.* ubi relatis & commentis quinque opinionibus pro regula existentem extra territorium citantis nec materialiter, nec verbaliter citari posse: & eam limitat sex modis, quos hic prosequitur Felin. *num. 1. vers. Tu vero sequere Angelum.*

5 Secundò modus sortiendi forum est ratione contractûs, ut si quis in alieno territorio per se, vel per alium contrahat, vel fingatur contraxisse ratione destinatæ sponsionis: nam ibi potest convenire, & accipitur hic contractus non strictè prout esse dicitur ultrocitroq; obligatorius, ut emptio, venditio, Societas, juxta text. in leg. *Labeo, ff. de verb. signif.* Sed latissimè pro omni materia obligationem producente, etiamsi obligatio nascatur ex parte unius tantùm, ut in leg. *Hæres absens,* & in l. *Omnem obligationem, ff. de Iudic.* secundùm glos. *hic in vers. Ratione contractûs,* Hostiens. *num. 4.* Butr. *num. 11.* & Abb. *num. 29.*

6 Adverte tamen, secundùm Cynum in leg. *si postquam, C. de exhibendis,* quia non omnis contrahens potest conveniri in loco contractûs, ut notatur in cap. *Romana §. Contrahentes, circa princip. hoc tit. lib. 6.* sed ita demùm si habeat ibi officinam, vel tabernam secundùm Archid. & Joan. Andr. vel nisi venisset specialiter pro illo contractu, ut notat Hostiens. in cap. *Quod Clericis, suprà eodem.* Secus si venisset ut mercator, advena, seu viator confestim discessurus, d. l. *Hæres absens, ff. de Iudic.*

7 Absurdum est enim, ut quotquot locis quis navi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

navigans, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendat, ut ibi d citur *in §. Proinde*, & declarat *hic* Butr. *num.* 13. & Collectar. *num.* 4. Itaque con rahens cum transeunte, non potest ibi eum convenire, nisi in duobus casibus. Primus est, quando contrahens ignorabat illum esse advenam, seu viatorem, puta non erat cum calcaribus, seu indumentis viatoris, sed indutus ut alius civis: is sibi enim imputet, qui se viatorem non declaravit.

8 Secundus est, quando implementum contractûs debet statim fieri in loco, ubi contrahitur: ut si emas equum a viatore, ut statim tradat non habitâ fide de tradendo. Ita post Bart. in d. l. *Hæres absens*, & Cyn. in l. 1. C. *Ubi de posset. agi oport.* declarat hic Butr. *num.* 115. *vers. Hæc dicit vera Bartol.*

9 Tertius modus sortiendi forum est ratione domicilij cap. *Ex parte, suprà eodem*, l. *Cives*, C. *de Incol. lib.* 10 cum aliis adductis hic per Innoc. *num.* 1. *in ver. domicilij*, & hic propriè dicitur esse verus, & naturalis forus Innoc. *num.* 3. Butr. *num.* 16. & Felin. *num.* 23.

10 Hinc appellatione alicujus diœcesis in dubio comprehenditur diœcesis domicilij, ut notat Compostell. in c. *Nonnulli, in 4. glossa de rescript.* & Specul. *in tit. de citat. §. 1. circa princip.* & hic dicit Jo. Andr. se disputasse in c. *Statutum, in glos. 5.* quæ incipit: *Dicebamus, ad fin. de Rescript. in 6.* Hinc etiam appellatione subjecti in dubio venit subjectus ratione domicilij, glos. in cap. *Super*, *in ver. Absolutio, de sent. excomm.* & glos. in Clem. 1. *in ver. Subditos, de foro compet.* quam ibi omnes sequuntur.

Et de diœcesi dicitur tantùm qui est subditus ratione domicilij. Atchid. in cap. *Cum nullus, in vers. Parochiæ, de tempor. ordinat. in 6.* Subjectus

11 etiam proprie non dicitur, qui subest potestati delegatæ, ut dicit glos. in cap. *Pervenit, 17. quæst.* 1. quia tales submissiones sunt secundùm quid, & non simpliciter, & naturaliter, sed per acci-

12 dens; unde solus forus domicilij est verus, & ordinarius forus, ita ut propterea secundùm communem opinionem, de qua testatur Abbas *num.* 41. Ordinarius domicilij non solùm possit procedere contra subditum si sit præsens, qui quo casu potest in eum exercere omnimodam jurisdictionem, ut ait Clement. *Pastoralis, de re judic.* & in cap. *Cum contingat, suprà de office Ordin. cap.* 1. & cap. *Cum Episcopus, eodem tit. lib.* 6. & l. *Congruit, de offic. Præsid.* cum simil. & eum convenire tam pro contractibus alibi gestis, & re alibi sita, quàm pro delictis alibi perpetratis, ut in cap. *Delicti, cum ibi notatis suprà eodem*, & in d. cap. *Cum contingat*, & ibi plenè per Abbatem: Sed etiam si sit absens: nam potest citari per judicem domicilij quoad omnes effectus, scilicet ut procedat contra eum vel ad missionem in possessionem, vel ad condemnationem sistatus causæ patiatur: quia ubicunque sit, ejus subditus remanet, & citatio decernitur in proprio territorio ipsius judicis, licèt nuntius exequatur ex-

13 tra territorium: nam illa executio non est actus judicialis; & ideo potest exerceri extra territorium, ut notatur in cap. *Novit, de offic. leg.* & in c. *Romana, §. Contrahentes, de foro compet. lib.* 6. & tenent Hostiens. & Joann. Andr. in cap. 7. *de raptor.*

14 Quinimò potest Ordinarius domicilij contra absentem procedere etiam ad sententiam excommunicationis, ut contra Paul. de Leaz. & Calder. tenet *hic* Joan. de Lign. & Feder. de Sen. *cons.* 16. quorum opinio communis est, ut similiter testatur Abb. *n.* 42. *vers. Ioan. de Lignano*, hic indistinctè tenet contrarium.

15 At secus est in Ordinario ratione delicti, vel contractûs; quia ita demum potest procedere contra delinquentem, vel contrahentem eos excommunicando, & mittendo in possessionem, si sint præsentes in loco; sin autem si ablentes sint, contra personam procedere non poterit, sed tantùm contra res mittendo in possessionem earumdem rerum, si reperiantur in loco delicti, vel contractûs, ut determinat Innoc. *hic in principio*

16 *ver. Contractum*, & Hostiens. *num.* 3. ubi redunt rationem cur subditus absens non possit excommunicari, quia scilicet non potest dici contumax, cùm citatus extra territorium non teneatur comparere. Idem tenet Ant. de Butr. *num.* 6. uoi concludit, delinquentem, si sit præsens in territorio ubi deliquit, esse subjectum quoad omnes effectus, & personam, & bona ibi existentia concernente; si verò sit extra territorium, esse subjectum tantùmmodo quoad potestatem distringendi bona sita in territorio judicis perpetrati delicti, ut notatur in c. *Pojnaqui, suprà eod.* Et idem in contractibus concludit *n.* 13. dicens, ita demum aliquem sortiri forum ratione contractûs, si ibi inveniatur quoad effectus personam concernentes. Ideoque si Ordinarius vellet eum excommunicare, non posset eum quoad

17 hunc finem in contumaciam constituere. Et idem putat si vellet eum de debito directè condemnare, nisi esset præventus, ut dicit Innoc. in c. *Præterea, de dilation.* vel nisi ibi aliquando comparuisset, ut ait glos. in l. *Si quis Roma. ff. de iudic.* & subdit se hoc in facto habuisse.

Quoad effectus, aut res concernentes benè posset citari, & in contumaciam constitui, & missionem pati, dummodo tamen res sint in loco initi contractûs, ut dictum est suprà in delictis.

18 Idem tenet *hic* Collectar. *num.* 5. dicens, judicem contractûs posse contrahentes citare extra locum, & diœcesim contractûs, quia citare est jurisdictionis voluntariæ, cap. *Præterea, de dilation.* Et ea quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, judex potest extra territorium exercere, ut no-

19 tatur in c. *Novit, de offic. legati.* Veruntamen hujusmodi citatio non est efficax ad constituendum citatum in contumacia si non compareat quoad hoc, ut judex citatus ad excommunicationem, mulctam, vel aliam pœnam possit contra eum procedere, sed missionem facere poterit, ut expressè habetur in dicto *§. Contrahentes*, ubi hoc tenet Joan. Andr. secundùm eum.

20 Quartus modus specialis sortiendi forum est ratione rei: nam ubi res est litigiosa, aut illius possessio lita est, ut hic dicitur, ibi quis potest conveniri, *ut C. Ubi in rem actio, per tot.* cap. *Sane*, & cap. *Ex parte, suprà eod.* sive res sit mobilis, sive immobilis, leg. *Quod legatur, ff. de Iudic.* secundùm Innoc. *hic num* 2. *in ver. Rei*, & Host. *in eodem ver. num.* 5.

Quæ autem requirantur ad hoc, ut alterò ex prædictis quatuor modis quis forum sortiatur, singillatim explicant Butr. & Abb. exponendo per

per ordinem quatuor glossas hic positas.

21 Secundò nota præter quatuor modos speciales, de quibus suprà, alium modum generalem sortiendi forum, videlicet ratione Communis Patriæ, vel communis Superioris: Roma enim communis est Patria, l. *Roma, ff. Ad municipal.* & ideò in Romana Curia quilibet Clericus, vel Laicus conveniri potest, licèt ibi non delinquat, vel contrahat, aut aliàs sortiatur forum, ut hic; Clericus quidem indistinctè; Laicus verò in causis, pro quibus coram Papa conveniri potest secundùm Anton. de Butr. *num.* 3. id est, in causis ad forum ecclesiasticum quomodolibet spectantibus, de quibus notatur *in Summ.* 11. *quæst.* 3. & censetur Curia Romana ubicumque est Papa, ut per Butr. *num.* 2. *in* 2. *notab.* Ad hoc quod dixi

22 in cap. Ego N. *num* 31. *de injur.* nam ut inquit glossa *fin. hic*, cùm Papa sit judex ordinarius singulorum, nulli fas est illi us forum declinare, c. *Cuncta per mundum*, 9. *quæst.* 3. Conventus tamen habet jus revocandi domum, si ob aliam causam illic inde liberatus accesserit, ut hic, & quidem ex causa necessaria, vel probabili, & quasi necessaria, ut post Innocentium concludunt Ho-

23 stiens. *num.* 12. & Butr. *num.* 25. *vers. Stet. regula*, Adde Roram. *decis.* 2. *de for. compet. in antiq.* ubi resolvit, venientes ad Romanam Curiam ex causa voluntaria non habere jus revocandi domum; secus si sit causa necessaria, & quæ de facili expediri non possit: potest enim excipere; Domine non veni ad hoc paratus; remittatis me ad domum; deliberabo, ut formaliter explicant Hostiensis *in fin.* Joan. Andr. *num.* 7. *in ver. Domum*, subdunt tamen: sed parum prodest quia quod differtur, non auferitur; tenetur enim cavere saltem de judicio sisti, & ad diem sibi assignatam reverti, l. 2. §. *Sed si dubitetur, ff. de Iudic.* Sed in hoc Innoc. *num.* 3. post multa determinat contrarium (Nobis, inquit, plus placet quod numquam debet dare cautionem, quod post reversionem suam revertetur ad Curiam ibi causam acturus, sed quod coram suo judice ordinario respondebit) l. 2. §. *Legatis, ff. de judic.* & ibi plenè habetur de hoc privilegio revocandi Domum. Cæterùm tamen advertendum ad id, quod in proposito dicunt Domini de Rota *decis.* 829. *alias alt. in tit. de foro compet. in antiq.* cujus hæc sunt verba: (Nota quod illi, qui sunt in Curia Romana pro Republica, habent jus revocandi domum, cap. *de for. compet.* cap. *fin. de delat.* cap. *Causam*: tamen communiter observatur, quòd tales non habent jus revocandi domum; ideò cogunturibidem respondere suis adversariis, postquam sunt præsentes in Curia. Ita observat Rota. Vide Compostell. in cap. *Statutum, de rescript. lib.* 6.) Hæc ibi.

24 QUÆRO, An dispositio hujus Decretalis, qua decidit ut Clericis in Romana Curia competat declinatoria fori, fuerit sublata decreto Concil. Trident. *cap.* 20. *sess.* 24. quo statuitur, ut causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinarijs locorum duntaxat cognoscantur, & terminentur.

25 Videtur respondendum non fuisse sublatam: nam sub illis verbis Concilij: *coram Ordinarijs locorum, &c.* non solùm comprehenditur Ordinarius loci domicilij, verum etiam Ordinarius cujusque loci, ubi quis ex juris præscripto forum sortitur sive id contingat ratione originis, vel beneficij, cap. *Cum nullus, de tempor. ordin. lib.* 6. sive ratione delicti, contractûs, ac rei litigiosæ cap. 1. *de privileg. eodem lib.* sive alijs modis, de quibus in l. 2. *ff. de Iudic.* Et consequenter comprehenditur etiam Ordinarius loci Romanæ Curiæ, cùm in ea Clerici forum sortiantur, & Papa sit Ordinarius singulorum, ut dicit *hic* glos. *fin.* & proprius Ordinarius eorum, qui in Curia præsentes sunt juxta textum nostrum. Hoc enim indicant verba illa Concilij: *Ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentium*, quibus insinuatur, illum ad hunc effectum esse loci Ordinarium, ad cujus forum quomodolibet spectat causæ cognitio.

Et eo magis quòd Concilium *in dicto cap.* 20. dum præcipit causas in prima instantia cognosci coram Ordinarijs locorum, concordat cum jure communi, ut in cap. 1. in cap. *Inolitæ*. & cap. *Placuit*, 11. *quæst.* 1. cap. 1. & cap. *Si diligenter, suprà eodem*. Ergo sicut de jure communi Clericus in prima instantia conveniri potest in Curia Romana, ut in hoc textu, cui non præjudicatur per jura prælegata, quæ præcipiunt Clericos conveniri coram episcopo; eodem modo conveniri poterit post Concilium, quod recipit interpretationem passivam à jure communi, l. 2. C. *De nexalib.* glos. Butr. & DD. in l. *Sciendum, ff. Qui satisd. cogan.*

Quòd si diceremus Concilium sustulisse alios modos sortiendi forum, innumera sequerentur absurda: nam ratione delicti episcopus non posset procedere contra eos, qui in sua diœcesi domicilium non habent, & hic extra locum domicilij crimina ubique committerentur impunè, nec liceret episcopo illa ulciscì ad præscriptum cap. 1. & cap. *Licet, suprà de offic. Ordin.* &

26 cap. 1. *infrà de raptor.* cum multis simil. Item vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, glos. & Butr. in l. 4. §. *Præter ff. de damn. infec.* nullibi pro delicto, aut contractu possent conveniri contra ea, quæ notantur in l. *Hæres absens*, ubi Butr. *num.* 5. *ff. de Iudic.* In his enim habet locum illud: Ubi te invenero, ibi te judicabo, glos. in l. 1. *in ver. Repertuntur*, C. *Ubi de crimin. agi oport.* Et summatim universa jurisdi-

27 ctio ecclesiastica confunderetur: nam præter modos expressos in hac Decretali quamplures alij sunt modi sortiendi forum, quod innuit adverbium illud, *regularter*, in textu positum. & multos enumerant *hic* Hostiens. *num.* 3. & Joan. Andr. *num.* 2. videlicet ratione originis, manumissionis, adoptionis, militiæ, & dignitatis, matrimonij, privilegij, cursus temporis, translationis, extremæ voluntatis, conditionis, compromissi, recusationis, appellationis, delegationis causæ, majoritatis, consensus, sive prorogationis, vel negligentiæ judicis, reconventionis, quæstionis fundalis, & vagationis. Et hos per ordinem prosequitur idem Host. *in Summ. de for compet.* §. 2. & quinquaginta duos recenset Specul. *in tit. de compet. Iud.* §. 1.

Quæ igitur multis sunt excogitata laboribus, & vigiliis, sancta Synodus censeri non debet unico verbo subvertere voluisse, dicit text. in cap. *Ecclesia vestra, il secondo*, *suprà de elect.* Et certè si quis delinqueret, aut contraheret Romæ.

mæ, Concilium non obstaret, quin in Curia posset conveniri; idque non alia causa, nisi quia ratione delicti, vel contractûs ibi forum sortiretur, alioquin Papa esset deterioris conditionis in Urbe, quam sint reliqui Ordinarij in suis Civitatibus; quod esse non debet. cap. *Cùm dilectus,*

28 *de Cleric. non residen.* Nam Romanus Pontifex non solùm est Episcopus, & Caput Universalis Ecclesiæ, cap. *Suspectos*, junctâ suprascriptione, 3. *quæst.* 5. Concilium Florentinum in definitione, quæ habetur post *sess.* 25. *vers. item definimus, sanctam Apostolicam Sedem*; sed dicitur etiam Urbis Romæ Archiepiscopus, cap. *Statuimus, in tit.* 4. *distinct.* cap. 2. *Similiter, in tit.* 5. *quæst.* 4. leg. *Victor. C. de Summa Trinit.* & Archiepiscopus magnæ Romæ appellatur in cap. *In tantum*, 21. *distinct.* ibi *Sanctissimum, & Beatissimum Archiepiscopum Magnæ Romæ Leonem*, & Romanæ Ecclesiæ Episcopus, in cap. *Si quis Episcopus accusatus*, 2. *qu.* 6. prout hæc notantur per Archid. & Joann. Andr. *in rubr. de constit. lib.* 6. & Gemin. *cons.* 93. *Videtur primo, num.* 1. Sicut ergo Concilium non resistit, quin potius assistit modo speciali fortiendi forum in Curia ratione delicti, vel contractûs; eodem modo dicendum est assistere generali modo ibi fortiendi forum ratione patriæ communis, cùm utroque casu quis dicatur conveniri coram Ordinario loci, & in causis ad illius forum pertinentibus; nec ulla sufficiens ratio diversitatis afferri possit. Atque ita hic casus comprehenditur in regula, de qua in principio *dicto cap.* 20. *sess.* 24. Et hanc sententiam non obscure videtur olim probasse Sacra Congregatio ejusdem Concilij interpres: nam generaliter consulta, An decretum *cap.* 20. *sess.* 24. sustulerit modos legitimos, quibus aliquis ex juris communis dispositione, præsertim ratione celebrati contractûs forum sortitur, respondit non sustulisse.

29 Sed quatenus non includeretur sub regula, includeretur tamen sub illius exceptione, quæ habetur paulò infrà ibi: *ab his exciptantur causæ, quæ juxta Canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ*; neque enim dubitandum est, quin sub hujusmodi exceptione comprehendantur etiam causæ Clericorum, qui in Romana Curia conveniuntur, quippe quæ secundùm dispositionem hujus Canonis in ipsa Curia tractari debent.

Quod inde manifestiùs apparet, quod olim infrascripta dubia excitata fuerunt super *d. cap.* 20. *sess.* 24.

Primò, quæ causæ intelligantur exceptæ in illis verbis: *Canonicas Sanctiones*, ut de illis Ordinarij cognoscere non possint.

Secundò, an causæ beneficiorum reservarum in Corpore Juris, vel per extravagantes, vel per regulas Cancellariæ, aut aliis modis sint tractandæ tantùm apud Sedem Apostolicam, an aliquæ tantùm, & quæ illæ sint.

Tertiò, an reservato aliquo casu Papæ intelligatur etiam reservata Papæ cognitio illius causæ ad effectum, ut non possit cognoscere alius.

Quartò, an materia, quæ in litteris Apostolicis continetur, sit executiva, & an coram Ordinario de ea agi debeat.

Quintò, ubi Papa providit de beneficio, vel quia dicatur prævenisse, vel tanquam devoluto, vel reservato, & Ordinarius providit tanquam de spectante ad collationem suam, coram quo debeat in prima instantia causa cognosci. Et quid si pars ob id alleges Ordinarium suspectum.

Hæc dubia non fuerunt soluta à S. Congregatione Concilij; sed tamen illis responderunt plures celebres Jurisconsulti & Rotæ Auditores ex authoritate Sanctissimi ab eadem Congregatione consulti, & inter hos

Aldobrandinus Rotæ Auditor, qui postea Clemens VIII. respondit ad primum pro Canonicis Sanctionibus intelligendum esse universum Jus Canonicum, Statuta Conciliorum, Decreta, & Constitutiones Pontificum consuetudine, aut Concilio non abrogatas. Causas autem juxta Canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam tractandas enumerari per glofl. in c. *Quod translationem, de offic. leg.* Tales etiam esse causas exemptorum per textum in cap. *Cupientes, de elect. in* 6. exceptis tamen casibus, in quibus Concilium Tridentinum deroga Ordinarijs jurisdictionem in exemptos: Tractandas item apud Sedem Apostolicam eas causas, in quibus utraque pars consentit, & vult in Curia litigare, cap. *Dilecti, de foro compet.*

Ad secundum respondit dividendo dubium in duas partes. Primò enim dixit considerandum, an reservationes operentur, ut nedum beneficia, vel eorum provisio, sed etiam causæ cognitio super provisione beneficij reservati principaliter, & directè emergens sit reservata. Secundò, quatenus reservata sit, an causæ hujusmodi sint de exceptis in decreto, sive hujusmodi beneficiorum reservationes sint clausæ in

31 Corpore Juris, sive per extravagantes, sive per regulas. Ad primam partem respondit, causæ cognitionem esse Pontifici reservatam, nec in ea Ordinarium se intromittere posse, per l. *Neratius, ff. de reg. jur.* Joan. Andr. Anton de Butr. & Anchar. in cap. *Inter dilectos, de except. Prælator.* Ad secundam respondit, sive causæ emergant principaliter, & directè super provisione beneficij reservati, sive incidenter, esse de exceptis, *dict. cap.* 20. ut notatur in cap. *Ordinarij, de offic. Ordinar. in* 6. Nec obstare, quòd reservatio sit ex regulis Cancellariæ: quia illæ quoque sunt Constitutiones generales, sicut etiam edicta Prætorum erant annalia, & tamen jus generale constituebant.

31 Ad tertium respondit, reservato casu censeri etiam reservatam illius causæ cognitionem per cap. *Ordinarij, de offic. ordin. in* 6. & licet Concilium *cap.* 5. *sess.* 22. videatur dedisse potestatem Ordinarijs cognoscendi de subreptitie impetratis Apostolicæ, tamen datur uti Delegatis Sedis Apostolicæ, & summariè, & extrajudicialiter tantùm, nec extenditur ad dispensationes motu proprio concessas.

32 Ad quartum respondit Decretum *dict. cap.* 20. *sess.* 24. non habere locum in causis executivis vigore obligationum in forma Cameræ, aut litterarum Apostolicarum per textum in cap. *Dilecti, de foro competent.* in his enim partes in Curia respondere permittuntur. Quo verò ad executionem litterarum Apostolicarum in quibus dantur executores, Ordinarius se intromittere non potest etiam executioni auxilium præstando, Bald. in cap. 1. §. *si facta, in fine*, si de feudo,

controversia fuerit inter Dominum. & Dec. in c. *Super eo, col. penult.* & ibi Felin. *col. fin. vers. Quæro tertio, de præsumpt.*

33 Ad quintum respondit, causam debere cognosci à Sede Apostolica, cùm Ordinarius non possit esse judex suæ collationis, c. *A collatione, de appellat. in* 6. & multò magis cùm Ordinarius recusatur; & licet tunc causa posset tractari coram Metropolitano, si ad eum appellaretur; id tamen est extra terminos Concilij, quod nihil providit ubi Ordinarius loci est impeditus cognoscere per recusationem; illa enim verba, *locorum Ordinarijs*, intelliguntur de Episcopis, non de Metropolitanis, qui non dicuntur Ordinarij diœcesum suorum Suffraganeorum. Card. in c. *Pastoralis, col.* 2. *de off. Ordin.*

34 Vantius Episcopus Urbeveranus non respondit ad singula dubitationum capita, sed generaliter hoc modo. Ex decreto Tridentini Concilij nihil immnutum esse authoritatem Sedis Apostolicæ; ideoque omnes causæ, quæ à principio dispositione sacrorum Canonum, & legum ante dictum decretum poterant apud Sedem cogno-

35 sci, possunt & hodie decreto ipso non obstante. Ideoque præcipuè considerandum, an causa sit ad Curiam legitimè devoluta: ubi enim legitimè devoluta sit, semper est excepta decreto

36 Concilij. Ponit exemplum in causis beneficialibus, & spiritualibus, quæ si ad instantiam unius partis etiam à principio committantur in Curia, dicuntur legitimè devolutæ ex propria natura causæ, & non remittuntur ad partes cap. *primo, c. Quamvis, c. Cupientes, de elect. in* 6. Quod clarius procederet si beneficium esset affectum, vel reservatum, vel si esset collatum ex donatione Apostolica, & de hujusmodi gratia, & titulo esset aliquo modo cognoscendum, c. *Ordinarij, §. Si verò, de offic. Ordin. in* 6. Itemque si utraque pars consentiat, causa diceretur ad Curiam legitimè devoluta, Bisiguett. *decis.* 18. *Agravamine*, & sufficit tacitus consensus. Roca *decis.* 243.

Vel si ambæ partes in Curia præsentes essent, quo casu alterâ petente causam in Curia committi, non posset dubitari de legitima devolutione, ut per textum in leg. *Roma. ff. ad municip.* concludit Rota *decis.* 19. & 21. *in tit. de appellat.* Vel si causa committeretur ex speciali mandato Papæ. Rota *decis.* 169. Quæ haberent etiam locum in causis prophanis. Itaque in dicto decreto *cap.* 20. intelliguntur exceptæ non solùm causæ majores, de quibus in cap. *Majores, de baptis.* & cap. 1. *de translat.* & cap. *Quod translationem*, ubi glos. *de off. Legati*, sed etiam cognitio omnium aliarum, quæ ad Sedem Apostolicam spectabant, præsertim ratione oppressionis, & gravaminum.

Ut si quis haberet suum Ordinarium suspectum, c. 1. *in fin. de off. Leg.*

Vel esset causa pupillorum, & viduarum oppressionem timentium, l. *Vitica, C. Quando imperat. inter pupill. & vid.*

Vel si ob qualitatem causæ oppressio timeretur, vel quia esset executiva, vel non appellabilis, vel possessoria vigore Ægidianæ.

Item aliquando ratione personarum causa ad Curiam devolvitur, & virorum illustrium optimè de Republica, & Principe meritorum, l. *Senatores, C. de tuceoin, lib.* 10.

Item ratione loci ob eius præeminentiam, & causæ puta ratiocinij, administrationis gestæ, l. 1. & 2. *C. Ubi de ratiocin.* Vel si esset quæstio super hæreditate, vel fideicommisso, aut possessione aliquarum rerum, quarum major pars esset in Urbe, *sit. ubi de hæred. ubi de poss. ff. ubi de fideicomm.*

Item si ratione contractûs, delicti, vel quasi aliquis forum in urbe fortiatur.

Ex his constat dispositionem hujus Decretalis non fuisse sublatam decreto *d. c.* 20. *sess.* 24 & quamvis prædicti de hoc textu inspecie non meminerint, videtur tamen eò respexisse Vantius, dum dixit: (vel si ambæ partes in Curia præsentes essent.) & allegat textum in l. *Roma. ff. ad municip.* quem textum ùmiliter citat glos. *finalis hic.*

37 Non obstat quòd S. Congregatio declaraverit de consensu episcopi non posse causam in prima instantia in Curia introduci, nisi partes etiam

38 consenserint. Siquidem hæc declaratio vendicat sibi locum, si partes sint extra Curiam, secus autem si in Curia sint præsentes; quia tunc nec rei conventi, nec Episcopi consensus exigitur. Non rei conventi, quia invitus compellitur ibi respondere, nec potest opponere declinatoriam fori, ut est textus hic. Non Episcopi, quia cùm reus conventus fortiatur generaliter forum in Curia, nullum infertur præjudicium jurisdictioni ordinariæ, sicut non infertur præjudicium si ratione commissi delicti, vel contractûs initi, aut rei sitæ in Curia ibi in prima instantia conveniretur; his enim casibus dicitur causa cognosci coram Ordinario loci, ut ex dictis constat.

39 Secundò QUÆRO, quid in casu converso, an scilicet Clericus residens in Romana Curia, si conveniatur in partibus coram loci Ordinario, possit opponere declinatoriam fori, & petere ut causa ad Curiam remittatur.

40 De jure communi clarum est, Clericum, quamvis resideat Romæ, tamen conveniri posse etiam in partibus coram Ordinario loci: quia cùm utrobique forum fortiatur, est in optione actoris eum convenire in quo maluerit foro, ut determinant Glossat. in l. *fin. C. Ubi in rem act.* & in c. *Dilecti supra eodem*, per textum in l. 2. *vers. Planè si perfecta ff. de judic.* & in c. *Cùm sit generale, supra eod.* & sequuntur communiter Canon. stat, ut testatur Roman. *cons.* 412. *Probabunda substantia, num.* 3.

41 Et quidem coram Ordinario domicilij conveniri potest indistinctè, licet sit absens etiam pro contractibus alibi gestis, vel delictis alibi perpetratis, ut hic per Marian. Socin. *num.* 45. Et est communis opinio, ut dixi *supra num.* 12. Sed in foro originis conveniri non poterit, si præsens ibi non reperiatur, ut leg. *Hæres absens, in* 1. *resp. ff. de judic.* leg. *Relegatorum*, §. *Duratum est, ff. de interdict. & releg.* & notat. Butr. in leg. *Assumpto*, §. 1. *num.* 2. *vers. Quæsito casu ff. ad municip.* & Abb. in c. 1. *nu.* 6. *supra eod.* Sim. iter quamdiu Clericus moratur in Urbe, conveniri non potest coram Ordinario delicti commissi, vel contractûs initi quoad effectus personam concernentes, sed tantùm ratione bonorum, si in ejus territorio reperiantur, secundùm Innoc. *hic in princ. in ver. Contractus*, & Host. *nu* 3. & fusius dictum est *supra num.* 15.

Hæc

42 Hæc obtinent, ut prædixi, de jure communi. Sed hodie in his servari debet Constitutio, quæ Eugeniana appellatur, videlicet cap. *Divina, de privileg.* in extravagan. *Commun.* qua inhibetur locorum Ordinarijs, ne contra suos subditos ad Romanam Curiam euntes pro suis causis, vel negotijs prosequendis, & in ea durante negotiorum, & causarum hujusmodi prosecutione moram trahentes, & recedentes ab eadem procedere, aut censuras, vel quamvis aliam sententiam promulgare, nec illos beneficijs privare præsumant. Quod si fecerint, ut irritum, & inane. Quare Clerici morantes in Curia hodie convenirì non possunt coram Ordinarijs locorum, quemadmodum poterant de jure communi: neque enim ambigendum est, quin hoc indultum comprehendat nedum Curiales laicos, sed etiam Clericos, cum pœna illa privationis beneficiorum non cadat nisi in Clericum, cap. 2.

43 *de instit. cum sint.* & Constitutio Eugeniana sit favorabilis, & pro tutela Curialium, ut dixit Rota *decis. 194. num 4. lib. 2. part. 5. diversf.* Recipit tamen Constitutio hujusmodi declarationes infrascriptas.

44 Et primo declaratur procedere in his tantum qui Romæ pro suis negotijs, & causis expediendis morantur, & sic in eis, qui in Romana curia sunt residentes, prout verba hujus constitutionis intellexit Tridentina Synodus *in cap. 11. in fin. sess. 24.* ibi, *privilegia residentibus in Romana Curia vigore Eugenianæ Constitutionis*, &c. & in hac latitudine hoc loco accipiendum est nomen Curialis, ut per Mandof. *super regul. Cancell. reg. 5. quæst. 3. num. 2.* & Modernos *de beneficio. lib. 2. quæst. 32. num. 166.* licet alias ad Curiales diversimode accipiantur, ut legitur, & notatur in c. *Præsenti, de præb. lib. 6.* Oldrad. *cons. 211. ad propositum, num. 5.* plenè Albert. *in Dictionar. in ver. Curiales*, & Mandof. *citt. à regulâ 5. quæst. 1. & seqq.* Eos igitur, qui ad curiam veniunt pro aliquo momentaneo negotio, puta pro inhibitione obtinenda, & statim recedunt, non tuetur constitutio, arg. l. *Hæres absens*, §. *Proinde, ff. de iudic.* & leg. *Pierique, de ritu nupt.* nam brevi reversurus nec divertisse videtur, leg. 3. *in fin. ff. de divort.* nec dicitur venisse qui non steterit, c. *Si quis autem, 12. distinct.* cap. *Certum est, 11. quæst. 3.* cap. *Si postquam*, & ibi gloss. *in ver. Mente, de*

45 *electi. lib. 6. cum simil.* Quinimò Auditor Cameræ non concedit monitoria, seu inhibitiones in vim constitutionis Eugenianæ ad favorem Curialium, nisi pro illis, qui saltem per annum in curia continuo residentiam fecerint, ut in *Constitutione 71.* Pauli V. incipiens *Universi agri. § 4. num. 16. in Bullar. tom. 3. pag. 266.* quod ipsum prius ordinaverat Pius IV. *in Constitut. 56. Inter multiplices, §. 24. tom. 2. pag. 76.* & eodem modo excluduntur à beneficio Constitutionis Curiales, qui recedunt à curia animo amplius non redeundi, vel extra curiam diu moram traxerunt. Et ita fuit resolutum in signatura Sanctissimi, 18. Martij, 1598. in casu R. P. D. Centurioni Archiepiscopi Januen. qui cùm esset Cameræ Apostolicæ Clericus, petebat causam partibus ad curiam avocari vigore Eugenianæ, & nihil obtinere potuit, quia cùm in sua ecclesia resideret, beneficio dictæ constitutionis non gaudebat, ut testatur Marchef. *de Commiss. part. 2. in tit. de Commiss. super Eugen. num. 15. 16. & 25.*

46 Declaratur secundò eadem Constitutio ut locum habeat dummodo Curialis sit reus: nam si esset actor, illius beneficio uti non posset, sed teneretur sequi forum rei, juxta reg. l. *Iura ordinem, C. de iurisdict. omn. iudic.* l. *fin. C. Ubi in rem. act.* c. *Si quisquam, 11. quæst. 1.* & c. *Cùm sit generale, supra eodem.* cum concord. Ergo Eugeniana locum habet passivè tantum, prout loquitur, id est cùm Curialis extra curiam trahitur, non autem activè, id est, cùm alium vult ad curiam tra-

47 here, prout decidunt Domini de Rota *decis. 716. part. 4. diversf.* ubi etiam resolvunt non intrare Eugenianam quando Curialis intentat remedium, leg. *Dissimari, C. de ingenu. & manumiss.* nisi possideat, quia licet eo casu sit reus, tamen remedium illud non competit ei, qui non possidet, ut notat Bald. in l. 3. *num. 2. ff. de bon. cod. poss.* Boër. *decis. 255. num. 10.* Ant. Gabriel *Commun. conclus. in tit. de action. conclus. 6. num. 38.* Quod benè nota, quia quotidie occurrit in practica in his commissionibus, & monitorijs, quæ impetrantur super jactationibus.

48 Declaratur tertiò, ut non procedat si his sit super beneficio, quod Curialis habet in partibus: hoc enim casu privilegium Eugenianæ non suffragatur, utpote sublatum à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 11. in fin.* his verbis (Quæ verò privilegia residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in ijs, qui beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione præditorum beneficiorum minimè intelligantur, sed Ordinarij jurisdictioni subjecti permaneant, non obstantibus quibuscunque inhibitionibus.) Hæc ibi. An autem stante hoc decreto Referendarij ratione beneficiorum, quæ obtinent extra Curiam, Ordinariorum jurisdictioni subjecti existant, scripsi plenè in c. *Ex parte, tit. 2. num. 39. in fine de privil.*

49 Declaratur quartò, ut non procedat quoad Parochos non residentes, de quibus specialiter cautum reperitur à Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 1. in fine*, ut si per edictum citari etiam non personaliter contumaces fuerint, liberum sit Ordinarijs per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia etiam usque ad privationem compellere: nec executio hujusmodi quolibet privilegio, licentiâ, familiaritate, exemptione etiam ratione cujuscunque beneficij, &c. appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ Constitutionis suspendi possit.

50 Declaratur quintò, ut similiter non procedat si causa, super qua Curialis in partibus convenitur, sit cum pupillo, aut vidua, vel alia miserabili persona; tunc enim Curialis convenirì potest extra curiam in vim privilegij, leg. *Vnica,*

51 *C. Quand. imper. inter pupill. & vid.* Quod quidem privilegium non fuit sublatum per Constitutionem Eugenianam, quæ licet tollat privilegia, non tamen tollit clausa in corpore Juris. Auth. *Qua in provinc. in ver. Illic.* & ibi Bart. *in 2. oppos. num. 2.* & Bald. *num 7. vers. Tertia solutio, C. Ubi de crimin. ag. oport.* late Felin. in cap. *Sicut Romana, numero 12. de rescript.* & in terminis hujus Constitutionis Marchesan. in

in præalleg. titul. de commiss. super Eugenian. num. 25.

52 Declaratur sextò, ut vendicet ibi locum dummodo Curialis in partibus conventus uti velit beneficio Eugenianæ, & opponat declinatoriam fori ante litem contestatam; alioquin sibi præjudicium infert cap. *Pastoralis, infra de except.* & cap. *Inter Monasterium, de re judic.* Marian. Socin. *hic num. 6.* Rota *decis. 12. de except. in antiq.* &

53 *decis. 1. eod. tit. in novis*: cum enim citatus compareat, & respondeat coram eo, quem scit non esse suum judicem competentem, ex hoc intelligitur illius jurisdictionem prorogare, ut probat gloss. notab. juncto textu in l. 1. *in ver. Inchoata, C. ubi de crimin. ag. oport.* & tradit Marian. Socin. in cap. *Significasti, in 6. art. principali, num. 37. supra eod.* Quod extenditur, ut locum habeat etiamsi Procurator in partibus consentiat in jurisdictionem judicis non sui: nam cùm Procurator principalem repræsentet, & illius consensus censeatur quodammodo consensus domini, l. *Ossa, §. Et qui, ff. de relig. & sumpt. funer.* gloss. *ultima*, in l. 88 *Procurator, in secunda, ff. de delit. mal. except.* excludit constituentem à beneficio Eugenianæ, & in hoc voto fuisse commiter votantes in signatura testatur Marchesan *ubi supra num. 21.* Non obstat

54 quod Extravagans Eugenii IV. habeat decretum irritans, cum clausula *sublata*, cui partes renunciare non possunt, cap. *Dilecta, in fin. vers. Nisi forte, infra de probend.* & tradit Felin. plura cumulans in cap. *Cùm accessissent, num. 7. de Constit.* Nam respondetur hoc non procedere si decretum irritans respiciat tantùm privatam utilitatem, quia tunc fieri potest quis suo privilegio renunciare, ita & decreto irritanti tanquam accessorio, ut declarat Aretin. in l. *Duobus §. Etiam, col. 2. vers. Baldus tamen, ff. de vulg. & pupill.* & expressius Cardin. in Clem. 1. *in 18. quæst. de elect.* Cassad. *decis. 2. de decret.* & Sarnen. *in reg. de triennali, qu. 49. num. 11.* Nec mirum, quia etsi decretum irritans indicat formam, tamen etiam formæ renunciari potest quatenus privatam respicit utilitatem, cap. *fin. §. Hic autem*, ubi Abb. *in 2. not. ab. de offic. de leg.* Crescen. *decis. 79. alias 3. de privil.* & *decis. 1. de prescr.* & scripsi plenè in d. cap. *Cùm accessissent, num. 22. & seq.* post Decium *ibi num. 22.* Adde Rotam *decis. 21. incip. Nota, primò, & secundò in data, de caducis. prob. in antiq.* quæ dicit clausulam decreti habere implicitam conditionem, si pars uti velit: & hoc servat Curia, ut testatur Joann. Ancr. *in gl. ordin. in cap. Statutum, §. Cùm verò, in ver. Non commutatur, de rescr. lib. 6.* Hic tamen articulus est admodum controversus, ut patet ex congestis in utramque partem ab Ant. Gabriel. *communi. concl. in tit. de clausul. concl. 3. num. 18.* Sed quod spectat ad rem præsentem, facis est Signaturam tenere per consensum in jurisdictionem censeri renunciatum beneficio Eugenianæ.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Cùm contingat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici super excessibus coram Episcopo suo convenirì debent, non coram illis, quibus serviunt; nisi consuetudo, vel privilegium aliud indicat.*
2 *Consuetudo, & privilegium æquiparantur.*
3 *Consuetudo sicut privilegium dat jurisdictionem, territorium assignat, & jura territorii ampliat. & num. 26.*
4 *Consuetudine acquiri potest quidquid potest acquiri privilegio.*
5 *Præsertim si consuetudo sit immemorabilis. Declaratur n. 8. & 11.*
6 *Consuetudo immemorabilis habet vim tituli, seu privilegii.*
7 *Etiam in his, quæ sunt Principi reservata.*
8 *Possessio temporis, cujus initium non est memoria, non habet vim tituli, nisi adsit capacitas in possidente, & n. seqq.*
9 *Laicus cognoscere potest causas criminales Clericorum, & absolvere ab excommunicatione ex commissione Papæ, non autem ex consuetudine etiam immemorabili.*
10 *Consuetudinem non valere in his, quæ per privilegium concediuntur, quomodo sit intelligendum.*
11 *Consuetudo à jure improbata etiam immemorabilis sit vim privilegii non habet. Nisi data fama providentia ibidem.*
12 *Consuetudo tribuere potest ordinariam jurisdictionem etiam privatæ personæ.*
13 *Sisti approbata Superioris authoritate, alias secus.*
14 *Consuetudo non potest tribuere privatæ personæ facultatem deponendi Clericos.*
15 *Degradatio det. cui ordini Episcopali.*
16 *Consuetudo an possit tribuere simplici Clerico facultatem excommunicandi.*
17 *Excommunicandi potestas est jurisdictionis.*
18 *Merum imperium an sit præsumptivè.*
19 *Servientes curiæ supra consuetudine, vel privilegio non sunt sub jurisdictione illorum, quibus serviunt.*
20 *Domini jurisdictionem habent super familiam suam sicut magister super discipulos, pater in filium, & maritus in uxorem, & num. seq.*
21 *Marito an, & quomodo liceat uxorem verberare, aut in vinculis detinere.*
22 *Iudex an possit cognoscere de delicto suæ familiæ.*
23 *Episcopus solus de jure communi est Ordinarius, & habet imperium in tota diœcesi.*
24 *Prælatus Ecclesiæ dicitur solus Episcopus.*
25 *Prælati inferiores de jure communi territorium non habent, nec dicuntur Ordinarij locorum.*
26 *Et quid ex consuetudine, vel præscriptione.*
27 *Abbates multi referuntur habentes territorium, & jurisdictionem ordinariam exclusis Episcopis.*
28 *Præpositus Ecclesiæ concurrit in Parochianum instituit, & causas matrimoniales cognoscit, cùm sit nullius diœcesis.*

29 *Abbatia Castri Durantu an sit nullius diœcesis, & num: seq. usque in fin.*
30 *Abbati Castri Durantu an sit committenda executiveliterarum Apostolicarum, & num. seq.*
31 *Prælatus inferior an, & quando possit concursus Parochialium instituere, & num. 38.*
32 *Locus nullius neque de diœcesi, locus verò exemptus est in diœcesi, licet non sit de diœcesi.*
33 *Exemptionis privilegium extinit a subjectione, non ab ipsa natione, & denominatione.*
34 *Sub sedis Apostolicæ non importat statum nullius diœcesis, sed exemptionem.*
35 *Territorium proprium habere idem est atque extra diœcesim existere.*
36 *Verba generalia, ac prægnantia important omnimodam separationem territorii.*
37 *Iurisdictio quasi Episcopalis omnimoda privative ab episcopum constituit inferiorem veluti in propria diœcesi.*
38 *Exemptio quotupliciter fit, & quando eximat à diœcesi.*
39 *Dubio, etiam, est ampliativa, & implicativa præcedentium.*
40 *Privilegia novatio non præsumitur, nisi de ea expressè caveatur.*
41 *Abbatia Castri Durantu hodie Urbanea est Episcopalis.*
42 *Abbates, Priores, Præpositi, & Archipresbyteri, nullum Diœcesim quibus litteræ Apostolicæ à Dataria, & Cancellaria diriguntur, qui sint.*

1 CUM CONTINGAT. Clerici super excessibus coram Episcopo suo convenirì debent, non coram illis, quibus servimus, nisi consuetudo, vel privilegium aliud indicat. Hoc dicit communis divisio, consultatio, & responsio. Secunda ibi. *Super quo.*

2 Nota primò in vers. *Nisi*, duas causas, sive modos acquirendi jurisdictionem, videlicet consuetudinem, & privilegium. Ad idem cap. *Novit*, ibi (nisi forte juri communi per speciale privilegium, vel contrariam consuetudinem) &c. *de Iudic.* cap. *Dno suavi, de offic. Ordin.* cap. *Accedentibus, de Privileg.* & sic nota consuetudinem,
3 & privilegium æquiparari prout hic notant Hostiens. *num:* 4. & Bald. *cons.* 49. *in facto Abbatu, libro* 1. ubi dicit tam consuetudinem, quàm privilegium dare jurisdictionem, & territorium assignare, & jura territorii ampliare: & hanc esse regulam, ut acquiri possit consuetudine quid-
4 quid potest acquiri privilegio, firmat Cardinal. post Lap. in Clemen. 2. *in pennit. vol. de relig. domib.* Bart. *in proœmio Digestorum, §. fin.* & Felin. *hic* post Abb. *num.* 2. *vers. Secundò in quantum* D. *Abba.* Quod maximè procedit si consuetudo sit
5 longissima, seu immemorabilis, ut per eumdem Bald. in cap. 1. *col.* 1. *in total. quæ sint regalia*, Oldrad. *cons.* 172. *Quia omnes, num:* 11. ubi ait privilegium, & consuetudinem tanti temporis, cujus contrarii memoria non exstitit, paribus passibus ambulare; & ideo quod potest per privilegium concedi, posse & tali consuetudine introduci, ut l. 1. §. *ult. ff. de aqua, pluv. arcen.* l. *in eum*, §. *Item varius*, & l. *Hoc jure*, §. *Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiva*, & l. *ult. C. de*
6 *fund. rer. privatæ, libro* 10, ejusmodi enim consuetudo habet vim tituli, seu privilegii, ut ex text. in cap. *Super quibusdam*, §. *Præterea*, & ibi notat gloss. *in ver. Non extat*, *in princip.* & Hostiens. *in vers. Nota diligenter*, *de verb. Significat.* Abb. in cap. *Cum nobis*, *num:* 4. *de præscript.* Franc. in cap. 1. *in 2. notab. de consuet. lib.* 6. & alii copiosè relati ab Antonio Gabrieli *communi, conclus. lib.* 5. *de præscription. conclus.* 1. *num:* 1. e-
7 tiam in his quæ sunt Principi reservata, ut probatur in dicto §. *Præterea*, & notat gloss. in cap. *Innovamus, in ver. Regum, de censib.* Bart. in l. *Quo minus, in 2. quæst. vers. Item habet lictus, ff. de flumin.* Abb. in d. cap. *Cum nobis*, & alii apud Gabriel. *ubi supra n.* 3.

8 Verùm hæc conclusio declaratur procedere, dummodo adit capacitas in exercente, seu possidente; alioquin multa competere possunt ex privilegio Apostolico, quæ tamen acquiri non possunt consuetudine, vel præscriptione, cap. *Quanto*, ubi Innocent. Hostiens. & omnes notant. *de consuetudine*, etiam in his quæ sunt ju-
9 risdictionis; unde videmus ex concessione Papæ merum Laicum posse cognoscere causas criminales Clericorum, secundùm communem opinionem, de qua testatur Clar. *in praxi criminali §. fin. quæst.* 41. *num.* 6. *vers. Sed quid dicendum*, & tamen hanc cognitionem sibi vendicare non potest ex quavis consuetudine, vel præscriptione, cap. *Si Dominus, & per totam*, 96. *dist.* cap. *Ad nostram, de consuet.* cum concordan. Similiter ex concessione Apostolica laicus potest absolvere ab excommunicatione, gloss. in Extravag. *Suscepti*, Joannis XXI. *in ver. Vel personis, de elect.* & tamen id non potest in vim consuetudinis, aut præscriptionis utcumque vetustissimæ, cap. *Decernimus*, cum ibi not. *de iudic.* nam, ut inquit Joan. Andr. in cap. 2. *de præb. lib.* 6. quantumcumque longo tempore laicus exercuerit actum spiritualem, nunquam tamen illum potest præscribere: nam possessio temporis, cujus initii non est memoria, habet vim tituli quando datur capacitas in exercente, alias non. Et eum sequitur abb. in d. cap. *Quanto, num:* 2. *de consuet.* dicens ita notabiliter esse limitandam regulam cap. 1. *de præscript. lib.* 6. & l. *Hoc jure*, §. *Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiva.* Idem dixit in d. cap. 2. Joan. Monach. *col.* 1. *vers. Item tempus*; Cardin. *cons.* 57. *num:* 3. Paris. in cap. *Cum nobis, num:* 5. *& seq. de præscript.* Balb. *in tract. præscript. in* 1. *parte, quinta partis principalis, in* 7 *quæst. num.* 53. Gabriel post alios *in dicta*
10 *conclus.* 1. *de præscript. num:* 6. Et in his procedere potest contraria regula, quam ex cap. *Contra morem*, 100. *distin.* desumit Federic. de Sen. *consil.* 277. *Factum ex quo*, *col. fin. vers. Præterea in iis quæ per privilegium concedunturi, non valet consuetudo.* Vel certè hæc regula procedit quando lege disponente, aliquid acquiri non potest nisi privilegio tantùm, ut declarat Felin.
11 *hic num:* 2. *vers. Primò fallit.* Rursus declaratur procedere supradicta conclusio nisi consuetudo sit à jure reprobata; quia tunc non habet vim privilegii, cap. *Cum instantia, de Censib.* licet sit immemorabilis, ut ibi dicit Joann. Andr. *super ver. Longissimo*, Abb. in cap. *Cum ex officii*, *in ver. Aliquo modo, de præscript.* Purteus *decis.* 466. *num:* 4. *lib.* 2. Covarr. post alios *variar. resolution. l.* 3. *c.* 13. *n.* 5. nisi data fama privilegii, ut hic per

per Felin. *num:* 5. *in tertia fallentia*: in quo tamen hodie servanda est Constitutio Urbana, ut plenè
12 scripsi in cap. 1. *supra de consuetudin.*

Secundò nota in ver. *Hi quibus*, consuetudinem tribuere posse ordinariam jurisdictionem etiam privatæ personæ: quod alibi ita expressè non legitur, ut dicunt Hostiens. *num:* 3. Joann. Andr. *num:* 10. Imola *num:* 6. & Abb. *num:* 5. Archid. in cap. *Conquestus in fin.* 9. *quæst* 3. ubi allegat hunc textum, & dicit se non vidisse similem. Idem tenet gloss. in cap. *Romana*, in *ver Consuetudine, de appellat. in* 6. Bart. in l. 1. §. *Denique, ff. de aqua pluv. arcen.* & alii hic relati a Felin. *num:* 2. Aliam enim jura loquuntur vel in Abbatibus, vel in Archidiaconis, aut aliis Prælatis, sive Capitulis, seu Collegiis, vel aliquam tenentibus administrationem, ut patet in d. cap. *Conquestus*, 9. *quæst.* 3. in cap. *Dilecti, de Arbitr.* & in
13 cap. *Novit, in primo responso, de Iudic.* Quæ tamen conclusio procedit si consuetudo sit approbata Superioris authoritate, aliàs non valet, quia multa per patientiam tolerantur, &c. cap. *Cùm jam dudum, de præb.* secundùm Vincent. & Joann. Andr. *num:* 6. Petr. de Anchar, *eod. num:* 6. & alios communiter, licet Bellam. *num:* 3. dicat sufficere approbationem tacitam per scientiam veram, & non fictam; quia consuetudo expressam approbationem non requirit; satis enim est ut sit rationabilis, & legitimè præscripta, cap. *Cum tanto, de consuet.*

14 Rursus procedit supradicta conclusio in modica jurisdictione: non enim consuetudo posset tribuere potestatem privatæ personæ deponendi Clericos, argum. cap. *Transmissam, de elect.* & cap. *Quanto, de consuet.* secundùm Innocent. & Hostien. *num:* 2. & Joan. Andr. *num:* 10. *vers. Et quod hic & ibi dicitur*: ejus enim est deponere, cujus est ordinare cap. *Nullus Primæ*, 9. *quæst.* 2. *c.* 3.
15 *de Paroch.* Host. *ubi supra*, præsertim si depositio sit realis, ut degradatio, secundùm Collectar. *hic num:* 3. quia hæc debetur Ordini Episcopali, ut notatur in c. *Cùm non ab homine, supra tit. prox.* & per Host. in cap. *Dilecto*, & cap. *Irrefragabili, de offic. Ordinar.*

16 An autem privatæ personæ, idest, simplici Clerico dignitatem, personatum, officium, vel aliud beneficium ecclesiasticum non habenti consuetudo possit tribuere facultatem excommunicandi, Doctores non conveniunt: nam Hostiens *num:* 3. *vers. Sed numquid*, & Joan. Andr. *num:* 10. *in eod. vers.* censent id nō posse per consuetudinem introduci, arg. cap. *Cùm satis, de offic. Archid.* Secus in Prælatis, cap. *Dudum, de elect.* Idem tenet Archidiac. in cap. 1. *de offic. Ordin. in* 6. Anton. de Butr. *hic num:* 18. & Abb. *num.* 16. Sed contrarium tenet Innocent. in cap. *Olim, ii tertio, num:* 1. *de restit. spoliator.* & cum eo consentit ibi Hostiens. & Cardinal. *hic num:* 8. cujus opinionem dicit esse veriorem Collectar. *num:*
17 2. *vers. Numquid consuetudo.* Hoc etiam dicit esse verius Imola *num:* 6. quia potestas excommunicandi est jurisdictionalis, cap. *Transmissam*, & cap. *Dudum, de elect.* Et sicut Episcopus potest simplici Clerico hanc facultatem expressè delegare, ita potest tacitè per patientiam transferre, secundùm Innocent. & hanc partem tenent Domini de Rota *in sua concis.* 409. ut refert *hic* Butr. *d. num:* 18. Sed Henricus Boich relatus hic à Bellam. *num:* 9. conciliando opiniones sic distinguit. Aut quæritur, utrum consuetudo possit dare privatæ personæ potestatem excommunicandi absque alia jurisdictione ecclesiastica ad excommunicationem præambula, puta, citandi, monendi, in contumacia ponendi, juxta text. in cap. *Sacro*, & cap. *Statuimus, de sent. excommun.* cap. *Constitutionem, eod. tit. lib.* 6. & cap *Indigne*, 12. *quæst.* 1. & concludit non posse, quia esset consuetudo irrationabilis, arg cap *fin de consuet.* & ita intelligit Hostien. *hic.* Aut quæritur an consuetudo possit tribuere potestatem excommunicandi una cum alia jurisdictione præambula; & concludit posse, ut hic, & ita intelligit doctrinam Innocentii, & Hostiensis in d. cap *Olim*, & quod notat Bernard. & Hostien. in d. cap. *Cùm sit generale, supra eodem.* Et pro hac distinctione videtur casus in cap *Super eo, de præb. in* 6. junctio cap. *Quærenti, infra, de verbor. significat.* & 1. etiam in materia interdicti expressè distinguit Innocent. in d. cap. 2. *de his quæ fiunt à major. par Capit.* in gloss. 2. & ibi post eum Host.

Cæterum hæc distinctio videtur posse admitti dummodo tam jurisdictio præambula, quàm potestas excommunicandi habeat aliquod fundamentum officii aut beneficii ecclesiastici, cui possit immiti; alioquin secundùm Martin. de Selva, quem refert *hic* Bellam. *num:* 9. *vers. Martinus de Selva*, nunquam privatæ personæ nomine suæ privatæ personæ potest consuetudo dare jurisdictionem ecclesiasticam, quia illa non potest competere sine alia prælatione. Dicit tamen ad hoc sufficere titulum cujuslibet beneficii, si quod habet. Et hanc opinionem credit esse veram Bellam. quia jurisdictio ecclesiastica est quoddam spirituale, vel saltem ecclesiasticum, quod non potest nisi beneficio ecclesiastico adhærere, arg. eorum quæ leguntur, & notantur in Clem. *Ver litteras de præb.* & in cap. *Causam quæ, de præscript.* Nec secundùm eum obstat hæc Decretalis, & d. cap *Super eo, de præb. in* 6. imò probant hanc partem, quia loquuntur de jurisdictione ecclesiastica Canonis, seu præbendis Canonicalibus adhærente, quæ quidem Canoniæ, seu præbendæ Canonicales re vera beneficia dici debent cap. *In nostra, supra de rescript.* & cap. *penult. infra, de verbor. significat.* Similiter non obstat l. 1. & *ult. C. de emancip. liber.* quia loquuntur in Duumviris publicam administrationem habentibus, cui publicæ administrationi bene adhærere potest jurisdictio. Nec adversatur authoritas Innocentii in d. cap. *Olim, ii tertio, de restit. spoliat.* Ait enim (Quilibet Clericus potest possidere & præscribere jus excommunicandi, dummodo sit persona, in quam hoc jus cadere possit) & allegat cap. 2. *de his quæ fiunt à major. par. Capit.* & cap. *Cum ab Ecclesiarum Prælatis, de offic. ordin.* & sic videtur sensisse non de simplici Clerico, sed de Clerico prælationem habente, ut benè observat Abb *hic num:* 16. Idque apertius declarat idemmet Innocentius in d. cap. 2. *num:* 1. dum dicit non posse consuetudine induci ut Canonicus interdicat vel excommunicet homines Ecclesiæ, nisi super eos habeat aliquam prælationem, quia quomodo poterit eos ligare qui non sint subditi ejus? & in hoc residet etiam Butrius *hic num:* 18. dum concludit Clericum non posse hanc potestatem acquirere ex

consuetudine, nisi saltem habeat aliquam præsumentiam, per quam subjectos habeat.

18 An autem merum imperium, seu potestas judicandi, & puniendi crimina possit consuetudine acquiri, joan. Andr. *hic num.* 4. recitat opiniones & remittit. Card. *num.* 2. tenet merum imperium esse præscripibile, dicens de hoc esse casum singularem hic quod latius prosequitur *num.* 4. ubi respondet objectis Jacobi de Arena qui senserat merum imperium acquiri non posse per præscriptionem etiam immemorabilem. Idem postmodum concludit Anchar. *num.* 12. & 13 & Abb. *num.* 10. & sunt opinio Petri, & Cyn. in l. 1. *ff. de aqua pluvia arcen.* Quam dicit esse communem. Imola *hic num.* 8.

19 Tertiò nota mercenarios, & servientes circumscriptæ consuetudine, vel privilegio non esse sub jurisdictione illorum, quibus servituntur nam isti Domini habent eos aliqua in coercitione, non tamen in figura judicij, memoratur in cap. *Sicut, 7 quæst. 1.* & in l. *Respondendum, §. pe-*

20 *nult. ff. de pœn.* & recidit hic Joan. de Anan. *num.* 5. Unde ut dicebat Hostien. *num.* 8. post gloss. *fin.* Dominus potest habere jurisdictionem super familiam suam, sicut magister super discipulos, ut in *proœmio Digestorum, & penult.* & in Authen. *Habita*, C. *Ne filius pro patre*, *filius patet super filium suum*, §. *Verum, circa fin. 3. quæst. 7. cap. Non oportet, 5. quæst. 5.* Sicut maritus in uxorem, cap. *Sicut, 7 quæst. 1.* & cap. *Petrus, 32. quæst. 2.* Sed a verbis hujus abstineat, l. *Cum filio, §. 1. C. de repud.* Archid. in d. cap. *Sicut*, nisi ex magna causa, ut in exemplo cap. *Qui ad vedam, de juramento*, vel nisi verbera essent levia, & ita intelligo textum in Authen. *Sed hodie*, & Authen. *Sed novo*, C. *de repud.* & d. l. *Cum filio*, secundum Felin. *hic num.* 7. & de pœnis verberanda sine causa vide in Authen. *Ut liceat matr. & av. §. Si quis autem*, l. *ult. C. de repud.* & glossam d. cap. *Plaeuit, in ver. Et statuimus*, & de his omnibus vide textum in cap. *Qui peccat, vers. Nam quotidie deum*, ibi, ordinatissima potestate, 23. *quæst. 4.* & an pater filium, & marius uxorem possit in vinculis detinere, vide gloss. Archid. & DD. in d. cap. *Placuit*, Bart. in l. *Ex facto, in grandi, in*

22 *fin. ff. de hæred. instit.* & Felin. *hic num.* 8. & an pater percutiens filium Clericum incidat in can. *Si quis filium*, Barth. Brixien. *in quæst. sua venerabili* 87. quæ incipit *Quæritur an pater percutiens, in tit. de sent. excomm.* gloss. *ultim.* & DD. in cap. *Cum voluntate, eod. tit.* & in cap. *Indecorum*, & ibi dixi *num.* 47. & 48 *supra de atat. & qual.* Et an Dominus possit cognoscere de delicto suæ familiæ vide Legistas in l. *Senatus, ff. de offic. Præsid.* & in l. *Si quis furiosi, §. Si quis, ff. De pœnis*, & in l. 1. 3. *Familia, ff. de publica.* & Felin. in c. *Causam quæ, supra de hæc. decret.* ubi ponit regulam cum quinque Fallentiis.

23 Ultimò nota de jure communi solum Episcopum esse Ordinarium, & solum habere imperium in tota diœcesi cap. *Si quis Episcopus*, & ibi gloss. 1. 2. *quæst.* 7 cap. *Sane, supra eod.* cap. 1. & ibi dixi *in tituo notab. de offic. Ordinar.* cap. 1. *de treug. & pace*, & cap. 1. *de raptor.* cap. *Audito, de sent. excomm.* cap. *Omnes Episcopi, 16. quæst.* 7. & notanc hic Innocent. *num.* 1. *vers. Episcopus autem habet forum*, Hostient. *in ver. Non tantum*, Joan. Andr. *num.* 4. Butr. *num.* 7. Imola *num.* 2. Col-

24 lectar *in princ.* Bellam. *num.* 2. Abb. *num.* 4. Unde sanctus Thomas *in 4. distinct. 20. artic. 4. quæst.* 1. (Solus Episcopus, inquit, propriè Prælatus Ecclesiæ dicitur, & ideo ipse solus quasi Sponsus annulum Ecclesiæ recipit; & ideo solus ipse habet plenam potestatem in dispensatione Sacramentorum, & jurisdictionem in foro causarum quasi persona publica) Extra diœcesim verò Episcopus jurisdictionem contentiosam exercere non potest, nisi in casu Clem. *Quamvis, de*

25 *foro compet.* Inferiores autem Prælati de jure communi territorium non habent, ut hic per Host. *num.* 1. *vers. Mihi videtur*, & Joan. Andr. *n.* 4. *vers. Videtur quod de jure communi.*

26 Unde decretum Concilii Tridentini *cap.* 20. *sess.* 24. quo cautæ omnes ad forum ecclesiasticum pertinentes in prima instantia jubentur cognosci coram Ordinariis locorum, S. Congregatio declaravit non intelligi de inferioribus Prælatis, qui subsunt Episcopo, veluti Archipresbytero, vel Prælato Ecclesiæ Collegiatæ, ita ut illis inferioribus, qui etiam in eorum plebe Ordinarii dici possunt, hujusmodi cognitio privativè ad Episcopum etiam in prima instantia pertineat; quia etiamsi habeant jurisdictionem ordinariam in personis de Collegio, c. *Cum ab Ecclesiarum*, ubi gloss. & Abb. *num.* 1. *de offic. Ordin.* non tamen possunt appellari Ordinarii locorum, cùm nullus citra Episcopum habeat territorium in diœcesi, Abb. *ubi supra num.* 10.

Quinimo secundum Hostien. & Joann. Andr. *ubi supra*, nec consuetudo posset operari, ut in eadem civitate essent in solidum duo capita quasi monstrum, cap. *Quanto*, & cap. *Quoniam, supra de offic. Ordinar.* Sed in hoc contrarium videtur sentire Innocent. hic, & tenent expressè Archid. in cap. *Cum Episcopus, col. 1. in ver. Per alium*, & ibi etiam Joann. Andr. *de offic. Ordinar. lib. 6.* Quorum opinio est verior, ut scripsi plenè in cap.

27 *Nullus, num.* 22. *infra de Paroch.* fatentur tamen Hostiens. & Joann. Andr. esse aliquos Abbates habentes certam terram limitatam jurisdictioni suæ subjectam alio Episcopo carentem sicut est Abbas Cassinensis, & quidam alii, quod secundum eos fulciri potest ex aliquo privilegio Apostolico speciali, & tales dici possunt habere territorium, sive forum, l. *Pupillus, §. Territorium, ff. de verbor. significat.* & notatur in cap. *Cùm ex officii*, & cap. *Venient, de præscript.* subdit Joann. Andr. Cassinensem hodie episcopalem, (quod verum erat tunc temporis) & de aliis quatuor remittit ad Constitutionem Benedicti XII. *Bonæ, de Monachis Nigris, ante fin.* & sunt monasterium Sublacense, & Farfense in Provincia Romana, Sancti Vincentii de Vulturano in partibus Apuliæ, & monasterium sancti Laurentii Veteris in partibus Gallicanis, de quibus meminit idem Joann. Andr. in Specul. *in rubr. de privil. vers. Et sciendum*, & Butr. *hic num.* 11. *vers. Fatetur quod sunt aliqui Abbates*, & hos solemus appellare Abbates nullius diœcesis, cujusmodi sunt etiam Abbas Nonantulanus, de quo per Calderin. *consil. 528. alias 13. de privil.* Abbas Cluniacensis, de quo plenè Oldrad. *consil. 204. Prima quæstio*, cujus etiam meminit expressè Concilium Tridentinum *cap. 11. vers. Excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, sess. 25. de regular.*

28 Ad hæc Leo X. Præposituram Piscia Lucen. Diœcesis, & Præpositum pro tempore existentem, ac omnes Canonicos, & Clericos ejusdem oppidi sub protectione B. Petri, & Apostolicæ Sedis immediate suscepit, & ab Episcopo Lucensi, ejusque tota jurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, penitus eximit ita ut etiam ratione delicti, aut contractus Episcopus Lucensis nullam jurisdictionem in eos, eorumque bona habere, & ipsi Præposito ordinariam jurisdictionem, superioritatem, correctionem, visitationem in omnes personas Ecclesiasticas dicti oppidi in civilibus, & criminalibus & mixtis concessit, prout Episcopus Lucensis consueverat habere, utque a sententiis Præpositi ad Romanum Pontificem dumtaxat appellari possit Clem. VII. & Paulus III. supradicta omnia confirmarunt, & in suis litteris Apostolicis usi sunt verbis (Præposito Ecclesiæ de Piscia Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ nullius diœcesis.) His sic stantibus quæsitum est, an Præpositus vacantes Parochiali in districtu suæ Præposituræ possit edicta proponere, & eos qui concurrerint, jubere per suos deputatos examinari, & alia facere, quæ Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 18. concessit Episcopis; & an ei possint committi dispensationes matrimoniales suorum subditorum ex *cap.* 5 *sess.* 22. & *cap.* 20. *sess.* 24. S. Congregatio Concilii inclinavit ut satis sufficientes ut probatus status iste nullius ex Bullis prædictis. Dixit tamen nihil decidendum nisi audito Episcopo Lucensi cujus interest. Item ex verbis exemptionis apparere Ecclesiam hanc esse subjectam Præposito etiam quoad legem diœcesanam: & cum citato Episcopo multa hinc inde deducta fuissent, tandem S. Congregatio *die* 23. *Julii* 1579. censuit dicendum Præposito, ut ostendat Synodos ante Concilium factas. Si autem nihil aliud deducatur, Congregatio censuit Præposito competere examen in Parochialibus prout Concilium dedit Episcopo *sess.* 4. *cap.* 18. Idem de causis matrimonialibus, quia constat omnem jurisdictionem ordinariam datam Præposito, esse nullius, habere jus congregandi Synodum diœcesanam, & congregasse etiam post Concilium. Quam Congregationis sententiam Sanctissimus ad se relatam approbavit. De præpositura Prati scripsi latè in cap *Cùm ab Ecclesiarum, à num.* 13. *usque in fin. de offic. Ordin.* De Abbatia S. Mariæ de Balneo item latè in cap. *Cùm dilectus, à num.* 13. *infra de relig. domib.* & de Abbatia sancti Joannis in Venere in cap. *Nullus, de Paroch.* ubi ego plenissimè de hujusmodi locis nullius diœcesis.

29 QUÆRO. An Abbatia Castri Durantis nullius diœcesis existat.

Cùm S. Congregatio annis superioribus declarasset Abbati Castri Durantis esse committendas dispensationes matrimoniales, litteras in forma Sigilli scavit, aliaque hujusmodi quoad ejus subditos, si modo iste jurisdictionem quasi episcopalem, & proprium territorium haberet; hac decisione S. D. N. Paulo V. exhibita, ex parte Abbatis fuerunt productæ scripturæ probantes in eo concurrere supradicta requisita jurisdictionis quasi episcopalis & territorii, pericumque fuit ut per litteras in forma Brevis decerneretur præcisè ut de cætero ipsi rales expeditiones committerentur. Sanctitas sua respondit hujusmodi requisita esse prius ab ipso probanda coram S. Congregatione ab eaque obtinendum decretum, quod esset probata.

Ad dicta duo requisita justificanda Abbas exhibuit sententiam Rotalem, in qua ipsi uti jurisdictionem quasi episcopalem, jusq; congregandi Synodum habenti, ac proprium territorium, adjudicantur concursus parochialium. Unica quidem fuit sententia, sed causa commissa fuit in Rota omni, & quatenque appellatione remota, sententiaque habuit effectum.

Quamobrem Sac. Congregatio die 13. Julii 1605. inspecta sententia lata in Rota pro Abbate adversus Archiepiscopum Urbini, in qua Abbati tanquam nullius diœcesis existenti, ac proprium territorium, ac jurisdictionem quasi episcopalem habenti, adjudicantur concursus pa-

31 rochialium in ejus territorio vacantium; itemque perpensa præcedente commissione cum clausula *appellatione remota*, atque attestatione effectus dictæ sententiæ, & quasi possessionis Abbatis censuit satis, superque constare Abbatem quasi episcopalem jurisdictionem, & proprium territorium habere, ac propterea suspendit litteras sibi esse committendas, super quo quidem decreto fuerunt postea expeditæ litteræ S. D. N. in forma Brevis.

Verumtamen Archiepiscopus contendit adhuc Abbatiam prædictam esse in statu simplicis exemptionis, non autem nullius diœcesis ex duplici capite.

Primò quia Rota pronunciavit Abbatis territorium esse exemptum à jurisdictione Archiepiscopi Urbinatem, ac proinde non esse in statu nullius, quia implicat contradictionem esse nullius diœcesis, & esse exemptum, ut dixit Rota *div. sess. decis.* 207. *num.* 2. *part.* 2. Addo Joan. Andr.

32 *ad speculum, tit. de privileg. vers. Aliquatenus.* Etenim locus nullius nec est in diœcesi, nec de diœcesi; at locus exemptus licet non sit de diœcesi, est tamen in diœcesi. cap. *Cùm Episcopus.* Gemin. *in 3. not.* & Francis. *in 2. de offic. Ordin. lib. 6.* gloss. in Clemen. *Frequens, in ver. Primò dicunt*, ubi etiam Vitalis. *num.* 27. *de excess. Prælat.* Card. in Clemen. 2. §. *Similiter, num.* 4. *de privil.* ubi etiam Lap. Abb. *num.* 2. Anchar. *in prim. limit. num.* 2. & *num.* 12. *in fin.* atque alii omnes de privil. Fedel. de Sen. *cons.* 2. *num.* 4. *vers. Quod autem*, & *num.* 7. Felin. in cap. *Grave, col.* 1. *num.* 5. & *seq. de offic. Ordin.* Atque hoc ipsum discrimen constituit Concilium *cap.* 9. *sess.* 24. dum ea, quæ sub Paulo III. & Pio IV. pius statuta fuerant de visitatione ecclesiarum exemptarum, extendit etiam ad ecclesias seculares nullius diœcesis, & tanquam de diversis loquitur etiam *cap.* 10. *sess.* 25. ibi, *etiamsi nullius diœcesis vel exempta*, & 10. *cap.* 18. *ejusdem sess.* 9. *Et quia ad Collegia*, ibi, *etiamsi exempta, etiamsi nullius diœcesis.*

33 Ratio est quia privilegium exemptionis solum eximit à subjectione, non autem à situatione, & denominatione. Vital. in d. Clem. 2. *de privil. n.* 14. & Franch. *in c.* 2. §. *Statuto, vers. Sed adverte, de constit. in* 6.

Deinde quatenus ex sententia Rotali fuerit diffinitum Abbatem esse in statu nullius diœcesis, contendit tamen Archiepiscopus illam sibi non obstare, uti notorie injustum, quia sententia

fin. ut se in privilegio exemptionis Bonifacii IX cùm tamen illud privilegium fuerit revocatum à Martino V. ut ex Bulla revocationis exhibita. Et quamvis postea idem Martinus ad instantiam Cardinalis Lucidi tunc prædictæ Ecclesiæ Commendatarii dictam suam revocationem ad suum beneplacitum suspenderit; dicta tamen suspensio, ut Archiepiscopus prætendit, non fuit simplex, ita ut per eam Abbatia fuerit absolutè redacta ad terminos privilegii Bonifacii IX. qui exemptionem concessit; sed Papa processit per viam novæ dispositionis, suspendendo prius ad suum beneplacitum privilegii Bonifacii; Deinde novam dispositionem adjiciendo in hæc verba. (Volentes, & etiam ordinantes, quod hujusmodi nostra suspensione durante, Cardinalis, Conventus, Monasterium, Universitates, Clerus, & alii supradicti, Nobis & Romanæ Ecclesiæ dumtaxat sint subjectis, & ad Episcopalia jura eidem Episcopo, & Capitulo persolvenda, aut alia mera subeunda minimè tenentur.) Verba enim illa *Volentes & ordinantes* important novam dispositionem, gl. in c. fin. *in verb. Respondemus, de verb. signif. in 6.* Dec. in c. *Extravagantes, 1. de appell.*

Itaque Martinus non suspendit simpliciter, sed præcipuè quid esset observandum durante suspensione, videlicet ut Abbatia non tenere-
34 tur ad onera Episcopalia, & esset immediatè subjecta Sedi Apostolicæ, quæ quidem verba non ita tantum nullius, sed simpliciter, ac nudam exemptionem important, cap. *Papa, de privil. in 6.* Joan. Andr. *in addit. ad Speculum, in tit. de privil. num. 5. ver. prædictis.* Felin. in cap. *Grave, num. 2. de off. Ordin.*

Quare petit Archiepiscopus, ut declaretur Abbatiam non esse nullius diœcesis, sed simpliciter exemptam, vel ut petatur votum Rotæ super hoc articulo, an sit in statu nullius, præsertim quia ut constat ex decisionibus Rotalibus, non modò in Rota nunquam fuit actum de his difficultatibus, an Martinus in dicta suspensione revocationis tradiderit novam formam, vel an Abbatia esset nullius diœcesis; sed Archiepiscopus nunquam fuit auditus à Rota in judicio petitorio; in ultima enim decisione Seraphini, quæ in hac causa emanavit, fuit resolutum, ut causa discuteretur in petitorio, & decisio edita fuit ut Mari 1601. ut in impressis decisionibus. Et postea nulla alia facta discussione, aut decisione edita, die 9 Julii ejusdem anni lata fuit sententia in petitorio judicio.

Cæterum his non obstantibus non videtur recedendum à decisis: nam Rota satis clarè pronunciavit Abbatem esse in statu nullius, non quidem per hæc verba (nullius diœcesis) sed per alia æquipollentia atque idem importantia.

35 Id autem liquidò constat. Primò quia sententia Rotalis definit Abbatem habere proprium territorium, quod nihil aliud est, quam esse extra diœcesim, id quidem repugnant habere territorium, & esse in diœcesi, ut in terminis resolvit Rota coram Attrebatensi in *causa Constantien. jurisdictionis, 5. Mari 1611.* quæ habetur impressa in recentior. *decis. 324. part. 1.* Ideoque quotiescunque Abbates, vel alii inferiores Prælati habent territorium separatum, illud dicitur esse nullius diœceseos; ita ut nec in diœcesi, nec de diœcesi alterius censeri possit. sed sit proprium territorium, respectu cujus ipsi quoque diœcesani vocantur, gloss. in Clemen. 1. §. *Volumus, in verb. Diœcesanis*, & ibi notat Cardinalis in *4. quæst. num. 2.* Vital. *num. 4.* Imo. *num. 38.* & Abbas *num. 15. de foro compet.* Idem enim important hoc casu territorium, & diœcesis, cap. *Si quis Abbas, 18. quæst. 2.* & cap. 2. *de constit. lib. 6.* Vital. in Clemen. 2. §. *Sane, num. 44. de elect.* Archid. in c. *Cùm Episcopus, in verbo Non exempto, de off. Ordin. in 6.*

Et confirmatur, quia Rota non pronunciavit simpliciter Abbatem habere territorium, sed addidit territorium absolutum, exemptum, ac pœnitus liberatum ab omni dominio, jure, actione, atque omnimoda jurisdictione, potestate, & lege diœcesana Archiepiscopi Urbinaten.
36 Quæ quidem verba sic geminata, ac prægnantia abundantem territorii separationem, ac dimembrationem important. Rota *d. vers. decis. 526. num. 4. part. 1.* Capitaneus *decis. 297. num. 3. part. 1.* Quos latius prosequitur Anton. de Butr. *in cons. 19. Quia hic agitur, num. 3. & seq. vers. 2. sola verba conclusionis.* Innoc. Joan. Andr. & DD. in cap. *Pastoralis, de decim.* De justitia verò sententiæ Rotæ in hac parte clarissimè constat, quia iisdem ferè verbis utitur, ac privilegium Bonif. IX. ut ibi: (Monasterium, nec non Castra, districtus, & territoria prædicta, &c. ab omni dominio, jure actione, & omnimoda jurisdictione, & potestate, ac etiam lege diœcesana Episcopi Urbinaten. absolvimus, eximimus, ac perpetuò liberamus.)

37 Secundò in sententia Rotali diffinitur competere Abbati excluso Archiepiscopo omnimodam & Episcopalem jurisdictionem. Quibus quidem verbis constituitur Abbas in proprio territorio, ita ut veniat appellatione diœcesani gl. in d. Clemen. 1. *in ver. Diœcesani, de foro compet.* gloss. *prag. sanct. tit. de annu, &c. vers. in diœcesi, pag. 117.* Abbas in cap. *Sicut unire, de excess. Prælat.* & in Clemen. *Diœcesani, de vit. & honest. Cleric.* ubi reconcilians gloss. *ibi*, & in d. *Clem. 1.* quæ sibi oppositæ videbantur, ostendit appellatione diœcesanorum etiam in materia nova, & præjudiciali venire inferiores habentes Episcopalem jurisdictionem exclusis Episcopis. Cum enim privilegium sit tale, ut nedum eximat, sed etiam tribuat jurisdictionem territorium dicitur effectum veluti propria diœcesis Abbatis Joan. Andr. in cap. *Nona, circa med. de jurejur.* Anchar. in cap. *Postulasti, sub num. 4. de foro comp.* Rota *d. decis. 207. part. 2. in fin.* Et in hoc quoque sententia Rotæ est conformis privilegio Bonifacii, qui primò liberavit Abbatem cum territorio, & subditis ab omni jurisdictione, &c. episcopi Urbinaten. ac deindè subdit. (Cæterum volumus, statuimus, & ordinamus, ut Clerus, Populi, &c. quemadmodum episcopo, & Capitulo de cætero Abbati in spiritualibus, & temporalibus obedire tenentur, & sint ordinario jure subjecti.) & infra (Omnimoda jurisdictio quemadmodum ad episcopum, & Capitulum pertinebat, ad Abbatem pertineat, & pertinere debeat.) Præsertim, quia non solum Abbas, verum etiam illius subditi à Rota pronunciantur liberi, ac penitus absoluti à jurisdictione episcopi, quo casu Abbas dicitur habere proprium ter-

ritorium, & diœcesim ut in specie concludit Gemin. post Joan. de San. Georg. in cap. 2 *col. 4. vers. Quæro an inferiores Prælati habeant territorium*, atque ibi etiam Anch. *sub num. 10. vers. Si verò per privilegium, de Constit. in 6.* & sequuntur DD. hic. In quo etiam constat de justitia ejusdem sententiæ, quæ omninò convenit cum privilegio, ut ex illis verbis (Monasterium, &c. Territorium, &c. cum clero, populo, omnibusque personis tam ecclesiasticis, quàm sæcularibus utriusque sexus ab omni dominio, jure, actione, &c. Episcopi Urbinaten. perpetuò liberamus.)

38 Postremò, aliis omissis hoc ipsum concludenter probatur, quia cùm Abbas consuluisset S. Congregationem Concilii, an sibi liceret instituere concursus parochialium in suo territorio vacantium: Congregatio respondit ita demùm hoc jus competere inferiori Prælato, si habeat omnimodam jurisdictionem episcopalem, nec alicui subdatur, & sit immediatè subjectus Sedi Apostolicæ, nullius diœcesis, proprium habeat territorium, habeatque jus congregandi Synodum, & legitimè constet illam congregasse, &c. Unde Abbas pro his qualitatibus justificandis adivit Rotam, quæ postea inter cætera, pronunciavit jus instituendi concursus pertinere ad Abbatem in suo territorio; sententiaque ipsa in rem judicatam transivit. Quamobrem apertè convincitur ex sententia Rotali Abbatem esse in statu nullius diœcesis; alias enim non verificata hujusmodi qualitate nullius diœcesis minimè potuissent ipsi Abbati adjudicari concursus, cùm ex sententia S. Congregationis id jus non competat inferiori hanc qualitatem non habenti.

39 Non obstat, quòd Rota pronunciaverit Abbatem esse exemptum, & quòd status exemptionis sit incompatibilis cum statu nullius diœcesis, ex *d. decis. 207.* nam respondetur exemptionem esse in duplici differentia; alia enim est simplex, & ordinaria, & hæc non eximit à diœcesi; ideoque est incompatibilis cum statu nullius, & de hac loquitur Rota *d. decis. 207.* Alia est exemptio plena, & absoluta, qualis est ista Abbatiæ Castri Durantis, & hæc eximit à diœcesi, & constituit exemptum in proprio territorio; ita in puncto distinguit, & declarat Abb. in d. Clem. *Diœcesani, de vita, & honest. Cleric.* Gemin. & Anchar. supra relati in d. cap. 2. *de Constit. in 6.* atque eademmet Rota *dicta decis. 207. in fin.*

Quarum specierum exemptionis meminit etiam Achil. *decis. 360. & seq.* quæ est 14. & 15. *de privileg.* Put. *decis. 115. lib. 3.* Angel. Sylv. & Tabien. *in ver. Exemptio, in princ.*

Rursus non obstat, quòd Martinus V. in Bulla prædicta suspensionis tradiderit novam exemptionis formam ipsa suspensione revocationis durante: nam primò respondetur id repugnare tum verbis Bullæ, tum menti ipsius Pontificis. Verbis quidem, quia Papa ibi duo facit, primò absolutè suspendit revocationem; per quam quidem suspensionem non est ambigendum Abbati fuisse restitutam priorem exemptionem ex privilegio Bonifacii competentem. Deinde non per modum limitationis, sed additionis, & augmenti superaddit (Volentes, & etiam ordinantes, ut dicta suspensione durante Abbatia non teneatur ad onera episcopalia, & sit immediatè subjecta Sedi Apostolicæ) quibus verbis patet Summum Pontificem non tantùm restituisse Abbati primum privilegium, sed etiam addidisse exemptionem ab oneribus Episcopali-
40 bus, cum particula illa, *etiam*, sit amplificativa, seu implicativa præcedentium, l. *Convertuntur, ubi not. C. de Episcopis, & cler.* Bayr. in l. *Suas quoq., num. 4. ff. de her. inst.* esset enim omninò contra jurisdictionis naturam, ut per illam orationem, *volentes, & etiam ordinantes*, restringeretur dispositio, quæ ex vi verborum ampliari deberet, & contra regulam l. *Legata institutiones, ff. de adim. leg.* l. *Titia, 3. fin. de manum testam.* & l. *Quod favore, C. de leg.* cum concord. præsertim quia novatio privilegii non præsumitur, nisi de illa expressè caveatur. Anchar. *cons. 161. num. 5.* & latiùs Menoch. *cons. 202. num. 13. & seq.* etiamsi posterior concessio magis, vel minus contineat, quam prima, Menoch. *ibidem num. 14.* Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib. 17. tit. 1. num. 18.* Et etiam hujusmodi intellectus contra mentem Martini, si quidem est omninò inverisimile, ut instante Cardinali Lucido pro restitutione privilegii amplissimi, eò quòd illius revocatio redundaret in maximum Abbatiæ detrimentum; Papa, qui in specie asserit se ad hæc moveri tum aliis de causis, tum ob dicti Cardinalis benemerita, non concedat deinde nisi nudam, & pusillanimem exemptionem absque ulla jurisdictione etiam civili sine beneficiorum collatione, atque aliis pluribus, quæ in priori privilegio continebantur. Quod etiam pugnat cum observantia immediatè subjecta; nam Abbates fuerunt semper in pacifica possessione saltem cognoscendi causas civiles, & criminales, beneficia conferendi, &c. ut probatur inter cætera ex sententia Rotæ, qua diffinitur privilegium Bonifacii esse observatum, atque observandum.

Neque obstat, quod alias dicta verba *volentes, &c.* essent superflua, eò quòd cùm Abbatia esset jam subjecta Sedi Apostolicæ, super vacanti fuisset illam rursus subjicere. Nam respondetur id vel factum esse ad abundantiorem cautelam, vel quia cùm in privilegio Bonifacii nulla fieret expressa mentio de exemptione Abbatis ab oneribus episcopalibus, superfluum non fuit eundem claris verbis eximere, & quoad hoc immediatè subjicere Sedi Apostolicæ. Vel demùm quia cùm in privilegio Bonifacii subjiciantur Sedi Apostolicæ monasterium, atque illius personæ; poterat dubitari an per hæc verba Clerus quoque, & populus censerentur subjecti per ea, quæ habentur in cap. *Per exemptionem, de privileg. in 6.* Quæ difficultas fuit sublata per Bullam revocationis Martini V. in qua non modò monasterium, verum etiam populus, & Clerus speciatim Sedi Apostolicæ subjiciuntur; ac proinde verba illa *Volentes, & etiam ordinantes*, retinent propriam naturam etiam quoad hoc, ut novam dispositionem inducant, juxta gloss. in d. cap. *fin. ver. Respondemus, de verbor. signif. in 6.* atque alios superiùs citatos.

42 Postremò quicquid sit de meritis causæ, pro Abbate stat res judicata, quæ omnem tollit difficultatem. Sed hæc dicta sint ut etiam liqueat de non jure Archiepiscopi. Ex quibus videtur responden. Abbatiam esse verè in statu nullius Diœcesis. Et ita S. Congregatio respondit, ut dixi in cap. *Nullus, num. 20. & seq. infra de Paroch.* Hodie Ecclesia hæc Castri Durantis est Episco-

palis sub titulo Urbanæ: nam SS.D.N. Urbanus VIII. die 18. Februarii 1636. in Consistorio Ecclesiam S. Angeli in Vado ad Metaurum, quæ nobis patria dilectissima est, & dictam Ecclesiam Castri Durantis in cathedralem æquè principaliter unitas, & utrumque oppidum in civitatem erexit.

43 Porrò Abbates, Priores, Præpositi, & Archipresbyteri, quibus hodie dispentationes, & alia rescripta Apostolica a Dataria, & Cancellaria diriguntur, sunt infrascripti, videlicet.

Abbas Montis Cassinensis, Ordinis S. Benedicti nullius Diœcesis Provinciæ Capuan.

Abbas monasterii S. Mariæ Farfen. Ordinis sancti Benedicti nullius Diœcesis in districtu Urbis.

Abbas monasterii S. Sylvestri Terræ Nonantulæ Ordinis S. Benedicti nullius Diœcesis Provinciæ Ravennaten.

Abbas monasterii Sanctorum Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias Cisterciens. Ordinis Trium Fontium nuncupatus prope & extra mœnia urbis nullius diœcesis.

Abbas monasterii S. Salvatoris majoris nuncupatus Ordinis S. Benedicti in districtu urbis nullius diœcesis.

Abbas monasterii Montis Virginis Ordinis sancti Benedicti nullius diœcesis Provinciæ Beneventan.

Abbas monasterii Sanctissimæ Trinitatis Caven. Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis Provinciæ Capuan.

Abbas monasterii S. Christophori Terræ Castri Durantis Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis Provinciæ Urbinaten. Hodie est cathedralis, ut prædixi.

Abbas monasterii S. Mariæ Oppid. Pinaroli Ordinis S. Benedicti nullius diœcesis Provinciæ Taurinen.

Abbas sæcularis, & collegiatæ Ecclesiæ S. Petri oppidi de Lerma nullius diœcesis Provinciæ Burgen.

Abbas monasterii S. Mariæ de Cadossa nullius diœcesis Provinciæ Salernitan.

Abbas monasterii S. Michaelis de Cuizano nullius diœcesis Provinciæ Tarraconen. S. Benedicti, seu alterius Ordinis.

Abbas monasterij de Salagon nullius diœcesis Provinciæ Compostellan. Ord. sancti Benedicti.

Abbas monasterij SS. Trinitatis, Ord. S. Benedicti nullius Provinciæ Reghien. hoc monasterium fuit unicum collegio Græcorum de Urbe, & hodie huic litteræ Apostolicæ non committuntur.

Prior monasterij per Priorem gubernari solitus S. Laurentii prope padulam Carthusien. Ordin. nullius diœcesis Provinciæ Salernitan.

Prior Prioratus S. Jacobi de Spatha nullius diœcesis Provinciæ Compostellan.

Prior Prioratus sancti Benedicti Militiæ, & Villæ de Alcantara nullius diœcesis Provinciæ Compostellan. cui ex indulto Urbani VIII. tantum committuntur matrimoniales, non autem beneficiales.

Prior Prioratus de Velesmullius diœcesis Provinciæ Toletan.

Prior Prioratus de Magazela militiæ de Alcantara nullius diœcesis Provinciæ Compostellan.

Præpositus Ecclesiæ S. Mariæ Terræ Piscia nullius diœcesis Provinciæ Florentin.

Præpositus Ecclesiæ Beatæ Mariæ Terræ Artini nullius diœcesis Provinciæ Theatin.

Præpositus sæcularis Ecclesiæ S. Deodati Oppidi ejusdem S. Deodati nullius diœcesis Provinciæ Treveren.

Archipresbyter sæcularis, & collegiatæ Ecclesiæ S. Petri oppidi Aggerin. nullius diœcesis Provinciæ Taraconen.

In commissionibus tamen, quæ diriguntur Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Archipresbyteris supradictis non admittitur supplicatio nisi fuerit concepta his verbis, videlicet (Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores prædicti quatenus Abbatis monasterij N. Ordinis sancti N. nullius diœcesis Provinciæ N. particulare, ac separatum territorium, ac jurisdictionem quasi episcopalem in dicto loco exercenti, etiam sede illis personis non sit, quibus similes causæ per Sedem Apostolicam committi consueverunt, committere, & mandare, ut cum eisdem Oratoribus dispenset) Et postmodum eadem verba repetuntur in dispositiva litterarum: exceptis tamen Abbatibus Cassinensi, & Farfensi, quibus fiunt commissiones absque prædicta clausula, & adjicitur, *sive cum Vicario*, quod tamen non fit cum aliis. Abbas verò Sublacen. non reperiur adnotatus inter alios, & illi non consueverunt committi nisi matrimoniales, &c.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Ex parte.

SUMMARIUM.

1 *Miserabilis persona potest laicum interdicto Unde vi, coram judice Ecclesiastico convenire, etiamsi res subtracta dicatur feudalis.*

2 *Miserabiles personæ habent electionem fori, & possunt convenire adversarios suos etiam in Curia Principis.*

3 *Papa licet sit Ordinarius singulorum, tamen causas ab Ordinario non avocat sine justa, & rationabili causa.*

Et per rescriptum manu propria signatum. n. 6. & 8.

4 *Deus regit infima per inferiores Angelos, media per Superiores, suprema per seipsum.*

5 *Papa explet minima per Plebanos, & alios inferiores, media per Episcopos, & suprema per seipsum.*

7 *Causa miserabilis persona, quæ juxta Canonicas sanctiones tractari debet in Curia, ut validè committatur, an requirat subscriptionem Papæ, & num. seqq. usque in finem.*

8 *Tridentinum Concilium sess. 24. cap. 20. expenditur.*

Papæ subscriptio in causis avocandis ab Ordinariis in prima instantia quando requiratur. ibidem. & n. seqq.

Pupilli

10 *Pupilli causa, maximè sapp. sira perhorrescentia, apud Principem tractari debet.*

11 *Causa, in qua agitur de interpretatione litterarum Apostolicarum, apud Sedem est cognoscenda.*

12 *Signatura Justitiæ communis non judicat in causis, quæ in Curia tractari debent.*

1 EX PARTE. Miserabilis persona potest Laicum interdicto *Unde vi*, coram judice Ecclesiastico convenire. Hoc dicit, secundum Joan. Andr. & omnes. Adeit Abbas Siculus etiam si res subtracta dicatur feudalis.

2 Nota primò ex hac Decretali miserabilem personam, qualis erat hæc Viuda Regina Angliæ, posse convenire laicum in foro Ecclesiæ, etiamsi Judex ecclesiasticus alias in causa illa non sit judex competens. Concordat textus in cap. *Significantibus*, inducendo illum, ut ibi dixi *num. 43. & 62. & 85. supra de Offic. Delegat.* & in cap. *Super quibusdam, in fin.* ibi (Item viduis, pupillis, orphanis, & personis miserabilibus tenearis in judicio ecclesiastico respondere) *infra de verb. significat.* habent enim tales electionem fori, & possunt adversarios suos convenire etiam in curia Principis, præsertim si illorum potentiam perhorrescant, ut est textus celebris in l. *Vacca*, & ibi scribentes omnes, C. *Quando Imperat. inter pupill. & viduam*, & scripsi facissime in d. cap. *Significantibus*. Et hæc est una ex causis, quæ juxta Canonicas sanctiones in curia sunt tractandæ ad præscriptum Concilij Tridentini *cap. 20. vers. Ab iis excipiuntur causæ, sess. 24.* Quemadmodum respondit Sebastianus Vantius Episcopus Urbevetanus, qui una cum gravissimis Jurisconsultis, ex Rotæ Auditoribus a Sac. Congregatione Concilij de mandato san. mem. Gregor. XIII. hac de re fuit consultus, ut dixi in cap. *Licet, il secondo, à num. 3. maximè num. 35. infra eodem.* Nam regularitèr non solet Papa se immiscere in causis ad Ordinarios pertinentibus: quamquam enim ut Ordinarius singulorum, nec illi fas ut illius forum declinare, cap. *Cunctis per mundum, 9. quæst. 3.* gloss. *ult.* in d. cap. *Licet, infra eod.* & in cap. *Cùm nullus, in ver. In eadem, de tempor. ordinat. lib. 6.* Cùm Papæ jurisdictio non restringatur ad limites alicujus territorii, ut post Innoc. in cap. 1. *num. 2.* & Butr. *ibi, num. 31. supra de Offic. Delegat.* Dicit Marianus Socin. *in cons. 237. Difficultatem, num. 1. col. 2.* tamen causas ab Ordinariis locorum ad se non avocat sine justa, & rationabili causa, cap. *Per principalem, 9. quæst. 3.* Idque jure optimo: nam, ut inquit Beatus Dionysius *de Ecclesiastica hierarchia, cap. 6.* (Nostra Hierarchia à Deo traditis Ordinibus sanctè disposita sanctis, & cœlestibus Hierarchis conformis est) & notat Hostien. in cap. *Cùm contingat num. 6. de crat. & qualitate.* Et Ecclesia militans exemplata est divinitus a triumphante, ut dicit gloss. in Clem. *fin. in ver. Ecclesiæ de hæreticis.* Unde quemadmodum Deus optimus maximus regit infima per inferiores Angelos, media per Superiores, & suprema per seipsum, ut docet S. Thomas; ita Romanus Pontifex, qui non puri hominis sed veri Dei vicem gerit in terris, cap. *Quanto, de translat. Episc.* & a quo tanquam a fonte omnis per Ecclesiam jurisdictio diffundiur, cap. *Loquitur Dominus. 24. quæst. 1.* cap. 1. 22. *distinct.* Minima explet per Archidiaconos, Plebanos, & alios inferiores, cap. 1. & cap. *Ad hæc, de Offic. Archid.* cap. 1. & cap. *fin.* & ibi gloss. *in ver. Sua de Offic. Archipresbyt.* cum similibus. Media per Episcopos, qui sunt vocati ab Ecclesia Romana in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, cap. *Quæ sit sua* & cap. *Decretis, 2. quæst. 6.* dixi in cap. *Pernicissimum, num. 31. supra de offic. Ordinar.* Majora per seipsum, ut cap. *Nec inuita, 17. distinct.* cap. *Majores, de Baptismo*, cap. 1. *de translat. Episcop.* cum concordantibus. Unde a Tridentina Synodo provide cautum est, ut causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes coram Ordinariis locorum in prima instantia cognoscantur, & terminentur; & si quas Romanus Pontifex ex urgenti, rationabilique causa duxerit committendas, aut avocandas, id fiat per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis manu subscribendum, ut in Decreto, *cap. 20. sess. 24.* de quo plurascripsi in cap. *Licet, num. 30 usque in finem*, & in cap. *Significasti, num. 31. infra eodem.*

7 Hic QUÆRO, An requiratur subscriptio Papæ ad hoc ut causa miserabilis personæ, quæ juxta Canonicas sanctiones tractari debet in curia, validè committetur.

8 Cùm Ludovica de Corduba esset in possessione hæreditatis paternæ, Gundalvus de Cardena objecit illi quod illegitima esset, ac propterea incapax hæreditatis, non obstante quòd ejus parentes obtinuissent a Clemente VII. dispensationem ad contrahendum matrimonium, sed quia quæstio nativitatis ad sacrorum Canonum præscriptum coram Judice Ecclesiastico dumtaxat tractanda erat juxta constitutionem Alexandri III. relatam in cap. *Latus, qui filios legitimi.* Ludovica minor ætate perhorrescens in partibus litigare cum adversario potentiori, obtinuit a Signatura Justitiæ, ut causa in Rota committeretur: cui quidem commissioni adversarius oppositus, quod non fuerit subscripta manu Papæ, quemadmodum præscribitur Decreto Concilij Tridentini, *cap. 20. sess. 24.* in causis, quas in prima instantia Summus Pontifex ab Ordinariis avocandas judicaverit, atque hoc prætextu causam ad Concilium Regium deferendam curavit.

Itaque consultur Sacra Congregatio an ejusmodi commissioni objici possit vitium subtilitatis, propterea quòd manu sanctissimi subscripta non fuerit.

9 Videtur respondendum negativè; nam Decretum d. cap. 20. primò statuit, ut causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes coram Ordinariis locorum in prima instantia cognoscantur, & terminentur: deinde excipit duo genera causarum his verbis (Ab his excipiendæ causæ, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis suæ manu propria subscribendum committere & avocare.) Atque ita subscriptio Papæ non requiritur nisi in secundo casu. Præsens autem causa secundum ea, quæ proponuntur, apud Sedem tractari debet; atque ita est in primo casu duobus fundamentis.

Primò

10 Primò quia causa pupilli, maximè suppositа perhorrescentia, apud Principem cognoscenda est, vulgata leg. *unica, vers. Quòd si pupilli*, C. *Quando imperator inter pupillos*, ubi in specie Baldus *num. 2. cap. Regum, 22. quæst. 5.* Ideoque usus inolevit, ut causæ hujusmodi in Rota committantur, ut apud Capitaq. *disp. 1. n. 3. de jurejur.* & Put. *disp. 34. lib. 3.*

11 Secundò, quia cùm agatur de interpretatione litterarum Apostolicarum, quibus Clemens VIII. dispensavit inter patrem, & matrem Oratricis, ut legitur in commissione, causa apud Sedem tractari debet, ut est textus in cap. *Cùm venissent, de jud. cte.* S. Congregatio autem alias animadvertit manum Papæ requiri ubi avocatur causa, quæ non debet in Curia tractari: at verò in iis, quæ in Curia tractari debent, qualis est præsens causa, dixit sufficere signaturam Justitiæ; ideoque è lege esse, ut cùm causæ a signatura Justitiæ in Curia committuntur, in litteris generaliter exprimatur causam esse talem, quæ juxta Canonicas sanctiones in Curia tractari debeant; idque justè significari Præfecto signaturæ Justitiæ, quod fuit diligenter observatum in commissione, de qua agitur.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Significasti.

SUMMARIUM.

1 *Clericus sine diœcesani licentia non potest se submittere jurisdictioni non sui judicis.*

2 *Abbas an habeat jurisdictionem Ordinariam de jure communi, quæ prorogari possit etiam per clericos seculares. & num. seq. usque ad num. 11.*

3 Jurisdictionis, *verbum intelligitur de ordinaria.*

4 *Dominium in dubio intelligitur de directo, non de utili.*

5 *Prorogatio cadit super simili specie jurisdictionis, quæ prorogatur.*

6 *Prorogatio jurisdictionis potest fieri etiam in causis spiritualibus, si judex alias possit de illis cognoscere.*

7 *Prorogari non potest de persona ad personam jurisdictio limitata.*

Declaratur. n. 9. & n. 14.

8 *Jurisdictio eius, qui præest Collegio, est prorogabilis.*

10 *Prorogari potest jurisdictio ordinaria competens alicui de consuetudine, vel alio jure speciali.*

11 *Prorogatio jurisdictionis ut fieri possit a clerico, quæ requirantur. & n. seqq. usque ad n. 18.*

12 *Prorogatio jurisdictionis judicis non fit an inducatur ex tacito consensu partium.*

13 *Laicus potest prorogare jurisdictionem judicis alienis etiam sine consensu judicis propri: Clericus autem non potest. & cur. & n. 37.*

14 *Prorogatio jurisdictionis fieri non potest nisi in judicem ordinarium.*

15 *Jurisdictio delegata non est prorogabilis de persona ad personam, sed bene de re ad rem.*

16 *Prorogare non potest clericus jurisdictionem judicis laici etiam de diœcesani consensu.*

17 *Nisi in causis mere civilibus.*

18 *Prorogatio jurisdictionis, & delegatio in quibus differant. & n. seq. usque ad n. 23.*

19 *Episcopus an potest clericum invitum submittere jurisdictioni alterius Episcopi. & n. 30.*

20 *In prorogantibus jurisdictionem judicis præsentis, & acceptantis non est locus pœnitentiæ.*

21 *Appellatur à sententia judicis ex prorogatione jurisdictionis ad illius superiorem.*

22 *Intellectus l. Episcopale, C. de Episc. audien.*

23 *Auditor Cameræ an possit cognoscere, & terminare in prima instantia causam criminalem clerici Episcopo subjecti de ipsius Episcopi consensu. & n. seq. usque in fin.*

24 *Prorogatio jurisdictionis potest fieri etiam in criminalibus ubi procedatur per viam accusationis. & n. 32.*

25 *Et quod si procedatur per viam inquisitionis. Ad prorogationem jurisdictionis sufficit consensus illius, de cujus præjudicio agitur, ibid.*

26 *Jurisdictio a Concilio Tridentino Ordinariis tributa in prima instantia censetur aliis adempta.*

27 *Jurisdictio acquiritur devolutione, delegatione, & prorogatione.*

28 *Devolutio jurisdictionis in prima instantia non fit ad Legatos, & alios quoscunque vigore facultatum, nisi Episcopo prius requisito, & negligente, & n. 33.*

29 *Episcopus non potest causam committere extra diœcesim, nisi & litigantes consentiant. & n. 31.*

31 *Causæ etiam criminales ad forum Ecclesiasticum pertinentes in prima instantia cognosci debent coram Ordinario loci, & non coram alio, nisi de ipsius Ordinarii, & partium consensu.*

33 *Legati, & Nuntii possunt procedere in prima instantia Episcopo requisito, & negligente, non autem consentiente.*

34 *Negligentiam debet præcedere monitio ut fit locus devolutionis.*

35 *Et an debeat esse trina, vel sufficiat unica.*

36 *Archiepiscopus potest cognoscere causas subditorum Suffraganei in prima instantia negligente, non autem consentiente Episcopo.*

37 *Laicus in causa spirituali an possit prorogare jurisdictionem judicis non sui.*

1 SIGNIFICASTI. Clericus sine diœcesani licentia non potest se submittere jurisdictioni non sui judicis: vel plenius, Quamvis laicus possit jurisdictionem non sui judicis prorogare; Clerici tamen non possunt, nisi prorogatio fiat de diœcesani consensu, & in judicem ecclesiasticum. Hoc dicit. Communis divisio. Secunda ibi, *Inquisitioni.*

2 Nota primò ibi, *se eius jurisdictioni subiecit*: juncta suprascriptione, Abbatem habere jurisdictionem ordinariam in foro contentioso, quæ potest prorogari etiam per clericos sæculares.

3 Nam verbum *jurisdictionis*, hic positum de ordinaria intelligitur, aliàs non esset prorogabilis, ut l. 1. *ff. de judic.* ibi, (Qui tribunali præest, vel aliàs jurisdictionem habet: scilicet ordina-

4 riam.) Et est simile in dominio, quod in dubio intelligitur de directo, non de utili, ut l. 1. *ff. Si ager vectigal.*, & tenet Bart. *cons. 243. Fuit quidam, num. 8. circa medium, vers. Nam ubi de dominio, lib. 1.* & Cardin. *hic in 1. not.* sic etiam excommunicatio simpliciter lata intelligitur de majori, ut cap. *Si quem, infrà de sent. excommun.* Vocabula enim in potiori significatu sunt accipienda, ut *Inst. de jur. nat. §. Sed jus quidem civile, in fin.* Verùm Hostiens. intelligit hunc Abbatem habuisse jurisdictionem ordinariam de consuetudine, cùm inferior de jure communi non habeat contentiosam, cap. *Quanto, de offic. Ordin.* & cum eo transeunt hic Joann. Andr. *num. 1.* & Bart. *in 1. not.* & est verior, & magis communis opinio, ut dixi in d. cap. *Hu quæ, num. 36. supra de major. & obed.* Atque ita Host. videtur sentire secluſa consuetudine jurisdictionem Abbatis non esse prorogabilem, quod apertius firmat

5 Petr. de Anchar. *num. 1.* ea ratione, quia licèt Abbas habeat jurisdictiorem super monachos quoad correctionem; tamen quoad extraneas personas, & de causa, quæ non cadit sub eadem specie, & qualitate jurisdictionis, non videtur posse cognoscere per modum jurisdictionis prorogatæ: quia prorogatio proprie cadit sub simili specie jurisdictionis, quæ prorogatur, & non quoad aliam dissimilem, ut notatur in l. 1. C. *De jurisdict. omn. judic.* & per Cyn. in l. *Testamenta, in princ.* C. *De testam.* ubi argumento illius legis dicit illam dominii jurisdictionem posse in alium judicem prorogari, quàm ille judex habet in suos subditos; & ideo si quis esset deputatus tantùm ad maleficia, non posset quis illius jurisdictionem prorogare ad causas civiles, & sic de similibus. Idem notat Bart. in l. *Inter convententes, num. 1. ff. Ad municipal.* dicens prorogationem fieri debere in his, quæ sunt ejusdem speciei; ideoque jurisdictionem in causis pecuniariis prorogari non posse ad causas meri, vel mixti Imperii: & hanc esse communem conclusionem testatur Abb. in cap. *P. & G. nu. 15 vers. Verùm ad sextum de offic. deleg.* & sequitur Ro-

6 ta apud Card. in Seraphin. *dec. 436. num. 3.* Et quamvis prorogatio fieri possit etiam de causis spiritualibus; oportet tamen ut judex sit talis, qui alias possit de illis cognoscere, ut notat Innoc. in cap. *De causis, num. 3. & 4. de offic. delegat.*

7 Facit quod notat Cynus in l. 1. *num. 2. vers. Præterea est alia ratio, C. de jurisdict. omn. judic.* ubi dicit jurisdictionem limitatam nec de jure civili, nec de jure canonico posse prorogari de persona ad personam. Contrariam opinionem sustinet Abb. *hic in primo not.* ubi dicit intellectum Hostien. esse divinativum, quia textus nullibi facit mentionem de consuetudine; ideoque potius probat conclusionem, ut Abbas habeat jurisdictionem de jure communi, & sic prorogabilem per clericos sæculares: & meritò, quia Abbas præest Collegio, & habet in suos monachos jurisdictionem ordinariam in causis tam civilibus, quàm criminalibus, non tantùm per viam correctionis, sed etiam in forma judicii, præterquam si agatur de actuali degradatione, secundùm opinionem, quam latissimè tuetur Joan. de Lignano in Clem. *Ne in agro, de statu Monachor.* & idem Abb. in cap. *Cùm contingat, suprà eodem num. 21. & seq. præsertim num. 29. vers. Et in istis ego distinguo.* Quæ opinio hodie videtur ferè indubitabilis, quia Regulares nec ratione delicti commissi, nec contracti initi, nec rei sitæ in territorio Episcopi sortuntur forum illius, ut plenè probavi in cap. *Tuarum, infrà de privileg. à num. 1. usque in fin. & præsertim à num. 32. usque ad num. 45.* ubi hoc deduxi ex compluribus Tridentini Concilii Decretis. Quamobrem cùm tota jurisdictio ordinaria sit penes Abbates, & Prælatos Regulares in suos subditos, non videtur ambigendum quominus illa sit prorogabilis

8 etiam ad clericos sæculares, ut hic. Atque ita non obstat quòd secundùm Anchar. & alios præcitatos prorogatio non cadat, nisi super simili specie jurisdictionis. Quoniam respondetur jurisdictionem Abbatis esse consimilem, cùm sit ordinaria, & contentiosa, ut prædixi. Et quamvis sit restricta ad Monachos, & conversos sui monasterii; tamen hoc non impedit, quin per viam prorogationis extendi possit ad clericos sibi non subditos, qui illius jurisdictioni se submittunt de consensu Episcopi diœcesani, ut hic patet: & in l. 1. ibi, *judicandi potestatem inter certas habeat personas. C. de iurisdict. omn. judic.* & notat gloss. & Bar. in l. 1. *num. 8. ff. de iudic.* ubi per illam l. *Secundùm unam tectorum* dicunt jurisdictionem ejus, qui præest Collegio, esse prorogabilem: & sequitur *hic* Abb. *num. 2.* & Marian.

9 Socin. *num. 23.* Nec adversatur authoritas Cyni in d. l. 1. *num. 2. C. de jurisdict. omn. judic.* quia loquitur in jurisdictione delegata, quæ non est prorogabilis ad alias personas, cap. *P. & G. supra de offic. delegat.* & latiùs dicam infrà, *numer. 14.*

10 Conclusio tamen Hostiensis quòd jurisdictio ordinaria competens alicui de consuetudine, vel alio jure speciali prorogari possit, est in se vera, licèt non probetur hic: nam jura, quæ loquuntur de prorogatione, non distinguunt, an jurisdictio competat de jure communi, vel de jure speciali, sed simpliciter requirunt, ut ille, de cujus prorogatione agitur, jurisdictionem habeat, ut in l. 1. *ff. de judic.* & *hic.* Neque hanc conclusionem impugnat Abb. ut per Marian.

11 Socin. *num. 23.*

Secundò nota ex textu quatuor requisita ad hoc ut Clericus possit prorogare jurisdictionem alterius judicis. Primò enim requiritur, ut prorogatio fiat de utriusque partis consensu; prout hic facta fuit a clerico ad petitionem mercatoris, qui pecuniam illi mutuverat. Concordat textus in cap. 1. in illis verbis, *Quos utrique pars voluerit, supra eodem*, & ibi dixi in *vit. not. ab.*

12 Fallit in casu, ut dicam infrà *num. 25.* Non tamen requiritur consensus expressus, sed sufficit tacitus, ut tenet Bar. in l. 1. *in fin. ff. de re judic.* ubi allegat Innocentium in cap. *Cùm venissent, num. 8. in ver. Inhibitione, de in integr. restitut.* qui tamen non firmat. Idem notat Decius in cap. *Pastoralis, num. 11. de exceptionibus*, quos refert, & sequitur Rota apud Cardinal. Seraphin. *dicta decis. 439. num. 3.* Et est communis opinio, quàm latè prosequitur, & ab objectis tuetur Marian. Socin. *hic in 6. princ. articulo num. 37.* Adverte tamen, quia ex sola patientia procedendi tacitus consensus non inducitur, nec prorogatur jurisdictio, sed exigitur actus positivus. Textus est in cap. *Ad petitionem, infrà de accus.* immò nec compatitio cum taciturnitate inducit prorogationem judicis non sui, ut tenet Joann. Andr. in

leg.

reg. Scienti, de reg. jur. lib. 6. in Mercurial. Secus si citatus compareat, & respondeat; quia cum sciat eum non esse suum judicem competentem, ex hoc videtur in ipsum consentire, & illius jurisdictionem prorogare. ut probat gloss. *fing.* juncto textu in l. 1. *in ver. Inchoata, C. ubi de crimin. agi oport.* & declarat Marianus Socin. *loco citato.*

13 Secundò requiritur, ut prorogatio fiat de diœcesani consensu, vel licentia, ut patet ex hac litera, ibi, *& Episcopo diœcesani voluntate accedat.* Neque hoc est nus novum, sed antiquum, ut in Auth. *Vt Clerici apud proprios episcop. §. Si verò Ecclesiasticum, coll. 6.* in Auth. *de sanctiss. episcop. §. Iconomos, coll. 9.* & in l. *Episcopali, C. de episcopal. audient.* & in cap. *Non licet, 3. quæst. 6.* secundum Hostiens. *loc. num. 2. in ver. Episcopi diœcesani.* Et in hoc ligula differentiam inter Laicos, & Clericos: nam Laicus potest ut prorogare jurisdictionem judicis alieni absque consensu judicis proprii, ut patet ex textu ibi, *prius alterum consensu cuius, qui jurisdictioni præesse dignoscitur, suum posit judicem constituere,* & cit. l. 1. & in l. *Prætorium, C. de jurisdict. omni jud.* ut allegatam gloss. 1. Sed ab hoc versum, nullum tamen notat Bart. in l. 1. *§. Et post operis, ff. de nov. oper. nunc.* Petrus de Anchar. in cap. 1. *num. 3. supra eodem,* de Petrus *ibi num. 1. & 3.* ad quos recurre. Sed Clericis verò exigitur diœcesani consensus, ut prædixi. Et est ratio differentiæ secundum Hostiens. *num. 5.* quia Clericus est magis addictus ad obediendum, quam Laicus. Et quia spiritualis jurisdictio dignior, & fortior, seu firmior est, quam temporalis, cap. *Inter corporalia, de transact. Episcop.* De quibus tamen rationibus vide Felinum *hic, ad primo. vers. Rationes differentiæ:* Sufficit autem simplex consensus Episcopi; nam formalis delegatio non exigitur, ut notat Innocentius in cap. 1. *in fin. supra eodem.*

14 Tertiò requiritur, ut prorogatio fiat in eum qui aliàs jurisdictioni præest: nam in privatum prorogatio fieri non potest, ut patet in textu ibi, *qui jurisdictioni præesse dignoscitur,* & in l. 1. *ff. de Iudiciis,* & in l. 1. *C. de jurisdict. omnium judic.* & 15 dic jurisdictioni, id est ordinariæ: nam jurisdictio delegata ad alias personas non est prorogabilis, ut cap. *P. & G. de offic. deleg.* & notanè hic Abb. Antiq. *num. 1. in ver. Iurisdictioni,* & Host. *num. 2.* cum quibus cæteri transeunt, & Cynus in d. l. 1 *num. 2 C. de jurisdict. omnium judic.* Licet secus sit in prorogatione, quæ fit de re ad rem secundum communem conclusionem, de qua testatur Card Seraphin. *decis. 459. n. 1.*

16 Quartò requiritur, ut prorogatio fiat in judicem Ecclesiasticum, ut patet ibi, *Nisi forte sit persona Ecclesiastica:* nam in judicem laicum clerici consentire, aut illius jurisdictionem prorogare nequeunt, etiamsi diœcesani consensus, & proprium juramentum intercedat, ut est textus in cap. *Si diligenti, supra eod.* & notat gloss. 2. *hic* 17 communiter approbatur, nisi forte in causis merè civilibus, ut notat gloss. 2. in cap. *Decernimus, supra de judic.* & dixi in cap. *Nullus, num. 10. supra eodem.* Alia requisita ad prorogationem ita enumerat *hic* Host. *num. 2.* Joan. Andr. *num. 8.* & plenius Marianus Socin. *in 3. principali articulo 2 num. 37.*

18 QUÆRO, quæ sint differentiæ inter prorogationem jurisdictionis, & delegationem.

Respondeo esse multas, Differunt enim primò, quia prorogatio fit à partibus, ut hic, & in cap. 1. *supra eodem,* & l. 1. *C. de jurisdict. omn. judic.* Delegatio verò, seu commissio fit ab eo, qui jus dicit, seu jurisdictioni præest, ut l. 1 & l. 3. *ff. de iurisdict. omnium judic.* cum simili, sive sit Princeps, sive Ordinarius, sive Delegatus, cum distinctione tamen: quam ponit Host. *in summa de offic. Deleg. §. Quia delegare posit.* Differunt secundò, quia prorogatio non confert jurisdictionem non habenti, sed prorogat, seu extendit jurisdictionem judicis non sui ad personas prorogantes, quæ illi se voluntariè subjiciunt, ut patet in textu ibi, *qui jurisdictioni præesse dignoscitur,* & notat Abbas Antiq. *hic in ver. Iudicem,* & Abb. Siculus in cap. *Causam quæ, num. 2. de sent. & re judic.* Delegatio verò confert jurisdictionem etiam non habenti, ut cap. *Præterea, supra de offic. Deleg.* & cap. *Iranscum, de rescript. in 6.* & hinc resultat tertia differentia, quia prorogatio in privatum fieri non potest, ut dictum est supra in tertio requisito, *num. 14.* Delegatio secus, ut in partibus proximè citatis. Differunt quartò, quia prorogatio non potest fieri nisi utraque pars consentiat, ut dixi supra in primo requisito ad prorogationem *num. 11.* At commissio, seu delegatio non exigit consensum partium, sed Episcopus solus dat judices, ut cap. *Super quæstionum, §. Quem verò, & §. fin. de offic. delegat.* & quod dicitur in cap. 1. *supra eodem,* ibi, *quos utraque pars voluerit,* vel intelligitur de prorogatione; vel si intelligatur de commissione, est de consilio ne judex datus possit recusari, sed tamen commissio valet etiam partibus non consentientibus, dummodo fiat salvo jure recusationis, ut ibi dixi in ultimo notabili, post Joann. Andr. *in fin.* & Butr. *num. 6.* ubi etiam posui consuetudinem Romanæ Curiæ. Et hanc differentiam ponit hic Hostiens. *num. 2. in ver. Voluntate,* ubi ait, Episcopum me invito posse causam meam delegare personæ Ecclesiasticæ non suspectæ, ut cap. *Si quis contra, supra eodem,* & cap. *Cum speciali, infra de appellat.* sed me invitum non posse submittere jurisdictioni alicujus Ordinarii; sicut nec ego sine voluntate sua possum in alium Ordinarium consentire, ut patet hic. Et paulò infra dicit regulare esse ut Prælatus non possit subditum suum submittere alii invitum, nec subditus se submittere Prælato invito, allegat cap. *Cum non liceat, de præscript.* & l. 1. *C. de novat.* 20 & sequitur Joann. Andr. *num. 11.* Et hinc oritur quintò differentia, quia quando aliqui prorogant jurisdictionem judicis non sui præsentis, & acceptantis, non habet locum pœnitentia, neque hoc casu est locus l. *Si convenerit, ff. de jurisd. omnium judic.* ut in cap. 1. *supra de judic.* secundùm unam lecturam, quam ibi tenet Anton. de Butr. & est gloss. Ordin. in l. 1. *in 1. gloss. ff. de judic.* Et hanc regulam ponunt Guil. de Cameo, & Bald. in l. 1. *C. eodem tit.* Unde eo casu judex nec potest à partibus recusari, ex quo in eum præsentem, & acceptantem consenserunt, nisi nova causa superveniat, arg. *c. Significante, de offic. delegat.* sed judex datus sine consensu partium bene potest recusari, cap. *Postremò,* & cap. *Super quæstionum, §. fin. eodem tit.* & sentiunt in cap. 1. *supra*

supra eodem, Joann. Andr. *in fin.* & Butr. *n. 6.* dum consulunt ut judex detur ab Episcopo de partium consensu ad hoc ne possit recusari. Differunt 21 sextò, quia à sententia judicis ex prorogatione jurisdictionis appellatur ad superiorem 22 ejus, qui judicavit, l. 1. *C. Vbi, & apud quem.* Nec obstat textus in l. *Episcopale, C. de Episcopali audien.* ubi non appellatur à sententia judicis ex prorogatione, quia ibi est speciale in Episcopo, cujus jurisdictio à laicis prorogatur, secundum intellectum valde notabilem, quem ponit Abb. in dicto cap. *Causam quæ, n. 2. vers. Adverte tamen, ne decipiaris,* & Felin. *num. 1. de sent. & re judic.* Sed à delegato appellatur ad ipsum delegantem, d. c. *Super quæstionum,* & l. *Papinianus, C. de appellat.* & notat Calder. *cons. 114. alias 8. eodem tit.* quam differentiam constituit hic Joann. Andr: *n. 10. in fin.* dicens: Aliud est delegare, aliud jurisdictionem prorogare. Unde in delegata appellatur ad delegantem, in ordinaria prorogata ad Superiorem. Differunt septimò, quia prorogatio à Clericis fieri non potest in judicem laicum, etiam de consensu Episcopi, ut hic est textus in cap. *Si diligenti, supra eodem.* Sed delegatio à Papa fieri potest etiam in laicum, cap. *Mentum, 2. q. 5.* gloss. 2. in cap. *Decernimus, supra de judic.* licet non ab Episcopo, ut hic in glossa 2. & dixi in cap. *Nullus, n. 9. supra eod.* post Hostiens. *ibi n. 1. in ver. Pontificis,* & Joan: Andre *num. 3. in eodem ver.* nisi in causis merè civilibus, ut ibi subjunxi, *n. 10.*

23 Secundo QUÆRO, an obstet Decretum Concilii *cap. 20. sess. 24.* quominus causa criminalis contra Clericum Episcopo subditum possit in prima instantia de Episcopi consensu ab Auditore Cameræ cognosci, & terminari.

Videtur distinguendum. Aut reus consensit; & tunc nulla subest difficultas, quin Concilio obstante possit hujusmodi causa ab Auditore Cameræ cognosci: Certum est enim Clericum de diœcesani consensu posse judicia Ecclesiastici non sui jurisdictionem prorogare, ut hic est casus secundùm Joann: Andr: & omnes in summa hujus textus: & concordant jura supra citata *num. 13.* Quæ prorogatio cadit etiam in crimi- 24 nalibus, ut in l. 1. & ibi gloss. *in ver. Inchoata,* & DD. notant, maximè Paul. de Castro, *C. ubi de crim. agi oport.* & tenet Butr. in l. 1. *num. 9. ff. de judic.* ubi dicit hanc esse veritatem, & Marian: Socin. *hic in 5. artic. principal. quæst. 19. num. 36.* & est communis Doctorum sententia teste Aretino in cap. *Ad petitionem, n. 15. infra de accusat.* Id quod absque dubio locum habet, quando proceditur per viam libelli accusationis. Et in 25 hoc conveniunt omnes. Quando autem proceditur per viam inquisitionis formaræ, multi tenent non esse locum prorogationi; quia prorogatio fieri debet de consensu utriusque partis, ut dictum est supra *n. 11.* In judicio autem inquisitionis utraque pars non consentit: & hoc videtur tenere Innocentius in cap. *Ad petitionem, n. 1.* & firmant Bald: in dicto l. 1. *ad fin. C. vbi de crimin. agi oport.* Alexand. *cons. 216. Ponderatis his, num. 16. lib. 6.* Sed contrarium concludit Aretinus in cap. 1. *supra de judic.* ea ratione, quia ubi agitur de unius præjudicio, sufficit consensus illius, ut l. *Nesanium, ff. de negot. gest.* Idem tenet Salicet. in dict. l. 1. *quos refert,* & sequitur Felin in cap. *P. & G. num. 9. supra de offic. Delegat.* quod satis placet. Aut reus non consentit; & tunc quæstio est dubitabilis, in qua tamen videtur respondendum Concilium obstare, & causam ab Auditore Cameræ non posse cognosci. Cùm enim hoc casu Auditor Cameræ non sit judex competens; quia Concilium tribuit Ordinariis cognitionem causarum primæ instantiæ privativè ad alios, cùm loquatur per dictionem taxativam ibi, *coram locorum Ordinariis dumtaxat, &c.* quæ admittit cæteris jurisdictionem, Angel. in l. 1. *C. Vbi, & apud quem,* 27 Felinus in cap. *Pastoralis, num. 2. in tertia limitatione: de offic. Ordinar.* aperte confitet ipsum Auditorem Cameræ, qui jure proprio hanc jurisdictionem non habet, non posse cognoscere nisi per devolutionem, per delegationem, aut per prorogationem jurisdictionis, quorum nullum 28 in hoc casu potest habere locum. Non devolutio, quia illa requirit formam à Concilio præscriptam d. cap. 20. *in §. Legatique,* scilicet ut Episcopus sit requisitus, & negligens exerit procede- 29 re, quod in dubio non supponitur. Non delegatio, tum quia hic non probatur intervenisse; tum quia Episcopus non potest extra proprium diœcesim causas committere, nisi & litigantium consensus accedat, ut notat glossa 2. *& penult. in* cap. *Vt litigantes, de offic. Ordinar. lib. 6.* quam ibi sequuntur Butr. *num. 4.* Anchar. *num. 1.* & alii communiter, Vant. *de nullitate, in tit. de nullit. sent. ex defectu jurisdict. delegata, num. 95.* dixi in cap. *Nonnulli, num. 3. supra de rescript.* quod maxi- 30 me procedit post Concilium Tridentinum, ut mox subjiciam. Non poterit & hoc casu habere locum prorogatio; quia quemadmodum Clericus subditus Episcopi non potest sine ejus consensu prorogare jurisdictionem judicis ecclesiastici non sui; ita nec Episcopus potest clericum subditum suum invitum subjicere in aliqua causa jurisdictioni alterius judicis ecclesiastici, nisi subditus consentiat, ut in cap. 1. *supra eodem,* & *hic,* ubi hic firmat Hostiens: *num. 2. in ver. Voluntate,* cum quo Joann: Andr: *n. 11.* Henric. Boich. Butr. Cardin. & alii transeunt, laté Marianus Socin. *in tertio principali articulo in 7. q. num. 41.* & abundè ostensum est supra *n. 11.* ubi numerantur requisita, quæ conjunctim concurrere debent, ut valide prorogetur jurisdictio judicis incompetentis in causa Clerici, inter quæ est consensus partium, & Episcopi Diœcesani. 31 Hoc autem præcipuè vendicat sibi locum post Decretum Concilii Tridentini in d. *cap. 20. sess. 24.* de causis in prima instantia diffiniendis coram Locorum Ordinariis, quod fuit editum non tantùm in favorem eorumdem Ordinariorum, sed etiam litigantium, qui ut à laboribus, & expensis subleventur, extra proprias civitates, & Diœceses trahi non debent invitè, arg: d. cap. *Vt litigantes, de offic. Ordin. lib. 6.* & cap. *Statutum, §. Nullo quoq; de rescript. eodem lib.* Quamobrem hanc favori non potest solus Episcopus renunciare causam in prima instantia extra Diœcesim committendo, quia beneficio in favorem duorum indulto unus renunciare non potest, altero invito, sed requiritur utriusque consensus, textus est in cap. *Ad Apostolicam, supra de regular.* ubi hanc theoricam tradit gloss. *in ver. Monasterij,* Host. *num. 4. in fin. vers. Sed & ex hoc, & num. 8.*

Butr. n. 3. & Abbas n. 10. Facit regula l. *Sabinus, ff. communi dividun.* Unde jure optimo declaravit S. Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum in terminis d. cap. 20. non sufficere consensum solius Ordinarii sed requiri etiam consensum partium, ut causa ad Ordinarium spectans in prima instantia coram alio
23 judice extra Diœcesim cognosci possit. Et quamvis hæc decisio sit edita in causa civili, tamen obtinere debet etiam in causa criminali; tum quia Decretum illud loquitur de causis omnibus ad forum Ecclesiasticum quomodocunque pertinentibus; & sic etiam de criminalibus, ut sæpius fuit resolutum: tum quia in criminalibus eò magis necessarius debet esse consensus, quò gravior est causa criminalis quam civilis, & majus præjudicium ex criminali, quam ex civili generari potest, ut notatur in l. *fin. C. de crimin. cognit.* Tum denique quia authoritates id probantes superius relatæ generaliter, & indistincte loquuntur, & de causis etiam criminalibus probatur in cap. 1. *supra eodem*, ponderando verbum illud, *negotium*, cujus appellatione venit causa tam civilis, quam criminalis, ut ibi notant Innocent. & Abb. Antiq. *in princ.* Host: *in ver. Negotium*, & Joann. Andr. *num. 2.* cum præsertim in prima compilatione Decretalium non habeatur verbum *actio*, sed *accusatio*, ut refertur ab Antonio Augustino in cap. 1. *hoc tit.* & de prorogatione etiam in causis criminalibus tenet expresse Archid. post Hugon. in cap. *Non liceat, n. 2 2. q. 7.*

33 Non obstat, quòd Concilium d. *cap.* 20. voluerit Legatos, & Nuncios posse procedere contra Clericum, Episcopo requisito, eoque negligente; pari autem esse videantur, vel Episcopum requisitum negligere, vel consentire ut alius cognoscat: Respondetur eum Concilium id statuisse in casu negligentiæ tantùm, à qua non re-
34 cètè infertur ad casum Consensus Episcopi. Primò, quia ut intret devolutio, negligentiam debet præcedere monitio, & requisitio, tum ex verbis Concilii; tum ex dispositione juris communis, cap. *Irrefragabili, §. Excessus, supra de offic. Ordin. cap. 1. de supplen. negleg. Prælator.* & cap. 1. *eodem tit. lib. 6.* ubi DD. quæ requisitio cùm excitet Episcopum ad officium suum obeundum, meritò si Episcopus negligat, in pœnam delicti habet locum devolutio, ut notat Franch. & alii in d. cap. 1. *de supplen. negligent. Prælator. libro 6.* Quæ ratio non cadit in Episcopo consentiente, qui non delinquit, ideo tunc non habet locum abdicatio jurisdictionis, nisi accedat subditi
35 consensus, ut de jure requiritur. Secundò, quia negligentia requirit tempus ad effectum devolutionis, eamque de jure communi debet præcedere trina monitio, ut in juribus proximè citatis; vel saltem unica monitio sufficit, si statim postea Episcopus deneget, se velle procedere, ut per Franch. in d. cap. 1. *lib. 6.* Ideoque non potest inferri ad simplicem consensum, qui cum mutuato ab Episcopo præstari possit, non tantum debet operari, quantum negligentia in ab-
36 dicanda jurisdictione ab Ordinario, & trahendo rem coram alio judice. Tertiò ab eo casu negligentiæ non posse inferri ad casum consensus Episcopi, inde apertè colligitur, quòd etiam de jure communi Metropolitanus, qui alias non erat judex competens inter subditos suffraganei in prima instantia, ut notatur in cap. *Pastoralis, de offic. Ordin.* in casu negligentiæ Episcopi vigore devolutionis causas inter ejus subditos cognoscere poterat, ut per Felin. in d. cap. *Pastoralis, num. 6.* ubi ait universum orbem ita tenere, DD. in d. cap. 1. *De supplen. negligentia Prælat. lib. 6* & tamen non poterat Archiepiscopus cognoscere causam in prima instantia inter eosdem subditos ex solo consensu Episcopi, nisi etiam subditi consensissent, ut hic patet, & in cap. 1. *supra eodem*, cum concord. Quartò retorquetur id, quod adducitur de negligentia: nam sicut Concilium expressit, ut liceat Legatis, & Nuntiis cognoscere Episcopo negligente, ita expressisset ut cognoscere posset eo consentiente si voluisset: quod cùm non fecerit, censetur noluisse immutare dispositionem juris communis, arg. cap. *Ad audientiam, de decim.* & cap. *Inter corporalia, vers. Nec si circa translationem, supra de translat. Episcop.* & l. *vn. §. Sin autem ad deficientem, C. de Caducis. tollen.*

37 Prædicta optimè procedunt in Clerico, de quo concepitur est dubium, sed si ageretur de Laico in causa spirituali ad forum Episcopi spectante, quæ non est nostra quæstio, gravior esset difficultas. Et si enim Host: *hic num. 3.* sentiat Laicum in causa spirituali non posse prorogare jurisdictionem judicis non sui, tamen contrarium sentiunt Innocent. in cap. *De causis, de offic. deleg.* Abb. *hic num. 15.* Natt. post Anton. de Butrio, & alios *in cons. 413. num. 6.* Ideoque in hoc casu cessat difficultas prohibitæ prorogationis jurisdictionis supra considerata. Et quamvis in terminis Concilii fortè aliud dicendum videatur, cum d. *cap. 20.* loquatur de causis omnibus ad forum Ecclesiasticum quomodoliber pertinentibus; Id tamen dubium in præsentia omittimus, cùm de eo non quæratur.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Proposuisti.

SUMMARIUM.

1 *Clericus ad causam, si postea mutat forum, in causa illa coram primo judice, respondere tenetur. & n. 25.*
2 *Citatio ut sit legitima, peri debet ad instantiam partis.*
3 *Nisi judex procedat ex officio.*
4 *Citatio debet fieri à judice, seu de illius commissione, alias non valet.*
5 *Citationis commissio est decretum interloquutorium.*
6 *Citatio realis requirit specialem judicis commissionem; sed in personali sufficit generalis.*
7 *Citatio nulla ex defectu commissionis validatur per comparitionem partis de hoc defectu non excipientis.*
8 *Per Citationem frustratoriam non prævenitur, nec perpetuatur jurisdictio.*
9 *Citatio ut sit legitima, non est necesse ut fiat tribus editis, sed sufficit unum peremptorium.*

Cita-

10 *Citatio quotuplex sit, qui judices possint citare, & quæ modus eorum sive.*
11 *Forum mutans ante citationem eximitur à jurisdictione primi judicis. secus si non fiat mutatio, sed accumulatio.*
12 *Jurisdictio perpetuatur per simplicem citationem judicis sive Ordinarij, sive Delegati.*
13 *Citatio est principium, & fundamentum judicij.*
14 *Citatio respectu contumacis habetur pro circumducta.*
15 *Et quidsi contumax velit purgare moram solvit expensis, & dato fideiussore de jurisdicendo.*
16 *Eorum domicilium est mutabile.*
17 *Et quid in foro contractus.*
Et quid in foro originis. n. 11. & seqq.
18 *Debitor si in loco sui domicilij mecum contraxerit, & postea etiam ante citationem alio domicilium transtulerit, potero eum convenire in loco contractus.*
19 *Et an potero eum convenire in loco domicilij, quod habebat tempore contractus celebrati extra locum domicilij.*
20 *Intellectus* l. 2. ff. de jurisdict. omnium judic.
22 *Civitas ar. 1. non possit desinere esse civitas.*
23 *Vxor sequitur forum viri, & in loco originis ampliùs convenire non potest.*
24 *Clericus potest conventri in loco originis, vel ubi contraxit ante Clericatum, sed non coram primo judice.*
25 *Fori mutatio postea est attenta in quibus casibus non eximit à jurisdictione primi judicis.*
26 *Clericus, qui citatus coram Episcopo, postea de illius consensu ad aliam diœcesim se transtulit, tenetur coram primo judice causam prosequi.*
27 *Clericus conjugatus non incedens in habitu, & tonsura conveniri non potest coram judice Ecclesiastico, nisi ratione præventionis.*
28 *Clericus conjugatus habens requisita Constitutionis Bonifacij VIII. & Concilij Tridentini, amittit privilegio fori in civilibus.*
29 *Exemptionis privilegium eximit universaliter à jurisdictione judicis ordinarij. Nisi privilegium sit preventum per actum citationis.*
30 *Privilegium superveniens ante actum consummatum in futurum operatur effectum suum.*
Declaratur. n. 32.

1 PROPOSUISTI. Si citatus ad causam postea mutat forum, in causa illa coram primo judice respondere tenetur. Hoc dicit. Secundum Joannem Andr. Bellam. Butr. Cardin. & Anchiar. vel melius secundùm Abb. Marian. Socin. & Felin. Legitimè citatus tenetur coram judice citante causam prosequi, non obstante quod post citationem mutaverit forum. Concordat l. *Si qui postea*, unde hæc Decretalis sumpta est, *ff. de judic.* Communis divisio, Consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Porrò.*

2 Nota primò ex principio textus duo substantialia requisita citationis. Alterum est ut fiat ad instantiam partis, ut innuunt illa verba, *ad petitionem cujusdam adversarij sui.* Concordat textus in l. *Properandum, §. Et si quidem, C. de judic.* & hic notant Butr. *num. 2.* & Anchiar. *in 1. notab.* Abb. *num. 3.* Marianus Socin. *num. 2.* & idem Butr. in cap. 1. *in 3. notab. supra de judic.* Bart. in *Prosp. Fagnani 2. Decretal. Tom. 3.* l. *Ad peremptorium, num. 1. ff. eodem.* Aretin. *consil.*
3 36. *Casus talis est, in fine.* Quod tamen declara secundùm Abb. & Socin. ut vendicet sibi locum quando judex procedit ad utilitatem privatam: quo casu non valet citatio nisi fiat ad petitionem partis, ut notatur in cap. 1. *de judic.* & per Bart. in l. 4. §. *Hoc autem judicium, num. 2. ff. de damno infect.* Secus autem si procedat ex officio, quia tunc judex sustinet locum partis, ut notatur in cap. *Quæsitum, & quando, de accusat.* & in cap. *Ad*
4 *nostram, de jur. jur.* & per Bartol. *vbi supra.* Alterum requisitum est, ut citatio fiat à judice, seu de illius commissione, ut innuit littera ibi. *ate*, alias non valet, ut est textus in l. *Nominem*, ubi Cyn. Butr. & alii notant, *C. de exhibend. reis*, & *in 9. Quadrupl.* ibi, *jussu magistratus*, & ibi Jas. post alios. *Instit. de action.* Roman. *cons.* 497. *Dubitatur, num. 8. vers. Ego dico.* Abb. *hic num. 4.*
5 Et est ratio, quia commissio citationis est decretum quoddam interloquutorium, ut l. *Omnes, §. Præterea, C. de Episcop. & Cleric.* & tradit Bald. *cons. 63. Solum de judice prorog. num. 2. vers. Præterea nuncius, lib. 5.* Lanfran. de Oriano in cap. *Quoniam contra, in ver. Citationes, de probat.* Ma-
6 rianus Socinus *tract. de citat. art. 11. in fin.* Vide tamen Paul. de Castro *cons. 254. Super primo dubio, col. 1. vers. Primum quia, lib. 2.* ubi ait textum in dicta l. *Nominem*, loqui de citatione reali, quæ fit per capturam personæ, quæ requirit specialem commissionem secundùm unum intellectum glossæ ibidem, & Baldi. Sed personali, seu realis citatione, & in causa civili, ubi agitur de commodo pecuniario partis, quando citationes fiunt per nuncios consuetos Curiæ, non est de more, vel de consuetudine, ut de alia expressa commissione judicis appareat, quia censentur habere generalem commissionem de citando quemcumque pars requirens voluerit: allegat Joann. Andr. hoc dicentem in dict. cap. *Quoniam contra, in ver. Citationes.* Unde sufficit ut in actis reperiantur commissiones factæ per judicem secundùm Joann. Andr. ibidem. Et quamvis hanc distinctionem impugnet Roman. *dictis cons. 497. num. 8. vers. Ego dico:* ubi tenet in omni citatione requiri commissionem judicis specialem per l. *Cum clericis, §. Memorati autem*, ibi, *sententiarum tuarum authoritate sustentur.* & dict. l. *Omnes, §. Præterea, C. de Episcop. & Cleric.* tamen respondetur in verbis citatione sufficere commissionem generalem, ut servatur ubique secundùm eos, de quo dic plenius ut per
7 Marianum Socin. *de citat. art. 11.* Quidquid tamen sit, citatio alias nulla ex defectu commissionis validatur per comparitionem partis de hoc defectu non excipientis, l. 1. §. *Sed si Prætor*, juncta glossa, *in ver. Sententia, vers. Vel dici potest quòd citatio prima non tenuit, ff. de fer.* & notat Ripa in cap. 1. *num. 90. vers. Limita tertio, de judic.*
8 Secundò nota ibi. *legitimè*, per frustrativam citationem non præveniri, nec perpetuari jurisdictionem; prout à contrario sensu ex hac littera colligit Archid. in cap. *Novita, num. 1. 2. quæst. 6.* & Fedet. de Senis *cons. 97.* incipien. *Quoniam, num. 2.* & Joann. Andr. *hic num. 3.* Ad idem cap. *Bona, il secundo, in fin. supra de elect.* & sequuntur hic Collectar. *num. 3.* Bellam. *in 1. notab.* Butr. *n. 11.* Cardin. & Anchiar. uterque

in secundo notat. Abb. *num.* 6. & Marianus Socin.
9 *num.* 4. Non tamen intelligas ad hoc ut citatio sit legitima, requiri ut sit tribus edictis, vel uno peremptorio; inficit enim unica citatio, secundum Guilhelmum Nafon. quem refert, & sequitur Archid. *hic citare*, & Joann. Andr. *eodem n.* 3 *vers. Nec intelligas*, & concordat quod ipse adnotavit post Joan. & Vincent. in cap. *inter. super primo glossis offic. Deleg.* Idem tenet gloss. in Clem. 1. *in vet. Citatione, de judic.* Feder. de Senis, *vbi supra*, & consentiunt Butr. *num.* 11. *vers. Dicit tamen*, Cardin. & Anchar. *vbi supra.* Et quamvis contrarium teneat Petrus de Sampsione, tamen primum sequuntur communiter moderni, ut de suo tempore refert Abb. *num.* 9.
10 & Marianus So. in. *n.* 8. An autem citatio valeat sine termino præfixione, & qualis esse debeat ad hoc ut legitima, vide hic per Collect. *n.* 4. *& sequ.* & Bellam. *n.* 5. *quæst. n.* 9. Item quotuplex sit citatio, qui judices possint citare, & quomodo, pone hic magis aliter Henric. Boich. *in prim.* ad quem recurrat.

11 Tertiò nota ibi, *Citatus*, argumentum optimum, quod per mutationem fori ante citationem, & causam intentatam eximitur quis a jurisdictione primi judicis. Secus si hat fori accumulatio, non libertatis secundum Joann. Andr. *hic num.* 5. *in ver.* alterius, & Bellam. *num.* 1. *in eodem ver.* Aliud enim est fori adjectio, aliud mutatio, l. *Senatores*, C. *de Senator.* Secundum Henricum Boich. *ad fin.* Procedit ergo textus in fori mutatione, quæ scilicet sit privativa, & per viam subtractionis, ut in laico ad Clericatum assumpto, qui per Clericatum eximitur, & subtrahitur à quacumque jurisdictione judicis sæcularis, cap. *impetrari, 96. distinct.* cap. 1. & 2. & cap. *si diligenti, supra eodem*, cum homi. nisi fraudulenter, puta crimine perpetrato procurasset se Clericum fieri ut poenam evitaret. De quo per Archidi. in cap. 2. 1. *quæst.* 1. & Collectar. *hic in prim.* Sed an hoc sit verum, latius dicam in cap. *Vnico, in 3. quæstione supra, de obligat. ad Tamen.*

12 Quartò nota in eodem ver. *Citatus*, juncto fine textus, per simplicem actum citationis causam dat præventam, & perpetuam jurisdictionem judicis citantis. Quod procedit sive citatio eximaverit ad instantiam rei, sive actoris, ut sint ejusdem conditionis actor, & reus, cap. 2. *de mat. petit. &c.* cap. *cognoscens, de rescript. lib.* 6. secundum Cardin. *hic num.* 5. Item procedit tam in judice ordinario ut hic, & l. *si quis possit, ff. de judic.* quam in delegato, ut cap. *Gratum*, & cap. *Licet, supra de offi. deleg.* & cap. *fin. de offi. leg.* & hic tenet gloss. *vnica*, cum qua Feder. de Senis d. *vers. pr. num.* 3. Joann. Andr. *hic num.* 6. & alii transeunt. Ratio est, quia ubi cœptum est
13 tenel judicium, ibi finem accipere debet. l. *vbi cœptum, ff. de judic.* & cum citatio, seu vocatio in jus sit fundamentum judicii, & principium omnium actionum instituendarum. §. *ante in princ. Instit. de pœn. temer. litig.* qui eam præoccupavit, totam causam, & jurisdictionem præoccupasse, acquirere ille videtur, ut sic; principium enim est potissima pars cujusque rei, l. 1. *ff. de erig. jur.* & 4 primorum titulorum pulchrius formatur eventus. l. *Fides, C. de magistr. conscrib. rescript. lib.* 10. de qua vide plene per Henricum Boich. in cap. *Dudum, il primo, de elect.* Item per citationem negotium non dicitur amplius integrum, cap. *Capitulum sancta Crucis, supra, de rescript.* Re autem non integra non admittitur variatio, cap. *Publicata*, & cap. *Cum inter. de elect.* cap. *Si temporaliter, eodem tit. lib.* 6. cap. *in litteris, de offi. deleg.* & l. *Iudex, ff. de re judic. reg. Mutare, de regul. jur. lib.* 6. cap. *Si tibi absenti, de Prebend. eodem tit.* & Clem. *Cum*
14 *illusis, de renunc.* Fallit supradicta conclusio si reus fuerit contumax, quia tunc non poterit allegare præventionem invito actore; & ita hunc textum limitam Butr. & Abbas in cap. *Ex tenore, supra, de rescript.* & notat Bartol. in l. *Quamvis num.* 8. *ff. de damno infect.* Et est ratio secundum eum, quia respectu contumacis citatio habetur pro circumdicta, ut l. *Et post edictum, ff. de judic.* Quæ limitatio vendicat sibi locum, etiamsi contumax ad primam citationem velit purgare motam solutis expensis, & dato fideiussore de judicio sisti; quia hoc non prodest actore non consentiente, dummodò tamen jus actoris sit factum deterius; & hoc modo contrarias opiniones conciliat hic Felin. *num.* 2. *vers. Limita ipsum textum.*

16 Quintò nota ibi, *jurisdictionis alterius esse capit*, forum esse mutabile. Sed dubitatur an hoc sit verum in omni foro. Et quidem in foro domicilii procedit de plano, quia liberum est cuilibet sui domicilium mutare, cap. *fin.* & ibi notat glossa in figuratione casus, *infra, de Parach.* l. *Domicilium, & l. Sibi est, ff. ad municipal.* cum
17 simil. & in hoc conveniunt omnes. At verò secus dicendum est in foro contractus, quia ille forus est immutabilis saltem hoc respectu, quod nequit non factum esse quod factum est, ut l. *In bello, §. Facta, ff. de capiti. & post limin. revers.* & est casus apertissimus in l. 2. *ff. de jurisdict. omnium judic.* per quem textum ita tenet Butr. ibi, *prænotanum. 2. ff. eodem*, & ante eum hoc voluit Specul. *in titul. de competen. judic. adit. §. 1. vers. Quid si debitor, sub vers. Quadragesimo, ad fin.*
18 & ideò si debitor in loco sui domicilii mecum contraxerit, & postea aliò domicilium transtulerit, etiam ante citationem potero eum convenire in loco contractus, quia per mutationem fori domicilii non sequitur mutatio fori contractus, ut concludit ibi Specul. Quod Butr. hic *n.* 12. dicit esse mirabile ad limitationem hujus Decretalis; & sequitur Abb. *n.* 8. & Felin. *n.* 5. Pro quo etiam facit ratio naturalis: nam si debitor mecum contraxisset alibi, quàm in loco domicilii, non esset dubium, quin possem illum convenire, & in loco contractus, & in loco domicilii, ut in cap. *Dilecti, supra eod.* & l. 2. Ergo fortius potero eũ convenire quando contraxit, in loco sui domicilii; tunc enim concurrunt duo vincula; Et quamvis unum deserit per domicilii translationem, non tamen desinit aliud, id est forum contractus, & sic saltem virtute alterius potero eum convenire, arg. §. *Affinitas instit. de nupt.* Sed majus dubium est in casu sequenti. Titius habens domicilium Perusii contraxit mecum Venetiis, & hic extra locum sui domicilii, quo tempore certum est quod poteram eum convenire utrobique, id est tam in loco contractus, quàm domicilii, ut proxime conclusum
19 est. Sed pone, quod posteà ante citationem domicilii

micilium transtulerit Mediolanum; numquid potero illum convenire Perusii, ubi domicilium habebat tempore contractus? Butr. in d. l. 2. *in princ.* tenet affirmative; & ponderat illam legem, quæ loquitur de domicilio, quod reus habet, vel habuit tempore contractus, & eum sequitur Imola *hic numer.* 5. sed contra Bartolum tenent Butr. *num.* 12. Abb. *num.* 8. *vers. Quinimò plus dicit* Butr. Aretin. *num.* 5. & 6. Felin. *n.* 2. & Marianus Socin. in cap. *Licet, in* 10. *artic. princ. infra eodem.* Moventur omnes per hanc Decretalem à contrario sensu; alias enim nimis restringeretur, cùm loquatur indefinitè per illa verba, *alterius iurisdictionis esse capit.* Nec obstat textus in d. l. 2. quia dum loquitur de domicilio, quod reus habuit tempore contractus, intelligi debet de contractu ibidem celebrato. Neq; hic intellectus, ut dicit Imola, est divinativus. Quia ut respondet Aretin. non est inconveniens ut indefinita illius legis determinetur per hoc capitulum: & ita illa lex loquitur in casu Specul. de quo suprà *n.* 8. prout illam intelligunt ibi Gyn. Salic. Angel. & Paul. de Castro: & hæc videtur fuisse mens Bartoli, licet loquatur nimis generaliter. Tantùm enim dicit reum posse conveniri in loco, ubi habebat domicilium tempore contractus, licèt domicilium mutaverit, nec addidit etiamsi ibi non contraxerit, sed alibi, prout illi imponit Imola: unde illius dictum quamvis generale restringi debet ad casum cõtractus initi in loco domicilii, sicut restringitur generalitas illius legis: & ita teneas, alioquin sequeretur ut reus non posset conveniri ubi cõtraxit, cùm littera ibi tantùm faciat mentionem de domicilio præsenti, & de illo, quod habebat tempore contractus, cùm tamen forus contractus sit principalior respectu conventionis. Item hoc esset reo admodum grave, quia conveniri posset in triplici foro, videlicet ubi contraxit, ubi nunc habet domicilium, & ubi domicilium habuit tempore contractus. Ac demum propere à in præcedenti casu Speculatoris reus conveniri potest in loco domicilii, ubi contraxit, quia ibi sortiebatur duplicem forum, & ad remotionem unius non sequitur remotio alterius, ut prædixi. Sed in hoc posteriori casu in loco domicilii non habet nisi unicum forum, cùm contractus non fuerit ibi celebratus; unde translato domicilio nullus forus ibi remanet, & consequenter amplius ibi conveniri non potest, nisi
21 præcesserit citatio juxta textum hic. Forus itidem originis immutabilis est, ut l. *penult. & fin. C. de municip. & originar. lib.* 10. l. *Vitis, §. ult. ff. ad municipal.* l. *Domicilium, ff. eod.* & l. *Senatores, &*
22 ibi gloss. *ff. de senator.* Fallit si civitas passa sit arrattum, ut Carthago, quia desinit esse civitas, ut leg. *Si usufructus civitati, ff. Quemadmodum usufructus amitt.* Item fallit in muliere, quæ matrimonium contrahit: nam fortitur forum viri, & in foro originis amplius conveniri non potest, ut l. *fin. §. Item rescripserunt*; & ibi Bartol. *ff. ad municipal.* nisi in foro originis causa sit præventa, ut l. *Cùm quædam puella, ff. de jurisdict. omn. judic.* & hic notant Butr. *num.* 12. Abb. & Marian. Socin. ambo *num.* 7. Et ex his concludo hanc Decretalem habere locum dumtaxat in subdito ratione domicilii, qui desinit esse subditus, & efficitur de jurisdictione alterius per translationem domicilii; non autem in subdito ratione contractus, vel ratione originis pro-
24 priæ, vel paternæ. Quod tamen limitant Doctores nisi præter mutationem fori contingat etiam mutatio status personæ, ut in laico effecto Clerico, quia tunc coram primo judice contractus, vel originis conveniri non potest. Ita Jacob. Butrigan l. *Quinque, la secunda, C. de Episcop. & Cleric.* per illum textum cum ibi notatis, ubi nulla alia ratione Princeps laicus prohibetur fieri Clericus post finitum officium ante redditam administrationem, nisi quia post Clericatum coram judice ecclesiastico esset convenendus, & sequitur Felin. post alios *hic n.* 1. Sed hæc non est propriè limitatio ad regulam superiùs propositam; quia per mutationem status non mutatur forus, sed mutatur judex: nam laicus Bononiensis effectus Clericus poterit conveniri Bononiæ sicut prius, sed non poterit amplius conveniri sub judice laico; & sic habebit declinatoriam judicis, sed non fori. Ita singulariter declarat Bald. in Auth. *Quæ in provincia, n.* 6. *vers. Quintò oppona, C. Vbi de crim. ag. oport.* dicens hoc esse valde notabile.

25 Ultimò nota ex textu mutationem fori post citationem non obstare, quominus citatus teneatur coram primo judice causam prosequi, ut hic deciditur; & potest multipliciter poni casus secundum Hostiensem *in prim.* Joann. Andr. *num.* 2. Collectar. *in princ.* Bellam. *num.* 1. Butr. *num.* 7. Abb. *num.* 13. & latissimè prosequitur Marianus Socin. *in decimoquinto articulo principali, num.* 45. Primò enim casus formari potest in laico, qui conventus, & citatus coram judice sæculari postea factus est Clericus: non enim in causa illa potest declinare forum judicis laici, quemadmodum posset si causa in foro laico per citationem non esset præventa, ut cap. 1. & 2. & cap. *Si diligenti, supra eodem.* Sed an hoc sit verum, & an vendicet ibi locum in causis tam civilibus, quàm criminalibus, & tam respectu executionis realis, quam personalis, plene examino in cap. *Vnico, in 4. quæstione à num.* 41. *usq.*
26 *ad num.* 77. *supra, de obligat. ad rationem.* Secundò potest poni casus in Clerico, qui citatus coram Episcopo postea de illius consensu ad aliam diœcesim, vel Ecclesiam se transtulit, ut cap. *Admonet, supra, de renunciat.* Quod intelligo quando erat subditus ratione domicilii, vel beneficii, secùs si ratione originis, cùm ille forus sit immutabilis, ut dixi supra *num.* 21. & declarat
27 Abb. *hic, num.* 13. *vers. Secundò*, Tertiò ponitur casus in Clerico in minoribus Ordinibus constituto, qui post citationem judicis Ecclesiastici uxorem duxit: nam si habitum, & tonsuram non deferat, perdit privilegium fori tam in civilibus, quàm in criminalibus, ut in cap. *Vnico, de Cler. coniug. lib.* 6. unde coram Ecclesiastico conveniri potest ratione præventionis dumtaxat ut hic. Secùs si incedat in habitu, & tonsura, quia tunc etiam cessante præventione conveniendus erit coram ecclesiastico, ut in d. cap. *Vnico*, dummodò tamen hodie alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputatus eidem Ecclesiæ serviat, vel ministret, ut statuitur Decreto Concilii Tridentini in cap. 6. *vers. In Clerico verò coniugato, sess.* 23. in civitatibus autè conveniendus erit coram Ecclesiastico ratione

præventionis tantùm, juxta textum hic, ut per Abb. *num.* 13. *vers. Tertiò*, sed cessante præventione judex laicus in civilibus poterit cognoscere, & pronunciare, dummodò tamen abstineat ab omni personali districtione, ut latissimè consuluit Lap. *alleg.* 118. incipien. *Quæritur non leviter*; De communi Covarr. *Pract. quæst. cap.* 31.
28 *num.* 7. Quod procedit etiamsi talis Clericus habeat requisita Concilii Tridentini, ut jam pridem censuit S. Congregatio ejusdem Concilii interpres; nam proposito dubio in causâ Andrien. An clericus conjugatus habens qualitates requisitas tam Constitutione Bonifacii VIII. quæ incipit: *Clerici qui cum uxoribus*, quam Decreto Tridentini Concilii *cap.* 6. *sess.* 23. gaudeat privilegio fori, etiam in civilibus: *Die* 13. *Februarii* 1610. S. Congregatio, cui interfuerunt S.R.E. Cardinalis Camerinen. de Monte, Aquaviva, Plattus, Mantica, Nazareth, & Millinus, nemine discrepante censuit hujusmodi clericum conjugatum non gaudere privilegio fori in civilibus, ubi de crimine non agitur. Cæterùm clericum talem non posse ab hujusmodi causas civiles personaliter distringi, aut in carcerem conjici: nam etsi Lapi allegatio, cui communiter adhæserunt Domini, in subtiliori disputatione aliquid posset habere difficultatis: tutius tamen putarunt à recepta Doctorum sententia in hac materia non recedere; quia tamen in nonnullis locis fertur vigere consuetudo, qua clerici hujusmodi etiam aliquibus qualitatibus requisitis carentes gaudeant privilegio fori tam in civilibus, quam in criminalibus; nihil visum est decernendum, aut edendum nisi prius speciali disputatione deliberetur, an hujusmodi consuetudo favens Clericis conjugatis magis, quam Constitutio Bonifacii, & Concilium Tridentinum sit valida, & observanda.

In casibus ergo supradictis, & aliis consimilibus legitimè citatis coram primo judice non poterit illius jurisdictionem declinare, ex eo quòd posset alterius fori esse cœperit: & ita hic est casus secundùm omnes.

29 Oppono. Exemptionis privilegium eximit universaliter à jurisdictione judicis ordinarii, cap. *Frater noster*, & ibi glos. *in ver. Aliquid*, 16. *quæst.* 1. & cap. *Cum capella, infrà, de privileg.* Item privilegium superveniens tollit vinculum obligationis jam contractæ, cap. *Ex antiquis*, cap. *Fraternitatem*, & cap. *Si servum*, 54. *distinct.* Ergo multò magis extinguere debet actum non consummatum, sed tantummodò initiatum per citationem: si enim solvit jam contractum, fortius impedit contrahendum, l. *Vranium, ff. de fideiussor.*
30 Præterea quando actus non est momentaneus, sed habet tractum successivum, privilegium ante actum consummatum superveniens pro futuro tempore operatur effectum suum, ut l. *Fiscus, ff. de jure fisc.* l. *Cum quid*, §. *Fiscus, ff. de usur.* & l. *Ea quæ, C. de restitut. in integr.*

31 Solutio. Peractum citationis privilegium est præventum, & propterea non suffragatur, ut l. *Tutor, ff. de excus. tutor*, secundùm Hostiens. *hic num* 2. Joann. Andr. *num.* 4. Bellam. *in* 4 *notab.* & Butr. *num.* 20. Vel secundùm Anchar. *sub n.* 5. contraria locum habent in re, sive divisibili ut alia consideratio habeatur pro tempore præterito, & alia pro futuro. Hic autem agitur de actu indivisibili, quia instantia judicii non debet dividi, sed ibi finem accipere ubi initium habuit, leg. *Vbi cæptum, ff. de judic.* & Authen. *Qui semel, C. quomodo, & quand. jud.* & est ratio, quia in judicio quasi contrahitur, ut l. 3. §. *Idem scribit, ff. de pecul.* unde sicut ex contractu vero non potest alter ex contrahentibus resilire altero invito, ut l. *Sicut, C. de act. & oblig.* ita nec ab illo quasi contractu per citationem initiato potest citatus se subtrahere per mutationem fori, ut *hic*. Generaliter autem an privilegium, vel jus superveniens liberet quem ab onere, anve profit quoad obligationes contractas, vel jura in judicio deducta, distingue ut hic plenè per eundem Anchar. *n.* 5. *vers. Et tamen latius.*

DE LITIS CONTESTATIONE.

Cap. Olim.

SVMMARIVM.

1 Universitas, vel Collegium non potest excommunicari.
2 Excommunicatio lata in Capitulum an teneat.
3 *Litis contestatio fit per petitionem in jure propositam, & per responsionem sequutam.*
4 *Litis contestatio quid sit. Latè discutitur usque ad n.* 44.
5 *Litis contestatio est fundamentum judicij, & litis exordium.*
6 *Lis mota non dicitur ante litis contestationem.*
7 *Instantia causarum ante litis contestationem non currit.*
8 *Principium est potissima pars cuiusq; rei.*
9 *Litis contestatio est lapis angularis judicij.*
10 *Processus sine litis contestatione est irritus.*
11 *Sententia lite non contestata est ipso jure nulla.*
12 *Nec est exequenda, etiamsi lapsa sint fatalia.*
13 *Litis contestatio non inducitur per narrationem factam in libello sine petitione, & conclusione.*
14 *Nec per productionem actorum si nulla appareat petitio.*
15 *Judicium petitione omissa est nullum.*
16 *Actor admitti non debet ad litigandum nisi libello in scriptis porrecto. & n. seq.*
17 *Litis contestatio non fit extra judicium.*
18 *Libellum non sufficit transmittere ad domum rei, nisi petitio postea in judicio renoviatur.*
19 *Arbitraria redacta sunt ad instar judiciorum.*
20 *Litis contestatio fit coram arbitris juris, & habet omnes effectus contestationis veræ, vel interpretativæ.*
21 *Secus coram arbitratore.*
22 *Petitio sola litis contestationem non inducit nisi sequatur responsio rei.*
23 *Litis contestatio non oritur, nisi responsio rei sit relativa ad libellum.*
24 *Et sufficit responsio juris.*
25 *Actio quidsit.*
26 *Litis contestatio an fiat si rem negat narrata, prout narrantur esse vera.*

Et

27 *Et quid si productis juribus, & parte citata rei procuratores allegat generalia contra.*
28 *Et quid si reus respondeat, tu mentiris. Legibus, & non convitiis certandum est. ibid.*
29 *Exhæredatio valet, licet fiat verbis contumeliosis, & turpibus.*
30 *Litis contestatio an inducatur per confessionem rei.*
31 *Sententia diffinitiva non fertur si rem confiteatur ante oblatum libellum, sed fit ei præceptum ut solvat infra certum tempus.*
32 *Confessio facta animo declinandi jurisdictionem, non inducit contestationem litis.*
33 *Secus si animo litigandi post oblatum libellum.*
34 *Litis contestatio mixta abusiu ex Hostiens.*
35 *Confessio rei in figura judicii an in dubio litis contestationem inducat.*
36 *Litis contestatio fit per responsionem datam ad libellum partim confitendo, & partim negando.*
37 *Litis contestatio fit per responsionem rei datam ad libellum etiam actore absente, & ex intervallo, nec verba sunt necessaria.*
38 *Et quid si actor post responsionem rei non compareat, nec prosequatur.*
39 *Litis contestatio dependet ab animo rei.*
40 *Nec inducitur nisi responsio fiat proposito litigandi, & num. seqq.*
41 *Contestari quid sit.*
42 *Contestandi animus præsumitur ubi verba contestationi sunt apta, nisi contrarium appareat per protestationem.*
43 *Verbo non præsumitur quis exprimere quod mente non cogitavit.*
44 *Litis contestatio non inducitur per positiones, & responsiones datas ad eas, & n. seqq.*
45 *Ponens nihil petit, sed factum narrat.*
46 *Sententia debet esse conformis non positioni, sed petitioni.*
47 *Positiones fieri possunt etiam ante litis contestationem.*
48 *Litis contestatio an fiat per generalem positionem, & responsionem rei.*
49 *Positiones cur in judicio introductæ, & n.* 90.
50 *Positio generalis nunquam inducit contestationem litis, nisi petitionem habeat admixtam.*
51 *Articuli conclusivi sunt loco libelli, & per responsionem datam ad illos oritur litis contestatio.*
52 *Positionis diffinitio quæ sit de illius substantia latè discutitur in fin.*
53 *Diffinitio non est bona si conveniat alii à diffinito.*
54 *Positiones in causa fieri possunt tam per actorem, quàm per reum, & num.* 89.
55 *Diffinitio authoris ponitur, & per partes explicatur, usque in fin.*
56 *Positiones in quo differant ab interrogatoriis.*
57 *Ponens, omnia quæ ponit, dispositivè intelligitur confiteri.*
58 *Actor sicut per responsionem rei, ita & rem per positionem actoris relevatur ab onere probandi.*
59 *Judicium non debet elundicare, & n. seq.*
60 *Interrogatorius principale negotium tangentibus non cogitur pars respondere, nisi detur dispositive medio juramento per modum positionum.*
61 *Si tamen respondeat, & confiteatur, sibi præjudicat.*
62 *Positio debet esse affirmativa, & non negativa, & num. seq.*
63 *Negativa regulariter non est probabilis.*
64 *Positio negativa nihil ponit, sed removet.*
65 *Nec dicitur positio, sed interrogatio, nisi quatenus habeat implicitam affirmativam.*
66 *Carentia, & non existentia an, & in quo differant.*
67 *Negativa in subjecto semper est probabilis.*
68 *Positioni negativæ an, & quando sit respondendum.*
69 *Quid si negativa sit coarctata.*
70 *Et quid si positio negativa non coarctata sit de facto, contra quem ponitur.*
71 *Nihil est in probatione, quod prius non sit in natura.*
72 *Positioni negativæ non coarctatæ de facto alterius an debeat responderi.*
Et quid si sit mixta de facto partim proprio, & partim alterius, num. 74.
73 *Raynerius Iacobi Butrigarij Padagogus, & transcriba.*
75 *Positiones negativæ si æquitas suadeat, hodie admitti possunt, etiamsi aliis probari non possint quàm per confessionem partis.*
76 *Positioni duplici, vel multiplex factum continenti non est respondendum, nisi dividatur vel declaretur.*
77 *Positionem multiplicem negans an videatur singula negare.*
78 *Positioni generali, obscuræ, incertæ, implicitæ, equivocæ, captiosæ, vel alternativæ responderi non debet.*
79 *Positio juris, id est, de casu legis, vel glossa non admittitur.*
80 *Fallit in jure consuetudinario, vel municipali.*
81 *Positio omnino impertinens non debet admitti.*
82 *Positio pertinens quæ dicatur.*
83 *Positioni de qua dubitatur num sit pertinens an, & quomodo sit respondendum.*
84 *Positiones non fiunt in criminalibus, nec recusans respondere habetur pro confesso.*
85 *Positioni criminosæ an & quando sit respondendum.*
86 *Positiones medio juramento sunt judici in scriptis offerendæ.*
87 *Positionibus an, & quando responderi possit per Procuratorem, vel cum presentia Advocati.*
88 *Rem super positionibus à quo sit interrogandus.*
90 *Positiones in quo differant ab articulis.*
91 *Articulus quid sit.*
92 *Testes super articulo debent deponere de scientia per sensum corporeum, non autem de credulitate.*
93 *Positionibus an responderi possit per verbum credit, vel non credit.*
94 *Et an hujusmodi responsio censeatur de credulitate, an de veritate.*
95 *Et quid ad effectum, ut incurratur perjurium.*
96 *Advocatus qui docuit clientulum falsum responderè, tenetur parti damna resarcire.*
97 *Advocatorum prava suggestio in positionibus negandis.*

OLIM. Non per positiones, & responsiones, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem sequutam sic litis contestatio, qua omissa, nullus est processus. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primo ponit processum judicum, & ipsorum relationem. Secundò ipsum processum decernit irritum, & rationem reddit. Secunda ibi, *Procuratoribus.*

1 Nota primò ex principio textus, ibi, *excommunicationum sententiam.* Capitulum, & sic Universitatem posse excommunicari: nam ut patet in compilatione antiqua, & recitat hic Joan. Andr. & Abb. ambo *num:* 2. Capitulum sancti Quintini irrogaverat injurias Episcopo Noviensi, & Episcopus propter ejusmodi injurias illud excommunicavit: & ita olim excommunicabatur Capitulum secundum eos, & Butr. *num:* 6. *in secunda oppositione.* Sed hodie in Universitatem, vel Collegium ferri non potest sententia excommunicationis, sed in singulos tantùm de Universitate vel Collegio, quos culpabiles esse constiterit, ut est expressum in cap. *Romana,* §. *In Universitatem, de sent. excomm. lib.* 6. & fortè olim hoc fiebat de facto potius, quam de jure. nec contrarium probat hæc littera, quia

2 simpliciter narrat factum. Subdit tamen Butr. quod si Capitulum etiam hodie excommunicetur, tenet sententia: & fuit opinio Bernardi, quam tamen reprobant Hostiens. Archid. Joann. Monach. & Joann. Andr. ut notatur in d. §. *In universitatem,* in gloss. *in ver. Penitus,* & Marian. Socin. in cap. *Mulieres, in* 2. *quæst. num:* 15. *infra, de sent. excomm.* Pro quo facit littera d. §. *In universitatem,* ibi, *penitus prohibemus.* De hac materia scripsi plenè in cap. *Responsio, eodem titul.*

3 Secundò nota litis contestationem fieri per petitionem in jure propositam, & responsionem subsequutam. Idem habetur in cap. *Dudum, il*

4 *secondo, vers. Licet autem, supra de elect.* Nam ut diffinit glossa hic, litis contestatio est negocii principalis hinc inde apud judicem facta narratio, & subsequuta responsio: & fuit diffinitio Bulgari, Azonis, & Pancredi, quam sequuti fuerunt ferè antiqui omnes usque ad Hostiensem, ut ipsemet testatur *hic num:* 1. & Marian. Socin. *supra in rubr. eod. num:* Verum Hostiens. *hic* & *in summa hoc tit.* §. 1. dicit hanc descriptionem destruì; quia per positiones quoque apud judicem narratur principale negocium hinc inde, & tamen per eas litis contestatio non inducitur, ut hic patet. Præterea abundant illa verba, & subsequuta responsio, quia implicitè continetur sub dictione illa *hinc inde.* Unde Hostiens. ponit aliam descriptionem, videlicet litis contestatio

5 est fundamentum judicii per petitionem in jure propositam, & congruam responsionem sequutam animo contestandi litem factam, quo omisso si in figuram judicii procedatur, vexantur ioanibus laboribus, & sumptibus litigantes: & sequuntur hic Joann. Andr. Butr. Cardin. Imol. Joan. de Anan. & omnes Doctores teste Mariano Socino *ubi supra.* Quæ tamen diffinitio, seu descriptio peccat in eo, quod describit contestationem litis per animum contestandi litem. & adhuc ignoratur quid sit litis contestatio, & sic diffinit idem per idem: quo vitio etiam laborat descriptio prolixior quam ponit Marian. Socin. *loco citato.* Ac præterea omnino extrinsecum, & accidentale est ut omissa litis contestatione, litigantes vexentur inanibus laboribus, & expensis. Ac demum si litis contestatio est fundamentum judicii, necessario hinc sequitur ut eo omisso processus sit nullus; & consequenter supervacaneum fuit addere illa

5 verba, *quo omisso,* &c. Unde satis fuisset sic describere, videlicet, litis contestatio est fundamentum judicii per petitionem in jure propositam, & congruam responsionem sequutam animo litigandi.

6 Et primò dictum est fundamentum, quia litis contestatio est litis exordium, & principium causæ ut legitur & notatur in cap. *Super quæstionum,* §. *Intentionis, supra de offic. deleg.* ita ut antea non dicatur lis nota, cap. *Ex parte, il* 2. *in fine, de verb. significat.* Bald. *cons.* 150. *Casu alias aliter, num:* 2. *vers. Ex quo apparet, lib.* 2. nec dicatur, quis pe-

7 tere velle, ut l. *Amplius, ff. Rem rat. haber.* & sic litis contestatio dat principium instantiæ, ut curat. Roman. *cons.* 174. *Amplissimi Doctor, num:* 4. & 5. Alex. *cons.* 247. *Visis, num:* 10. *vers. Non obstat, lib.* 6. Quod nota pro intelligencia Concilii Tri-

8 dentini in cap. *Causæ omnes,* 20. *sess.* 24. Cujusque autem rei potissima pars est principium, l. 1. *ff.*

9 *de orig. jur.* Unde litis contestatio non solum est de processu, sed lapis angularis judicii, & ejus fundamentum, ut in Authen. *de litig.* §. *Omnem,* & fuit dictum Baldi *hic num:* 2. & in cap. *Dudum, il.* 2. *num:* 20. *supra de elect.* Oldrad. *cons.* 12. *Qua-*

10 *stio est prima, in princip.* Sicut autem materiali ædificio ruina imminet fundamento omisso, & similiter spirituali, cap. *Cum Paulus,* 1. *quæst.* 1. cap. *fin.* 48. *dist.* cap. *Venens, infra de Præb. non baptiz.* sic & ædificio judiciorum, secundum Hostiens. Unde non mirum si Papa *hic,* & id d. cap. *Dudum,* §. *Licet autem,* pronunciet processum irritum ex eo quod litis contestationem non invenerit esse

11 factam. Itaque sententia lata lite non contestata est ipso jure nulla, cum litis contestatio sit de substantia judicii, l. *Prolatam,* & ibi Bart. *C. de sent.* Bald. *cons.* 362. *Quamquam super, num:* 3. *in*

12 *fine, vers. Sed dicendum est, libro* 3. adeo ut etiam si dicatur transivisse in rem judicatam, eo quod fatalia sint deserta: nihilominus non sit exequenda, si ex processu appareat litem non fuisse contestatam. Bald. *cons.* 225. *In causa vertente, in princ. lib.* 5.

13 Secundò dictum est, per petitionem, quia sine illa non fit litis contestatio, ut *hic,* & in d. cap. *Dudum,* unde si in libello fieret sola narratio absque petitione, & conclusione, tunc per responsionem non intelligeretur litis contestatio facta, ut per Rotam *decis.* 12. *alias* 2. *in tit. de lit. con-*

14 *test. in novis, num:* 3. & Butr. *hic* post Hostiens. *numer.* 13. adeo ut neque ex productione actorum verè, vel interpretativè litis contestatio oriri possit sinulla præcesserit petitio, ut decidit Ro-

15 ta apud Cardin. Seraphin. *decis.* 698. *num.* 8. & petitione omissa judicium est nullum. Raphael Cuman. *cons.* 86. *Quamvis de jure, num:* 3. *usque in finem.* Stat ergo regula, ut per responsionem ad libellum narrantem non inducatur litis contestatio, ut hic per Butr. *d. num.* 13. *vers. Remanet ergo regula.* Fallit primò coram Papa, ut servat Curia. Secundò fallit in c. usi electionum, in quibus

bus non exigitur litis contestatio. Tertiò fallit in aliis causis spiritualibus. Quartò fallit quando

16 inter Religiosos agitur. Quintò fallit secundum aliquos in libello in possessorio, ut latius perlustri Capra, & Abb. *hoc loco.*

17 Tertiò dictum est *propositam,* id est in scriptis porrectam, quia actor ad mutuum non debet ad litigandum, nisi libellum in scriptis porrecto, ut in cap. 1. *de libel. oblat.* & aliter non fit litis contestatio, Hostiens. *hic num:* 1. *vers. Et hoc dico per petitionem,* & alii communiter; licet Butr. *hic num:* 27. dicat litis contestationem fieri posse etiam sine scriptis, allegat cap. *Relatum, de offic. Deleg.* l. 1. *ff. de edon.* & Specul. *de lit. contest.* §. 1. *vers. Sed nunquid, num:* 23. ubi tenet litis contestationem fieri etiam ad interrogationem partis: faceret tamen Butr. exigi libellum. Sed hæc non compatiuntur, ut litis contestatio exigat libellum, & fieri possit hinc scriptis.

17 Quartò dictum est, *in jure,* quia extra judicium non fit litis contestatio, §. *Offertur,* 3. *quæst.* 3. cap. 1. *supra, tit. præsumes,* & l. *volum. ff. de interrogat. action.* alioquin ut Hostiens. inquit, quandocunque rusticus peteret aliquid ab alio extra judicium, diceremus litis contestationem

18 fieri rustico a quo petitur hoc negante, quod est ridiculum. Itaque oportet libellum in judicio porrigere, ut in d. cap. 1. *de libel. oblat.* & in Authen. *Offerantur* & ibi notat gloss. 1. & Cyn. *in hac quæst. C. de lit. contest.* Nec sufficit libellum transmittere ad domum rei, nisi petitio postea in judicio repetatur, ut post Abb. notat. *hic* Marian. Socin. *in ultima principali articulo, num:* 32. Et quia arbitria redacta sunt ad instar

19 judiciorum, l. 1. *ff. de arbitr.* glossa *in rubr. infra eodem tit.* & in cap. *Cum dilectus, in ver. Nisi, de*

20 *hu:* Idcirco coram arbitris juris fit litis contestatio, & ex ea resultant omnes juris effectus, qui ex vera, vel interpretativa litis contestatione oriuntur, ut per Specul. *de lit. contest.* §. Nunc *dicamus, num:* 2. Oldrad. *cons.* 176. *Factum tale est, in* 1. *quæst. num:* 1. Bart. in l. *Cum antea, num:* 7. & ibi etiam Bald. *num:* 11. *C. de arbitr.* & resolvit Rota coram Cardinali Seraphino *decis.* 697.

21 *num:* 3. licet secus fit coram arbitratore, ut ibi per Rotam, & Oldrad. *ubi supra.* Et per hoc salvari potest diffinitio Hostiensis ab impugnationibus Mariani Socini, qui supra in rubrica dicit ejus diffinitionem esse defectivam, & non convertibilem cum hoc diffinito, ad l. *Omnis diffinitio, ff. de regul. jur.* junctæ l. 1. *ff. de dolo.* Imo enim verba illa, *in jure,* verificari possunt tam in contestatione litis, quæ fit coram Judice, quam in ea, quæ fit coram arbitris juris, ut prædiximus.

22 Quintò dictum est *responsionem,* quia sola petitio, & libelli oblatio non inducit contestationem litis, nisi sequatur responsio rei, ut probat textus noster, & cap. *Dudum,* §. *Licet autem, de elect.*

23 Sextò addita est particula, *congruam,* quia non sufficit qualiscunque responsio, sed oportet ut sit relativa ad libellum, ut notat Bald. in cap. *Dudum, il secondo, num:* 19. *supra de elect.* non enim sufficeret, si reus diceret, Volo litigare cum adversario, & non contradiceret petitioni, arg. l. *Item non nocet, C. de iudic.* quia nescitur an confiteretur, vel negaret petita. ut hic tenet In-

24 nocen. *num:* 3. *vers. Sed tamen.* Et dicitur congrua responsio etiam de jure, ut si petam a te fundum, quem promisisti, vel vendidisti; & respondeas, non competit tibi actio, vel tibi de

25 jure non debetur fundus, quem tu petis: tunc cum actio sit jus petendi in judicio, quod tibi debetur, id est de jure, *institut. de action. in princ.* eadem ratione & defensio, sive responsio rei legitima est. Quod petis tibi de jure non debetur, secundum Innocent. *hic num:* 2. Hostiens. *num:* 5. *vers. Hoc autem notandum,* & alios communiter.

26 Similiter congrua est responsio si reus dicit, Nego narrata prout narrantur esse vera; quia videtur responsum super toto, & ideo facta est litis contestatio, ut notatur in l. 1. *ff. quæ res ad eos pertinet,* & in c. *Cum ad sedem, de rescript. ipsorum.* tenet Cyn. in l. 1. *in* 4. *quæst. C. de lit. contest.* Bald. in d. cap. *Dudum, num:* 8. Raphael Fulgos. *consil.* 138. *in quæstione, in princip. & cons.* 160. Joannes & Gorus, *num:* 4. & ita communiter teneri testatur hic Joan. de Imola *n.* 20.

Totus tamen est respondere, nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur esse vera, secundum Bald. *loco citato,* & ita servant

27 cauti Procuratores. Unde litis contestationem induci, quando parte citata, & productis juribus Procuratori ex adverso allegat generalia contra, tenet Ferrarien. *consil.* 30. *num:* 10. *vers. Quinto,* & dixit Rota coram Card. Serapino *decis.* 520. *num:* 1.

28 Quinimo fit etiam litis contestatio si reus respondendo dicat, tamentitis, vel quid simile, ut tenet Guliel. de Cun. in l. un. *C. ed. num* 16 legibus, & non convitiis certandum sit, in l. *Quisquis, C. de pœnis.* & quod calore iracundiæ dicitur, pronon dicto habetur, cap. *Ex litteris, infra de divort.* & l. *Quod calore, ff. de reg. jur.* tamen ejusmodi verba in omnique opprobriosa convenium naturæ negocii, de quo agitur, exemplo

29 exhaeredationis, quæ valet etiamsi fiat verbis contumeliosis, & turpibus, in l. 1. *in principio, ff. de liber. et posthum.* Ceterum hoc intelligo, dummodo reus prædicta verba proferat in responsione ad libellum, & in tali responsione persistat. Si verò animo non respondendi, & potius calore iracundiæ, impiciendum est tempus, & gesta, & alia quæ considerari solent ad judicandum de animo, ut l. *Dolum, C. de dolo,* & c. *de renunc. in.* 6. & ita opinionem Guliel. declarat Abbas *hic cs* 5 *quæst. num:* 28. cujus declaratio placet Mariano Socino *n.* 35. & mihi.

30 Generaliter autem congrua dicitur responsio ad litem contestandam, sive negando sive confitendo, ut dicit glossa hic, & ita non solum per negationem, sed etiam per confessionem fit litis contestatio, & per talem confessionem reus condemnatur, l. *iudicatum, ff. de confess.* & tenet glossa in cap. *Dudum, in ver. Responsionem, supra de elect.* Bald. in l. *Si rem, ff. de Præscript.* Cardinal. in Clemen. *Sepe, in* 26. *quæst. de verbor. significat.* & est communis opinio, ut hic testatur Joan. de Anan. *num:* 6. & Felin. *num:* 5. Sed ita distinguer nam aut reus confitetur ante libelli oblationem, aut post: Si ante, non fit litis contestatio, cum ad illius libellatiam requiratur ut præcedat petitio in scriptis, seu libellus, ut ostensum est supra *num:* 16. & *seq.* Ita Specul. *de lit. contest.* §. *Nunc dicamus, vers. Sed si reus non negat, num:* 11.

Un-

Unde hoc casu non fertur diffinitiva, sed judex præcipit reo ut solvat infra certum tempus, ut l. *Ait Prætor*, §. *Permittitur*, *ff. de minor.* & l. *Si debitori*, *ff. de judic.* Et hujusmodi præceptum, cum non fiat in figura judicii, non appellatur sententia, sed simpliciter præceptum, ut notat glossa singularis in l. *Cum non jetum*, in §. *Necessitate*, *in ver. imponenda*, *circa med. vers. Pereat distinguit*, *de bon. qui liber.* gloss. in d. cap. *Dudum*, *in ver. Responsionem.* Quod dicit esse mente tenendum Bald. *hic num.* 4. *vers. Aut est dubium.* Si verò reus confiteur post libelli oblationem, & hic in figura judicii, tunc sudditi ingit tres casus; Primus est quando confiteur quia non vult litigare, & sic animo declinandi judicium; & manifestum est non fiari litis contestationem, ut d. l. *Si debitor*, *ff. de tut.* l. *Si res fuit Prætoriana*, & l. *Nemini*, §. *Qui in Arcu*, *ff. de legat.* 1. & tenent glossa, *prædicta*, & Bald. in l. *Unica*, *C. de utrum. ff.* & Fabr. *hic num.* 5. & est ratio, quia non animo litigandi non fit litis contestatio, ut ex contrario explicatum est in membris diffinitionis. Dicit enim lex, per narrationem proponam, & contradictionem objectam fit litis contestatio. l. *Item non nocuit*, §. *Parum*, *C. de judic.* Qui autem confiteur sine animo concludendi litem non contradicit, sed potius consentit actori. Secundus est, quando reus post oblatum libellum confiteur, sed tamen intendit litigare, quia fit interest in causa procedere: & absque dubio fit litis contestatio, l. *Ait quidem Prætor*, §. *Cum res absente*, *ff. de negot. gest.* & ita procedit textus in prædicta l. *Indemnis*, *ff. de confess.* ubi contra eum confitentem fertur diffinitiva, ut per glossam d. cap. *Dudum*, *in ver. Responsionem*, *de sent.* notabile exemplum ponit hic Hostient. *num.* 14. ubi cum Lugdunii in quidam causa libellus inepte formatus fuisset, consulunt ut reus responderet, confiteur proposita in libello, sicut proponuntur, & dicit petitionem fieri non debere: & ita per confessionem animo litigandi, quia sua interierat in causa procedere fuit facta litis contestatio: & tandem Hostient. omnes fuisse stupefacti, quando audierunt talem modum contestandi litem. Tertius denique casus est, quando reus confiteur, & est dubium an hoc fecerit animo procedendi in causa, nec ne. & Bald. in d. l. *Unica*, tenet hoc tertio casu litis contestationem fieri per talem confessionem in figura judicii emanatam; & idem tenet *hic num.* 4. ubi dicit in dubio fieri contestationem, si reus confiteur oblato libello, & per eum recepto, & datis induciis deliberatoriis. Sed in hoc contrarium tenet Imola in l. *Si dominus*, §. *Qui ex arcu*, *ff. de legat.* primo ubi dicit servandam esse mentem confitentis, si de illa constet, sed si non constet, non fieri litis contestationem alleg. gloss. l. *Prædicta*, §. 1. *ad leg. Aquil.* & *in* §. *Inspiro*, in Authen. *de exhibend. reo*, & in d. cap. *Dudum*, & hoc ipsum tenet Imola *hic*, cujus opinio verior videtur: in dubio enim reus non est credendus confiteri animo litigandi, nisi forte extra confessionem in aliquo contradicat, ut in exempla Hostiensis, vel si dicat, fiteor narrata, sed tondum venit dies obligationis: & hoc sequitur Felin. *hic num.* 5. & est ex mente Rotæ *decis. 6. num.* 1. *de lit. contest. anni* 1534. quæ incipit, *Si dato libello*, *in ver.* ubi decidit litis contestationem induci per responsionem factam ad totellum partem ipsius confitendo, & partem negando. An autem congrua sit responsio ad litis contestationem inducendam si reus dicat, credo me non debere, vel debere; vel si dicat nec scio, nec credo, vel non præsumo, vel dubito, vide hic per Marian. Socin. *in* 8. *quæst. princ. n.* 77. *& seqq.*

37 Septimò sequitur in diffinitione verbum illud, *sequentem*; quia non requiritur ut responsio rei fiat parte præsente, & incontinenti post oblatum libellum, sed fieri potest etiam parte absente, & ex intervallo, in tenent Dominus de Rota *in prædleg. decis. 6. de lit. contest.* ubi formaliter dicunt hic, (Si dato libello per actorem compellitur reus ad respondendum libello, & reus responderet confitendo partem, & partem negando, licet tempore hujusmodi responsionis rei actor nihil moverit, vel etiam præsens non fuerit; dicebant Dominus omnes litis contestationem fore factam ex utrique parte, quæ ita per narrationem, & petitionem in jure ex parte actoris propositam & responsionem rei sequitam, ut in cap. *Venit de lit. contest.* in cap. *Dudum*, *de elect.* & in cap. *Prout*, *de dol.* & *contumac.* At in casi proposito datus erat libellus pro parte actoris, in quo continebatur narratio facti, & petitio, in quibus ipse semper persistebat, atque fiebat directa responsio per reum confitendo, & negando quod sufficit per jura antedicta: ergo, &c. Dubium enim facit, quia litis contestatio nihil est aliud, quam simul testatio, sive mentis declaratio volentium litigare; ergo videbatur quod simul, & eodem tempore debereut concurrere petitio actoris, & responsio, ut in l. *Consensu*, *ff. de act.* & *obligat.* Ad quod respondebatur quod dato libello actoris semper constare videtur de animo suo litigandi, maximè inde modo ut reus compelleretur ad respondendum; & sic petendo in sua petitione haberet animum litigandi, quod fuerit. Respondendo ergo huic petitioni tantum fuit litis contestatio facta etiam simultanee propter concorrentiam animorum, & per hoc fuit salvatus unus magnus processus habitus in partibus in quadam causa Hispalensi.) Hactenus verba decisionis, ex quibus tria elicuntur contra opinionem Bartoli, & Baldi in l. *Unica*, *C. red.* & Hostient. *hic num.* 2. *in ver. Sed per petitionem.* Primum est litis contestationem fieri posse etiam absente parte, ex quo actor libellum obtulit, & persistit in sua petitione. Secundum est litis contestationem non variari ex temporis intervallo inter oblationem libelli, & responsionem. Tertium est verba non esse necessaria ad inducendam litis contestationem, sed sufficere ut porigatur libellus continens narrationem, & petitionem, & sequatur responsio: & huic opinioni adhærent hic Butr. *num.* 12. Card. *num.* 4. Abb. *num.* 7. & Felin. *num.* 4 approbantes Rotæ decisionem, quæ ut dicit Imola *in* 13. *vers. Et sic dicunt Domini de Rota*, servaretur in practica propter illorum authoritatem: licet subdat, si non esset eorum authoritas, quia communis opinio est in oppositum, difficile esset obtinere; & secundum Rotæ decisionem testatur Abbas quasi semper se vidisse practicari Parmæ, ubi legit sex annos continuos. Et quamvis Marian. Socin. videatur recedere ab opinione Ro-

38

12, quando actor post responsionem rei non comparet, nec prosequitur; tamen de dono dicto dubitat hic Felin. *eodem num.* 4. & merito, quia cum actor libellum non cassit, & persistit in sua petitione utique ad responsionem rei, & sic centeatur perduralle in eadem voluntate, & proposito litigandi, arg cap. *Mandati de rescript.* & consequenter jam fuerit facta litis contestatio: actus subsequentes nihil operantur in perseverantia enim voluntatis magis spectatur initium, quam factum postea subsequutum, ut plene notavi in c. *Significasti*, *nu.* 32. *&* 33. *infra*, *de Regular.*

39 Octavò, & ultimò sequitur in diffinitione, animo litigandi, quia litis contestatio depender ab animo rei, ut in Authen. *de exhibend. reo*, §. *illud*, & dixit Rota *decis.* 2. *quæ incipit*, *super*

40 *num.* 4. *de lit. contest. anni* 12. *Innoc.* Unde litis contestatio non oritur, nisi responsio rei fiat animo procedendi in causa, & ex intentio-

41 ne, & proposito, ut dicit glossa *hic vers. Quod est ita intelligendum*, & Innocen. *num.* 1. *cum* contestari secundum eum *num.* 3. nihil est aliud, nisi testari, quia vult cum adversario litigare. Requiritur ergo, ut animo litigandi petitioni adversari contradicat, ut l. *Item non nocuit*, *C. de judic.* Unde si responsio, vel negatio fiat ad jurisdictionem judicis declinandam, exinde non fit litis contestatio, ut est textus notab. in cap. *Si Clericus*, & ibi dixi post Goffred. Abb. Antiq. Hostiens. & alios, *supra de foro compet.*

42 In dubio tamen ubi verba sunt apta contestationi, præsumitur animus contestandi, nisi contrarium appareat per protestationem, ut notabiliter hic dicit Innocent. *num.* 1. *vers. Sed nisi sint apta*, & Hostient. *num.* 1. *vers. Et bene dixit animus contestandi*, *& num.* 2. *vers. Cum nec possitum.* Aliàs verò non præmissis verbis protestationis, sola interrogatio non sufficeret secundum eos: & ita reperio fuisse decisum in Rota *in prædleg. decis.* 1. *de lit. contest. Innocent.* ubi fuit dubitatum, si reus respondendo libello negendo ea quæ narrantur, & dicat petitionem neri non debere; si non addat, & dicat animo litem contestandi, an per hujusmodi responsionem fuerit lis contestata: & fuit determinatum, & conclusum affirmative per d. leg. *Rem non novam*, *C. de judic.* & per l. 2. *C. de juram. calumn.* & per hoc cap. & c. *Dudum*, *ff. secundo*, *de elect.* & notata per Specul. *in tit. de litis contest.* §. 1. *vers. Quod si proponuntur*, ubi decidit pro hac parte. Nec mirum, quia prædicta jura loquuntur simpliciter, & talem animi expressionem non re-

43 quirunt; nec præsumitur quis verbo exprimere, quod mente non cogitavit, l. *Si ambo*, *ff. de suppel. legat.* & cap. *In obscuris*, *de regul. jur. in 6.* aliquin ut subjicit Rota, simili ratione in contractibus, in ultimis voluntatibus, privilegiis, & rescriptis non valeret, quod fieret, nisi adderetur hujusmodi animi expressio, quod esset absurdum. Pro qua conclusione faciunt ea, quæ leguntur, & notantur in c. *Intelligentia*, *&* c. *Si aperta*, *de verbor. signific.*

44 Tertiò nota per positiones, & responsiones ad eas non induci litis contestationem. Idem habetur in d. cap. *Dudum*, §. *Lites autem supra de elect.* Prima ratio est secundum Innocent. *hic num.* 1. *in ver. Non per positiones.* Hostient. *num.* 2. *in eod. ver. Sunt quidem.* & Marian. Socin. *num.* 62. quia in positionibus non fit aliqua petitio, quæ

45 est necessaria ad litem contestandam: nam qui ponit, nihil petit, sed factum narrat, ut Bald. inquit in d. cap. *Dudum*, *num.* 16. gloss. *hic*, & Butr. *num.* 8. *vers. Probat ulterius.* Sententia autem debet esse conformis non positioni, sed petitioni, cap. *Inter illos*, *de simon.* Clemen. *Sæpe* §. *Verum*, *de verbor. signific.* At quomodo posset ferri sententia absolutoria a petitione, vel condemnatione ad petita, si nihil esset petitum; cum hoc nec fieri possit etiam, ubi esset aliquid petitum, sed modo, ut in cap. *Exhibita*, *supra*, *de judic.* Secunda ratio est secundum eos, quia

46 licet ponas aliquod factum, vel dictum, propter hoc tamen non testaris, vel non contestaris te velle litigare: ergo lis contestata dici non potest supesta verbi significatione, a qua nihil aliud appareat non esse recedendum. l. *Non aliter*, *ff. de legat.* 3. Tertia denique ratio est, quia positiones fieri possunt etiam ante litis contestationem ut hic, & l. 1. *ff. de novorum action.* secundum Innocent. *numero* 1. *in fine*, & Butr. in l. *Pluraque*, *numero* 18. *ff. Eodem*, Nam quandoque fieri possunt probationes, ut notat glossa in magna in cap. 1. *vers. Sed dic*, *quod quandoque*, *de confess. libr.* 6. Contingit autem aliquando, ut etiam ante litis contestationem oponantur exceptiones, super quibus faciendæ sit probatio, ad cujus revelationem fiant positiones, puta si excipiatur quod actor sit excommunicatus, & sic à limine judicii repellendus, ut declarat glossa prædlegata; & consequenter per responsionem ad positiones non contestatur lis, quia non probat hoc esse, &c. l. *Natalis*, *C. de probat.* cap. *Inter cæteras*, *de transl. Prælat.* ut per Butr. *hic num.* 8. *vers. Probat ulterius.*

48 Conclusionem ut supra firmatam declarat hic notabiliter Hostient. *numero* 2. *vers. Quæ ergo*, ut habeat locum tamen modo in positionibus singularibus, in quibus dicit procedere hanc decretalem ponderando litteram ibi, *ya hecha positiones*, quasi dicat, de singularibus, & pluribus loquor. Secus verò in positione generali, ut si dicatur, Pono quod omnia quæ continentur in libello, sunt vera; & reus generaliter responderet confitendo omnia, vel negando. Exhoc enim putat Hostient. litem esse contestatam, arg. l. *Item, qui ducentos*, §. *Fructus*, *in fine*, *ff. de rebus dub.* ubi habetur: (Si quis ita interroget, eorum quæ tibi objiciuntur fecisti, illa negat: hoc exprimit, eorum quid quæ objiciuntur non feci, id est, nihil eorum feci.) Hæc ibi: quasi dicat, sufficit ut omnia negentur, ita Hostien. cujus verba recitat hic Joann. Andr. & eandem opinionem tenet Bartol. in l. *Unica*, *C. eod.* qui dicit ut prælitis corporalibus inter familias, & famulum non appellatur prælium, sed bataluum, sed quando tota malla, & totus exercitus utrinque invicem conflixit, tunc dicitur prælium; ita hic per hujusmodi positiones particulares, & responsiones non inducitur litis contestatio, quæ tamen inducitur per narrationem negotii universalis, & responsionem sequentem; & sic loquitur text. in l. *Unica*.

Sed oppositum sentit hic glossa nostra in fine, quæ dicit litis contestationem non induci per po-

positiones, & responsiones, licet petitio fuerit oblata: & opinionem glossæ de rigore juris dicit veriorem Joan. de Imola *num. 6.* quam etiam dicit simpliciter sequendam Abb. *num. 6. vers. Ego vero juro*, ut scilicet nunquam induceatur litis contestatio per positiones, & responsiones, sive fiant generales, sive particulares, dummodo sint
47 veræ positiones. Fundamentum hujus opinionis est, quia positiones in causis usus longævus admisit ad facilioremlitium exitum, ut per confessionem adversarii pars relevaretur ab onere probandi, ut dicit textus in Clemen. *Sæpe, §. Verum, de verbor. significat.* Non ergo fiunt ad finem petitionis, & cùm veræ sint, assertivæ, seu enunciativæ, effectum petitionis operari non debent, arg. cap. *Significasti, vers. infra, de appell.* fateantur tamen Abbas contestationem fieri, si in libello actor narret factum in libello contentum, & reus respondeat; & ita intelligit textum, & Bartolum in d. l. *Unica*, & ita etiam dicit posse procedere contrariam opinionem Hostiensis, dum loquitur de positione generali. Secus si eam faceret per modum positionis petendo interrogari partem de veritate juramento præmisso; quia tunc intendit probare, & relevare se ab onere probandi, non autem petere. Non obstat textus noster, dum dicit per positiones, & sic loquitur in plurali. Quoniam ut obstetur Joan. de Imola habuit respectum ad communiter accidencia, arg. l. *Non adea, ff. de legib.* quia communiter plures, & diuinitæ fiunt positiones. Præterea quamvis in principio loquatur de quibusdam positionibus, tamen ibi narrat factum, prout contigit, & habet respectum ad causam; sed in decisione secundum Abb. non se refert ad positiones particulares, sed generaliter dicit, non per positiones, & responsiones ad eas fit litis contestatio, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem sequutam: & idem reperitur extra in cap. *Dudum, §. Licet autem, supra,*
50 *de elect.* Non est igitur possibile ut positio etiam generalis contestationem litis inducat, nisi adnexam habeat petitionem; cùm de substantia contestationis sit petitio, & congrua ad petitionem responsio, ut latius ostensum est supra *numer. 13.* & in hoc eodem reddet Marian. Socin. *loc. num. 42. vers. Et ex predictis arbitror concludendum.* & Joan. de Anzm. *num. 8.* qui dicit opinionem Hostiensis, communiter non teneri per Doctores modernos in l. 2. §. *Nil si nomen, ff. de vi bonor. rapior.* & in cap. *Relatum, ii secundo, de testamen.* & sequitur Felin. *num. 3.* qui etiam allegat Rotam *dec. 518. de restib. in antiquis*, dicentem per responsionem factam ad articulos conclusivos induci contestationem litis, quia tales articuli sunt loco libelli.

51 QUÆRO quid sit positio.

Glossa magna, & magistra in cap. 1. *de confess. libr. 6.* plures recenter diffinitiones, Goffredus diffinit sic: Positio est dictum loco interrogationis positivum. Vincentius dicit: Positio est assertio alicujus dicti, vel facti, ut ad ipsum respondemus, Bartol. in l. *Cum & Judices, §. Quod objectum, num. 20. C. de jurejur.* Positio est alicujus particularis rei ad causam pertinentis assertio, Bald. in cap. *Dudum, ii secundo, numer. 13. supra de elect.* Positio, inquit, est oratio, sive propositio aliquid esse, vel non esse enuncians.

53 Sed hæ diffinitiones aut non exprimunt sufficienter naturam positionum, aut sunt nimis generales, & non convertibiles prout hæc Baldi, quæ convenit etiam orationi Dominicali, & cuilibet propositioni, quæ ut generaliter diffinit Arist. *libr. 1. Priorum cap. 1.* est oratio affirmativa, vel negativa alicujus de aliquo. Alii ut refert Archid. in d. cap. 1. *numer. 1. de confess. lib. 6.* sic describunt: Positio est brevis verborum formula mentem ponentis continens ad veritatem eliciendam concepta: & hanc videtur approbare glossa præallegata. Sed laborat eodem vitio, quo præcedentes; & convenit etiam articulis, qui continent mentem proponentis ad veritatem per testes eliciendam; & sic non est bona, cùm conveniat aliis à diffinito, ut notat glossa
54 & DD. *in rubr. supra de Summa Trinit. & fide Cathol.* Similiter Archid. in d. cap. 1. ponit suam diffinitionem, videlicet: Positio est assertio alicujus facti, si per responsionem ad ipsam pertinentem obligetur reus, & actor à probandi onere relevetur. Verum cùm positio etiam fiat per reum, in cante expressit de reo, & actore in descriptione, ut advertit glossa 1. in cap. 1. Ac præterea ad substantiam positionis non spectat, ut responsio sit pertinens, vel impertinens. Magis placet diffinitio quam ponit, & per partes explicat Joan. Monac. in d. cap. 1. *num. 1.* videlicet: Positio est narratio facti nondum probati ad experientiæ intentum directè, vel indirectè sic factis, quod intenditur probari per responsionem adversantis.

55 Vel dic, Positio est simplex assertio facti ad causam pertinentis medio juramento in scripris exhibita ad hoc ut per responsionem adversarii ad interrogationem judicis pars relevetur ab onere probandi.

56 Primò dixi *assertio*, quia positiones fiunt per assertionem, ut hic, & in d. cap. *Dudum, ii secundo, §. licet autem, de elect.* & notat Joan. Monac. in d. cap. 1. *num. 1. de confess. libr. 6.* & patet ex diffinitionibus superius relatis, & secundum glos. 1. *in fine*, in dict. cap. 1. & Franc. *ibi num. 5. & 10.* & Paul. de Castro *cons. 71. Clarissime num. 4. vers. Venio ad merita, lib. 5.* Positiones hoc differunt ab interrogatoriis, in quibus interrogans nihil confitetur, vel affirmat, ut *ff. de interrogat. action. per totum.* Ponens autem dispositivè omnia quæ ponit, intelligitur confiteri, ut in cap. *ait, & ibi* Joann. Monac. & omnes notant, *de jurejur. libr. 6.* Archid. in dict. cap. 1. *num. 1. vers. Et nota quod quilibet ponens*, Lap. *allog. 120. numer. 1. in fin. vers. in eo eorum*, Alex. *consil. 92. Visa & opportune, in princ. libr. 5.* Idque rationabiliter fancitum est: nam sicut vult actor relevari per responsionem, & confessionem testis ita vice versa contentaneum est, ut actor interrogans dispositivè loquatur, ut sic reus pariformiter relevetur per confessionem actoris, arg. cap. *Non licet,*
59 *de regul. jur. lib. 6.* In judiciis enim æqualitas reprobatur, & parilitas approbatur, cap. *Cum inter Priores, §. 1.* & ibi notatur, *infra, de except.* cap. 2 §. 1. *supra tit. 3. num.* Hostiensis in cap. *Ult. numer. 2. infra, de cler. pugnan. in duel.* & ideo ut dicit Archid. in cap. 1. *num. 3. de confess. lib. 6.* in qui ponit, certum ponere debet, l. *Si servum, ff. de rei vendic.* arg. cap. *De mulieres, de sponsal.* & cap. *De sponsalia, de sponsi, eodem libr.* cum & cer-

certum velit responsum; ut utatur eodem jure, quo vult alium uti, l. 1. *ff. Quod quisque jur. c. Cum omnes de Const.* cap. *Ponderet, 50. dist.* cap. *Decreto, 2. quæst. 6.* Et sic potest pars petere, ut interrogationes dentur dispositivè per modum positionum, & aliter non cogitur respondere. Ita
60 Franc. in dict. cap. 1. *num. 5.* & Rota *decis. 31. incip. Voluerunt, & ordinaverunt, alias 3. de sequestr. possess. & fruct. in novis*, ubi decidit partem non cogi respondere interrogatoriis principale negotium tangentibus, nisi dentur dispositivè medio juramento, & in scriptis per modum positionum, ut articulorum, & subjicit rationem superius expressam, videlicet quia interrogans nihil, sed ponens dispositivè omnia quæ posuit, confitetur, ut cap. 1. & 2. cum ibi notatis, de confess. *lib. 6.* ergo in non laudicet judiciū, dignum & justum est, ut sicut actor interrogando per rei confessionem vult relevari, ita & reus per actoris interrogationem dispositivè datam relevetur, ut servetur in judicio æqualitas. Idem tenet glos. 1. in cap. *Judicantem, 30. quæst. ult.*
61 & Prob. *in addit. ad Monac.* in d. c. 1. *num. 3.* Si tamen reus ad interrogationem non dispositivam responderet, & confiteretur, sibi præjudicium inferret, ut notat Bernar. in cap. *Cum causam, infra, de juram. calumn.* & Rota *in præalleg. decis. num. 1. vers. Hoc autem.*

62 Præterea dixi, *assertio*, quia positio debet esse affirmativa, & non negativa. Rationem reddit glossa in cap. 1. *in ver. Negativas, de confess. lib 6.* quia positio in locum probationis venit, Clem. *Sæpe, Et quia, de verbor. significat.* Illud ergo in positione debet admitti, quod admitteretur in
63 probatione, ut notat Goffred. in cap. *Dudum, ii secundo, de elect.* Sed negativa regulariter non est probabilis, ut notatur in cap. *Accusator, 6. quæst. ult.* & in cap. *Bona, ii primo, §. Contra verò, supra*
64 *de elect.* Ergo nec est ponibilis. Item negativa positio non ponit, sed removet, ut per glossam *ubi supra*, & Bald. *cons. 340. Statuto Papiæ, in fine, vers. Dico etiam, lib. 1.* ubi dicit positionem debere esse affirmativam, quia positio nega-
65 tiva nihil ponit; unde nisi quatenus negativa habeat implicitam affirmativam, non dicitur positio, sed potius interrogatio. Et secundùm Joannem Monac. *in eodem cap.* 1. dicit carentiam, & sic non existentiam; & non entis non sunt species, nec differentiæ secundum Philoso-
66 phum. Sed hoc dictum Joan. Monac. impugnat Bal. in dict. ca. *Dudum, num. 50.* ubi ostendit differentiam inter carentiam, & non existentiam; quia non existentia non requirit aliquod beneficium nec subjectum; sed carentia sic: verbi
67 gratiâ, iste caret oculis, & ideò debet responderi, quia negativa in subjecto semper est probabilis. Facit quod notatur in leg. 1. §. 1. *ff. de rition. actuq. priv.* & leg. *Si in aliquia, ff. de offic. Proconsul.*
68 Sed tu distingue ex mente Joan. Andr. in dict. c. 1. *de confess. lib. 6.* & ejusdem Baldi in dict. cap. *Dudum, num. 48.* Aut negativa est probabilis per alia genera probationum, aut non. Primo casu debet responderi, ut l. *Optimam, C. de contrah. ven. & committen. stipulat.* & leg. *Interfugientium, §. Quod fere, ff. de Pact.* unde cum negativa coarctata loco, & tempore sit probabilis: ergo omni positioni coarctatæ responderi debet. Et hoc pro regula constituit Bald. *ubi supra.* Aut negativa

70 non est coarctata, & tunc subdistingue. Aut enim fit de facto ejus, contra quem ponitur, puta pono quod non numerasti: & debet responderi, ut leg. *Marcellus, ff. ver. amot.* & in Authen. *de Hæred. & Falcid. §. Si verò ab sunt.* Bellam. *in fil.*
71 33. *num. 31. vers. Secundò quia*, nam quamvis non sit probabilis per testes, eò quòd de non ente non sit scientia, & nihil sit in probatione quod non sit in natura; tamen probari potest per confessionem partis: & magis in hoc fiat recurrendum ponenti, cùm non sit una species probationis, arg. cap. *ult. infra de restitut.* cap. 2. & cap. *Ad nostra, de probat.* & declarat glos. in dict. cap.
72 1. *in ver. Non possunt.* Aut fit de facto alterius, & non debet responderi: Facit l. *Quidam, ff. de donat.* & l. *In contractibus, C. de non numer. pecun.* secundùm Bald. dicentem hoc tenere Jacob Butrigar. & Raynerium ejus Prædagogum, qui est
73 transcriba ejus. Quòd si positio sit mixta partim facti proprij, & partim facti alieni, similiter responderi non debet, nisi explicetur. Et quamvis
74 forte negari posset totum, tamen tutius est propter periculum animæ, ut specificè respondeatur ad illam partem, quæ concernit factum proprium, ut per Bellam. *in practic. consil. 34. num. 33.*

75 Sed hodie servari debet dispositio dict. cap. 1. *de confess. lib. 6.* ubi statuitur, ut Judices admittere possint positiones negativas, etiamsi aliàs probari non possint, quàm per confessionem adversarij, si æquitate suadente viderint expedire. Itaque positiones negativas juris rigor repellit, sed æquitas admittit, ut ibi notat glossa *in ver. Negativas.*

76 Secundò in diffinitione dixi: *simplex*: nam positio non debet esse duplex, puta pono Testatorem fecisse testamentum, & legasse mihi decem. Hæ namque sunt duæ positiones sub una, & est possibile ut fecerit testamentum, & tamen non legaverit; & ideò debet dividi: aliàs eiusmodi positioni non est respondendum, ut Bald. in d. cap. *Dudum, ii secundo, num. 52. de elect.* & Ægidi Bellam. *cons. 33. n. 33.* ubi dicit positionem ubi triplex factum continenti non esse respondendum donec declaretur: & declarat glos. in c. 2.
77 *in ver. Absque rationabili causa, de confess. lib. 6.* Si tamen adversarius neget simpliciter, non videtur singula negare, sed totum universum: nam non tenetur respondens dividere, si ponens non divisit secundùm Bald. ubi *supra num. 55.* & no-
78 tatur in cap. *Præsentium, de restitut. lib. 6.* & in idem recidit, si positiones sint generales, obscuræ, & incertæ Oldrad. *consil. 263. Dominus de Gidius, num. 5.* Plane Bartol. *consil. 193. Communis Luciganti, num. 3. vers. Super textu, lib. 1.* Idemque dicendum si sint implicitæ, æquivocæ, captiosæ, vel alternativæ, ut in glos. præalleg. in d. c. 2. & quibus tamen dic, ut plenè per Bald. in prædicta Decretali *Dudum, num. 24. & seqq.*

79 Tertiò dixi: *facti*, quia non admittitur positio juris, id est, de casu legis secundùm Jacobum Butrigarium in leg. *Unica, C. eodem.* & idem de casu glossæ, si desit textus; quia non est in potestate respondentis dubia juris interpretari, ut Bald. inquit in dict. cap. *Dudum, num. 55.* Nam quæ sunt juris communis nec sunt probabilia, nec probanda, quia jus certum est, & per contrariam positionem, vel confessionem alterius non potest, leg. *Ornamentorum, ibi, nec errorem hæredis jus*

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK PADERBORN

mutasse respondi, ff. de aur. & argen. legato. Sgnorol. de Homodeis, *cons: 165, num. 3.* Unde si ponam minorem decimumquartum annis testatori posse, & tu respondeas, credo, talis responsio est nulla, & non præjudicat, ut notat Bart. in leg. 2. *num 13. de confess.* tacit secundum eum leg. *In confessionibus, ff. de interrogat. action.* & quod not. C. *Eodem*, leg. 1. ibi, nisi jus, vel natura repugnet.

80 Verumtamen super jure consuetudinario, valet positio, & confessio, ut per Bart. Bald. & Signorol. *locis citatis.* Item valet super jure municipali, vel aliqua extravaganti, ut per Bart. in dict. leg. *Ornamentorum, num. 3. ff. de aur. & argen. legato.*

81 Quartò dixi, *pertinentia*, quia positio non debet esse impertinens, ut notat Joan. Monach. in cap. 1. *num. 2. de confess: lib: 6.* glos. in cap. 2. *in vers: Absque rationabili causa, eodem tit: & lib.* & Bartol. in leg. *Ubicunque, num: 13. ff. de interrogat: action.* Intelligo, si sit impertinens omninò, puta quod Rex est in Francia, ut exemplificat Bald. in dict. cap. *Dudum, num: 13. de elect.* & Petr. de Anchar: in dict: cap: 1. *num. 4.* vel 2. Petò ate cenum ex causa mutui, & pono quòd Rex Parthorum vivit secundùm exemplum Bartoli *loco citato.* Vel, si agens interdicto, *unde vi*, faciat mentionem de proprietate, leg: *Momentanea, C. Qui legitimo person.* Bald. in dict: cap: *Dudum, num:* 47. Sed si non est omninò impertinens, debet responderi, ut tenent Jacob. de Arena, Cyn. & omnes in leg. 2. § *Quod observari, C. de jurejur.* teste

82 Bald. *ubi suprà.* Dicitur autem pertinens quælibet positio, quæ causæ adaptari potest, sive ad causam faciat directè, sive indirectè secundùm Joan. Monach. in dict: cap: 1. *num: 2. de confess: lib: 6.* & ibi Prob. *num: 4.* & Bald. in leg. *Si duo, §. Item Iulianus, vers: Vtimò nota ff de jurejur.* Item pertinens dicitur positio omnis, quæ venit in auxilium causæ ejus, qui ponit: & hanc regulam ponit Bald. in d. cap. *Dudum, eodem num: 47. vers: Et nota istam regulam:* & est ex mente glossæ primæ in dict: cap: 1. *de confess: lib: 6. in vers: Scim autem.* Item positiones, quæ aliquod adminiculum conferunt, pertinentes dicuntur, ut notat Bartol: in dict. leg: *Vbicunque, num: 13. de interrogat: action;* Bald. in leg: *ad probationem la prima, C. de probat.* & sufficit ut qualitercunque adminiculentur et-

24 iam ex levi præsumptione, ut idem dixit in cap. *Licet causam, n. 33. Ex prædictis apparet, de probat. allegat.* Jacobum Butrigarium in l. *Incerta, C. de interdictis* & sequitur Philip. Prob. ad Monac. in dict: cap: 1. *num: 5. de confess: in 6.* Sed si statim

83 apparet impertinens, non debet responderi secundùm Bald. in d. c. *Dudum, num: 47.* Sin autem sit dubium, & altiorem requirat indaginem, responderi debet, salvo jure impertinentium, & non admittendarum positionum, & notat glossa Bernardi in c. *Cùm contingat, in ver: Nihilominus, supra de offi: Deleg.*

84 Quintò dixi, *ad causam*, id est, civilem, quia in criminalibus non fiunt positiones. Archid. in cap: *Ex parte vestra. num: 6. 50. distinct.* etiamsi extent indicia ad torturam: non enim fiunt positiones sed reus per judicis interrogatur. Baldus *cons: 326. Alterius petitione, vers: Si verò respondeat, lib: 2.* & ideò in criminalibus recusans positionibus respondere, non habetur pro confesso. Mysinger. *respons: 211. num: 10.* Capic. *decis.*

75 60. *num: 2.* nam positioni criminosæ regularitèr non est respondendum, cap: *Quæ aliquando, §. Item illud, ibi: non tibi dicit ut te prodas in publicum, neque te apud alios accuses, de pœnitent: distinct: 2.* glos. in cap: 2. *in ver: Absque rationabili, de confess: lib: 6.* Jason post alios in leg: *Transactione finitâ, in ult: notab: C. transact:* non enim objicienis crimen relevari debet ab onere probandi, ut plenè per Bald. in leg: 2. §. *Quod observari, num. 23. vers: Item non tenetur, C. de jurejur.* Circa quod multùm insistit Innoc: in dict. cap: *Dudum, supra de elect:* & Abb. in c. 2. *de confess.* Vide Gregor. Nattam in Clem. *Sæpe, §. Et quia, vers: Et glossa prima, col. 7. de verbor. signif.* ubi ponit regulam negativam, & limitat octo modis.

86 Sextò dixi *medio juramento*, propter ea, quæ habentur in c. *Præsentium, de testib: lib 6.* ibi: (Recepto juramento de veritate dicenda injungas dictis Abbati, & Priori, ut tam ponendo, quam respondendo dicant veritatem:) & ideo ponens contraria, perjurus est. c. *Cùm in positionibus, de jurejurando: lib. 6.*

Septimò dixi, *in scripto exhibita*, quia positiones sunt in scriptis offerendæ judici, ut videat an sint impertinentes, impossibiles, captiosæ, &c: ut dicit glossa magna in c. 1. *vers: Et exhiberi debent in actu*, ut in d. Clem. *Sæpe, §. Verum, de verbor: signif.*

87 Octavò dixi, *per responsionem adversario*, quia ad positiones pars respondere debet, non autem Advocatus, d. cap. 1. ibi, *per conf. sionem adversario* & d. Clem *Sæpe*, & §. *Et quia*, ibi: *propter partium confessiones:* & notat glossa prima in d. cap: 1. *ante medium, vers: Ad positiones autem respondere debet pars.* Quinimò, ut subjicit glossa, solent cauti judices tunc respondentes Advocatos expellere. Quod tamen intellige verum, si ponens petat, ut per ipsum adversarium respondeatur, ut Praxis observat: alioquin positionibus responderi potest tam per ipsum, quam per Procuratorem, ut est textus in cap: 2. ibi, *rem, vel Procuratori ipsius, de confess: lib: 6.* & tradit. Bald. *cons: 222. Statuto caveatur lib: 1.* Mulier tamen, & rusticus respondere debent positionibus cum præsentia Advocati, vel Procuratoris, ut per Joseph. Ludov. *decis. Perusin. 81.*

88 Nonò dixi, *ad interrogationem judicis*, quia judex, non pars debet aliam partem interrogare super positionibus: textus est in d. c. 2. ibi, *interrogatus, interrogatus, à judice respondere* ubi glossa *in ver. Interrogatus*, & Franc. *num: 6.* In Curia servatur, ut Notarius interroget ex commissione judicis: & vide Surdum *cons: 360. n. 29.*

89 Decimò dixi, *pars*, non autem actor, quia positiones fieri possunt tam ab actore, quam à reo, dict: Clem: *Sæpe, §. Et quia. de verbor: significat.* & dict: cap: 1. ubi glossa magna *post principi: vers: Cùm positio etiam fiat per reum:* & dixi *supra in tertio notab: vers. Tertia denique ratio, num. 47. & 54.*

90 Ultimò dixi, *relevetur ab onere probandi*, quia ad hoc positiones ufus longævus admisit, ut dicitur in dict. §. *Et quia*, & hoc differunt ab articulis secundùm Joannem Andr. in cap. *Præsentium, de testib: lib: 6.* & Bald. in cap. *Dudum, il secundo num: 46. de elect.* quia positio fit ad hoc ut ponens per confessionem partis ab onere probandi relevetur, l. *Eum qui in primo respon. ff. de jurejuran.*

91 & dictreap *primo, de cons. ff: lib: 6.* & notat Bartol. in leg: *Vbicunque, num: 17. ff. de interrogat: action.* Articulus verò sit ubicunque est necessaria probatio. Dicitur enim articulus pars intentionis continens id, quod actor probare intendit, ut inquit glos: in dict. cap: *Præsentium, in vers: Articulis:* & hinc resultat alia differentia: nam testis super articulis debet disponere de scientia per sensus corporeos, non autem de credulitate, ut l. *Qui testamento, §. fin: ff. de testam.* & l. *primo, in fine. ff de his quæ in testam: dicen.* Bart. in leg: *Quotiescumque, §. Si arbiter, num: 3. ff. de arbitr.* & notat Cardin. in cap. *Cùm causam, num: 3. & 4. infrà de juram: calumn.* At verò pars respondere potest positionibus per verbum *credit*, vel *non credit*, ut per Cardin. *ubi suprà.* Franc. in cap: 1.

93 *num: 9. de confess: in 6.* & ibi etiam Prob. ad Monac. *num: 10.* Et quamvis glossa magna in dict. cap. 1. *circa finem. vers: Ad illas positiones*, dicat ad positiones responderi de veritate, vel credulitate habità distinctione an de veritate, vel calumnia sit juratum, ut in cap: 2. *de testibus, lib: 6.* & Bald. in dict: cap: *Dudum, num: 11.* dicat in facto proprio respondendum esse positionibus per *Scio*, id est, veritatis verbum, ut leg: *Marcellus, ff. rer: amotar.* & leg: *Res ff de crimin: expilbaered: in actionem*, per *credo*, vel *non credo*, cap: *Cùm ad Sedem, infrà de restit: Spolat.* tamen in practica communiter servatur, ut indistinctè admittatur responsio per verbum *credit*, vel *non credit*, ut hic per Abbatem *num. 20. vers: Quia in positionibus* hodie sufficiens est talis modus: & Martian. Socin. *num: 84. eodem vers: Et responderi solet*, credit ut ponitur, vel non credit, ut ponitur. Alexand.

94 *cons: 13. Ex ipsa, in princip. lib: 1.* Adverte tamen, quia hæc differentia est nominis tantùm: nam responsio, quæ fit positionibus de credulitate, habetur pro veritate in præjudicium respondentis, de quo habes glossam in cap: *Ex litteris, infrà de jurejur: in ver: Veritate*, ibi: (Quia æquè præjudicat confessio de credulitate, sicut de veritate.) Quam glossam ad hoc reputat singularem Cardin. & Prob. *locis citatis.* Bartol. de Belenzinis *in rubr: de probat.* & Philip. Franc. in cap. 1. *supra de iudic.* Idem tenet Feder de Senis *cons: 23. Titius electus, in fine, vers: Secundò fateor.* Bald. *cons: 225. Quæstio est de terra, in fine, lib: 1.* Riminald. *cons: 203. Visò processu, in princip: lib: 2.* Dec. *cons: 647. Requisitus, num: 6.* & Corneus *cons: 305. Circa primum, num: 5. lib: 3.*

95 Cæterùm hoc intellige verum quantum ad hoc ut ponens relevetur ab onere probandi, non autem quoad hoc, ut incurratur perjurium ex tali responsione, sicut ex responsione de veritate, neque quoad alios effectus, ut notabiliter declarat Calder. *cons: 152. alias 4. de confess:* & consentit Bald. *cons: 299. Proponitur, lib: 5.* ubi firmat non posse inquiri de falso eum, qui falsum dixit per juramentum calumniæ respondens positionibus. Ego verò de hoc valdè dubito, quia cùm hodie communiter non fiat responsio, nisi per verbum *credit*, vel *non credit*; sicut ponens falsum incidit in perjurium, ita & respondens, ut sic in judicio servetur æqualitas secundùm ea quæ dixi *supra num: 59.* Ad hoc cap: *fin: de jurejur. lib: 6.* ubi tam ponens, quam respondens contraria post juramentum in causa præstitum perjurus dicitur, nec distinguitur an responsio sit de

96 credulitate, vel veritate. Hinc glos: 1. *in d. cap. 1. de confess: lib: 6. vers: Scire tamen debes*, post aquam docuit Advocatum, qui docet falsum respondere, teneri adversario illius damna resarcire quæ inde petulit, ut c. *Sæpe, 50. dist.* c. *ult. de injur.* leg. *Quæcùmque, §. ult: ff. ad leg: Aquil.* subdit immedia-

97 te; solent Advocati dicere clientulis, si hoc confitearis, causam perdes; nec dicunt, si negaveris, animam perdes, cap. *Matthæus, in fin. de simon.*

DE FERIIS.

Cap. Capellanus.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio dubij ardui, & difficilis circa intelligentiam Canonis à Sede Apostolica petenda est.*

2 *Matrimonium coram Parocho sine celebri solemnitate contrahi potest etiam temporibus ab Ecclesia interdictis. & n. 11.*

3 *Opinio melioribus rationibus suffulta eligenda est in concursu opinionum, etiamsi opposita sit communior.*

4 *Nuptiarum solemnitates quibus temporibus jure veteri prohiberentur.*

5 *Et quibus jure novissimo Conc. Trid.*

6 *Nuptiarum benedictiones fieri non possunt temporibus ab Ecclesia interdictis, & est culpa mortalis huic præcepto contravenire.*

7 *Item prohibentur his temporibus nuptialia convivia. & n. 11.*

8 *Item traductio uxoris ad domum viri, etiamsi fiat privatim, ac sine solemnitate. n. 10.*

Item carnalis copula. n. 11.

9 *Nuptiarum solemnitates cur certis temporibus sint prohibitæ.*

12 *Toletani Concilij decretum prohibens carnalem commixtionem, & alias nuptiarum solemnitates temporibus ab Ecclesia interdictis, refertur.*

CAPELLANUS. Tres septimanæ, quibus Canon prohibet fieri nuptias ante festum Joan. Baptistæ, non continuantur festo sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus. Hoc dicit secundùm Joann. Andr. & omnes. Communis divisio. Secunda ibi, *Quæ igitur.*

1 Nota primò ibi, *Consulti sæpissimè utra istarum opinionum potior videatur*: quotiescunque ardua difficultas emergit circa intelligentiam Canonis, & utrinque sunt opiniones, ad Sedem Apostolicam pro declaratione esse recurrendum. Considerat c. *Per venerabilem, §. Rationibus, infrà qui fil. sint legit.* ubi dicitur: (Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, & judicium inter portas judicis variari, venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi judicij veritatem, & facies quæcunque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus,) id est,

mutasse respondi, ff. de aur. & argen. legato. Sgnorol. de Homodeis, *cons: 165, num. 3.* Unde si ponam minorem decimumquartum annis testatori posse, & tu respondeas, credo, talis responsio est nulla, & non præjudicat, ut notat Bart. in leg. 2. *num 13. de confess.* tacit secundum eum leg. *In confessionibus, ff. de interrogat. action.* & quod not. C. *Eodem*, leg. 1. ibi, nisi jus, vel natura repugnet.

80 Verumtamen super jure consuetudinario, valet positio, & confessio, ut per Bart. Bald. & Signorol. *locis citatis.* Item valet super jure municipali, vel aliqua extravaganti, ut per Bart. in dict. leg. *Ornamentorum, num. 3. ff. de aur. & argen. legato.*

81 Quartò dixi, *pertinentia*, quia positio non debet esse impertinens, ut notat Joan. Monach. in cap. 1. *num. 2. de confess: lib: 6.* glos. in cap. 2. *in vers: Absque rationabili causa, eodem tit: & lib.* & Bartol. in leg. *Ubicunque, num: 13. ff. de interrogat: action.* Intelligo, si sit impertinens omninò, puta quod Rex est in Francia, ut exemplificat Bald. in dict. cap. *Dudum, num: 13. de elect.* & Petr. de Anchar: in dict: cap: 1. *num. 4.* vel 2. Petò ate cenum ex causa mutui, & pono quòd Rex Parthorum vivit secundùm exemplum Bartoli *loco citato.* Vel, si agens interdicto, *unde vi*, faciat mentionem de proprietate, leg: *Momentanea, C. Qui legitimo person.* Bald. in dict: cap: *Dudum, num:* 47. Sed si non est omninò impertinens, debet responderi, ut tenent Jacob. de Arena, Cyn. & omnes in leg. 2. § *Quod observari, C. de jurejur.* teste

82 Bald. *ubi suprà.* Dicitur autem pertinens quælibet positio, quæ causæ adaptari potest, sive ad causam faciat directè, sive indirectè secundùm Joan. Monach. in dict: cap: 1. *num: 2. de confess: lib: 6.* & ibi Prob. *num: 4.* & Bald. in leg. *Si duo, §. Item Iulianus, vers: Vtimò nota ff de jurejur.* Item pertinens dicitur positio omnis, quæ venit in auxilium causæ ejus, qui ponit: & hanc regulam ponit Bald. in d. cap. *Dudum, eodem num: 47. vers: Et nota istam regulam:* & est ex mente glossæ primæ in dict: cap: 1. *de confess: lib: 6. in vers: Scim autem.* Item positiones, quæ aliquod adminiculum conferunt, pertinentes dicuntur, ut notat Bartol: in dict. leg: *Vbicunque, num: 13. de interrogat: action;* Bald. in leg: *ad probationem la prima, C. de probat.* & sufficit ut qualitercunque adminiculentur et-

24 iam ex levi præsumptione, ut idem dixit in cap. *Licet causam, n. 33. Ex prædictis apparet, de probat. allegat.* Jacobum Butrigarium in l. *Incerta, C. de interdictis* & sequitur Philip. Prob. ad Monac. in dict: cap: 1. *num: 5. de confess: in 6.* Sed si statim

83 apparet impertinens, non debet responderi secundùm Bald. in d. c. *Dudum, num: 47.* Sin autem sit dubium, & altiorem requirat indaginem, responderi debet, salvo jure impertinentium, & non admittendarum positionum, & notat glossa Bernardi in c. *Cùm contingat, in ver: Nihilominus, supra de offi: Deleg.*

84 Quintò dixi, *ad causam*, id est, civilem, quia in criminalibus non fiunt positiones. Archid. in cap: *Ex parte vestra. num: 6. 50. distinct.* etiamsi extent indicia ad torturam: non enim fiunt positiones sed reus per judicis interrogatur. Baldus *cons: 326. Alterius petitione, vers: Si verò respondeat, lib: 2.* & ideò in criminalibus recusans positionibus respondere, non habetur pro confesso. Mysinger. *respons: 211. num: 10.* Capic. *decis.*

75 60. *num: 2.* nam positioni criminosæ regularitèr non est respondendum, cap: *Quæ aliquando, §. Item illud, ibi: non tibi dicit ut te prodas in publicum, neque te apud alios accuses, de pœnitent: distinct: 2.* glos. in cap: 2. *in ver: Absque rationabili, de confess: lib: 6.* Jason post alios in leg: *Transactione finitâ, in ult: notab: C. transact:* non enim objicienis crimen relevari debet ab onere probandi, ut plenè per Bald. in leg: 2. §. *Quod observari, num. 23. vers: Item non tenetur, C. de jurejur.* Circa quod multùm insistit Innoc: in dict. cap: *Dudum, supra de elect:* & Abb. in c. 2. *de confess.* Vide Gregor. Nattam in Clem. *Sæpe, §. Et quia, vers: Et glossa prima, col. 7. de verbor. signif.* ubi ponit regulam negativam, & limitat octo modis.

86 Sextò dixi *medio juramento*, propter ea, quæ habentur in c. *Præsentium, de testib: lib 6.* ibi: (Recepto juramento de veritate dicenda injungas dictis Abbati, & Priori, ut tam ponendo, quam respondendo dicant veritatem:) & ideo ponens contraria, perjurus est. c. *Cùm in positionibus, de jurejurando: lib. 6.*

Septimò dixi, *in scripto exhibita*, quia positiones sunt in scriptis offerendæ judici, ut videat an sint impertinentes, impossibiles, captiosæ, &c: ut dicit glossa magna in c. 1. *vers: Et exhiberi debent in actu*, ut in d. Clem. *Sæpe, §. Verum, de verbor: signif.*

87 Octavò dixi, *per responsionem adversario*, quia ad positiones pars respondere debet, non autem Advocatus, d. cap. 1. ibi, *per conf. sionem adversario* & d. Clem *Sæpe*, & §. *Et quia*, ibi: *propter partium confessiones:* & notat glossa prima in d. cap: 1. *ante medium, vers: Ad positiones autem respondere debet pars.* Quinimò, ut subjicit glossa, solent cauti judices tunc respondentes Advocatos expellere. Quod tamen intellige verum, si ponens petat, ut per ipsum adversarium respondeatur, ut Praxis observat: alioquin positionibus responderi potest tam per ipsum, quam per Procuratorem, ut est textus in cap: 2. ibi, *rem, vel Procuratori ipsius, de confess: lib: 6.* & tradit. Bald. *cons: 222. Statuto caveatur lib: 1.* Mulier tamen, & rusticus respondere debent positionibus cum præsentia Advocati, vel Procuratoris, ut per Joseph. Ludov. *decis. Perusin. 81.*

88 Nonò dixi, *ad interrogationem judicis*, quia judex, non pars debet aliam partem interrogare super positionibus: textus est in d. c. 2. ibi, *interrogatus, interrogatus, à judice respondere* ubi glossa *in ver. Interrogatus*, & Franc. *num: 6.* In Curia servatur, ut Notarius interroget ex commissione judicis: & vide Surdum *cons: 360. n. 29.*

89 Decimò dixi, *pars*, non autem actor, quia positiones fieri possunt tam ab actore, quam à reo, dict: Clem: *Sæpe, §. Et quia. de verbor: significat.* & dict: cap: 1. ubi glossa magna *post principi: vers: Cùm positio etiam fiat per reum:* & dixi *supra in tertio notab: vers. Tertia denique ratio, num. 47. & 54.*

90 Ultimò dixi, *relevetur ab onere probandi*, quia ad hoc positiones ufus longævus admisit, ut dicitur in dict. §. *Et quia*, & hoc differunt ab articulis secundùm Joannem Andr. in cap. *Præsentium, de testib: lib: 6.* & Bald. in cap. *Dudum, il secundo num: 46. de elect.* quia positio fit ad hoc ut ponens per confessionem partis ab onere probandi relevetur, l. *Eum qui in primo respon. ff. de jurejuran.*

91 & dictreap *primo, de cons. ff: lib: 6.* & notat Bartol. in leg: *Vbicunque, num: 17. ff. de interrogat: action.* Articulus verò sit ubicunque est necessaria probatio. Dicitur enim articulus pars intentionis continens id, quod actor probare intendit, ut inquit glos: in dict. cap: *Præsentium, in vers: Articulis:* & hinc resultat alia differentia: nam testis super articulis debet disponere de scientia per sensus corporeos, non autem de credulitate, ut l. *Qui testamento, §. fin: ff. de testam.* & l. *primo, in fine. ff de his quæ in testam: dicen.* Bart. in leg: *Quotiescumque, §. Si arbiter, num: 3. ff. de arbitr.* & notat Cardin. in cap. *Cùm causam, num: 3. & 4. infrà de juram: calumn.* At verò pars respondere potest positionibus per verbum *credit*, vel *non credit*, ut per Cardin. *ubi suprà.* Franc. in cap: 1.

93 *num: 9. de confess: in 6.* & ibi etiam Prob. ad Monac. *num: 10.* Et quamvis glossa magna in dict. cap. 1. *circa finem. vers: Ad illas positiones*, dicat ad positiones responderi de veritate, vel credulitate habità distinctione an de veritate, vel calumnia sit juratum, ut in cap: 2. *de testibus, lib: 6.* & Bald. in dict: cap: *Dudum, num: 11.* dicat in facto proprio respondendum esse positionibus per *Scio*, id est, veritatis verbum, ut leg: *Marcellus, ff. rer: amotar.* & leg: *Res ff de crimin: expilbaered: in actionem*, per *credo*, vel *non credo*, cap: *Cùm ad Sedem, infrà de restit: Spolat.* tamen in practica communiter servatur, ut indistinctè admittatur responsio per verbum *credit*, vel *non credit*, ut hic per Abbatem *num. 20. vers: Quia in positionibus* hodie sufficiens est talis modus: & Martian. Socin. *num: 84. eodem vers: Et responderi solet*, credit ut ponitur, vel non credit, ut ponitur. Alexand.

94 *cons: 13. Ex ipsa, in princip. lib: 1.* Adverte tamen, quia hæc differentia est nominis tantùm: nam responsio, quæ fit positionibus de credulitate, habetur pro veritate in præjudicium respondentis, de quo habes glossam in cap: *Ex litteris, infrà de jurejur: in ver: Veritate*, ibi: (Quia æquè præjudicat confessio de credulitate, sicut de veritate.) Quam glossam ad hoc reputat singularem Cardin. & Prob. *locis citatis.* Bartol. de Belenzinis *in rubr: de probat.* & Philip. Franc. in cap. 1. *supra de iudic.* Idem tenet Feder de Senis *cons: 23. Titius electus, in fine, vers: Secundò fateor.* Bald. *cons: 225. Quæstio est de terra, in fine, lib: 1.* Riminald. *cons: 203. Visò processu, in princip: lib: 2.* Dec. *cons: 647. Requisitus, num: 6.* & Corneus *cons: 305. Circa primum, num: 5. lib: 3.*

95 Cæterùm hoc intellige verum quantum ad hoc ut ponens relevetur ab onere probandi, non autem quoad hoc, ut incurratur perjurium ex tali responsione, sicut ex responsione de veritate, neque quoad alios effectus, ut notabiliter declarat Calder. *cons: 152. alias 4. de confess:* & consentit Bald. *cons: 299. Proponitur, lib: 5.* ubi firmat non posse inquiri de falso eum, qui falsum dixit per juramentum calumniæ respondens positionibus. Ego verò de hoc valdè dubito, quia cùm hodie communiter non fiat responsio, nisi per verbum *credit*, vel *non credit*; sicut ponens falsum incidit in perjurium, ita & respondens, ut sic in judicio servetur æqualitas secundùm ea quæ dixi *supra num: 59.* Ad hoc cap: *fin: de jurejur. lib: 6.* ubi tam ponens, quam respondens contraria post juramentum in causa præstitum perjurus dicitur, nec distinguitur an responsio sit de

96 credulitate, vel veritate. Hinc glos: 1. *in d. cap. 1. de confess: lib: 6. vers: Scire tamen debes*, post aquam docuit Advocatum, qui docet falsum respondere, teneri adversario illius damna resarcire quæ inde petulit, ut c. *Sæpe, 50. dist.* c. *ult. de injur.* leg. *Quæcùmque, §. ult: ff. ad leg: Aquil.* subdit immedia-

97 te; solent Advocati dicere clientulis, si hoc confitearis, causam perdes; nec dicunt, si negaveris, animam perdes, cap. *Matthæus, in fin. de simon.*

DE FERIIS.

Cap. Capellanus.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio dubij ardui, & difficilis circa intelligentiam Canonis à Sede Apostolica petenda est.*

2 *Matrimonium coram Parocho sine celebri solemnitate contrahi potest etiam temporibus ab Ecclesia interdictis. & n. 11.*

3 *Opinio melioribus rationibus suffulta eligenda est in concursu opinionum, etiamsi opposita sit communior.*

4 *Nuptiarum solemnitates quibus temporibus jure veteri prohiberentur.*

5 *Et quibus jure novissimo Conc. Trid.*

6 *Nuptiarum benedictiones fieri non possunt temporibus ab Ecclesia interdictis, & est culpa mortalis huic præcepto contravenire.*

7 *Item prohibentur his temporibus nuptialia convivia. & n. 11.*

8 *Item traductio uxoris ad domum viri, etiamsi fiat privatim, ac sine solemnitate. n. 10.*

Item carnalis copula. n. 11.

9 *Nuptiarum solemnitates cur certis temporibus sint prohibitæ.*

12 *Toletani Concilij decretum prohibens carnalem commixtionem, & alias nuptiarum solemnitates temporibus ab Ecclesia interdictis, refertur.*

CAPELLANUS. Tres septimanæ, quibus Canon prohibet fieri nuptias ante festum Joan. Baptistæ, non continuantur festo sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus. Hoc dicit secundùm Joann. Andr. & omnes. Communis divisio. Secunda ibi, *Quæ igitur.*

1 Nota primò ibi, *Consulti sæpissimè utra istarum opinionum potior videatur*: quotiescunque ardua difficultas emergit circa intelligentiam Canonis, & utrinque sunt opiniones, ad Sedem Apostolicam pro declaratione esse recurrendum. Considerat c. *Per venerabilem, §. Rationibus, infrà qui fil. sint legit.* ubi dicitur: (Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, & judicium inter portas judicis variari, venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi judicij veritatem, & facies quæcunque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus,) id est,

Sedem Apostolicam, ut ibi exponitur, ad idem text. in l. *ult. C. de leg.* & adde quod in proposito scripsi in c. *Cùm venissent, n. 22. & 42. supra de judic.*

2 Secundò nota ibi, *quocunque tempore contrahatur*, matrimonium ipsum legitimo interveniente consensu, ac sine celebri solemnitate licitè contrahi posse etiam temporibus ab Ecclesia interdictis: nam verb. *Contrahatur* hic positum, exponitur ab Innocent. id est, contrahi liceat. Et quamvis nonnulli ex Antiquis contradixerint; tamen hæc est communis opinio, quam sequitur hic Tancredus, & Hostiens. *sub n. 13. in ver: Contrahatur*, Joan. Andr. *n. 3. & 4.* Bald. *in fin.* Butr. *num. 9.* & Abb. *num. 2. & 4.* dicens, hic transire hic omnes Doctores, & probantur irrefragabiliter in hac Decretali, dum dicit esse consuetudinem Ecclesiæ Romanæ, ut matrimonium quocunque tempore contrahatur consensu interveniente legitimo de præsenti, sed nuptiarum solemnia certis temporibus prohiberi: unde patet non esse audiendos Modernos Collectores *hic num. 3.* asserentes matrimonium temporibus prohibitis posse contrahi, scilicet validè, sed tamen contrahentes mortaliter peccare; sublit enim ut Romana Ecclesia, à cujus regulis nemini licet deviare, approbet consuetudinem pravam, & nutritivam peccati, cap: *Quæ vestrat, 11. distinct.* Unde hanc sententiam meritò approbavit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, ut infrà dicam *in fin.*

3 Tertiò nota ibi, *posterior sententia melioris nititur ratione*, in diversitate opinionum, quarum una sit probabilis, & altera probabilior, sequendam esse probabiliorem, seu melioribus rationibus fulcitam, ut hic per Abbatem *num. 3.* inferentem ex hoc, ut non sit habenda ratio personæ illam opinionem foventis, nec multitudinis Doctorum, qui illam sequuntur, cùm sæpè unius forsan, & deterioris sententia possit multos & majores in aliqua parte superare, ut dicit textus ad hoc notabilis in l. 1. 4. *Sed neque, C. de veter. jur. enucleat.* & hoc servat Rota, quæ in concursu opinionum non tam movetur ex numero Doctorum, quàm ex rationum momentis, ut dicitur *in decis. 17. num. 4. part. 9. recent.* Quòd si opiniones in utramque partem sint æquè probabiles, minimè licet utramliber sequi, ut dixerunt multi ex recentioribus, sed omnino eligenda est tutior etiam in foro conscientiæ, ut validissimis rationibus & authoritatibus probavi in cap: *Ne innitare, supra de constit.* ubi reperies hanc materiam electionis probabilium opinionum plenissimè examinatam.

4 Ultimò nota in vers. *Quia tamen*, & signa tempora, in quibus jure veteri inspecto solemnitates nuptiarum interdicuntur, de quibus hic, & in cap. *Non oportet, 1. & 2.* & in cap. *Non licet*, & in cap. *Nec extrem, 33. quæst. 4.* videlicet ab Adventu Domini, id est, prima Dominica in Adventu, secundùm Hostiensem *hic in principio*, usque ad Epiphaniam, à Septuagesima usque ad octavam Paschatis, & à diebus Rogationum usque
5 ad octavam Pentecostes. Dixi, jure veteri inspecto, quia jus novissimum Concilij Tridentini in *cap. 10. sess. 24. de reformat. matrim.* hæc tempora Feriarum ex parte temperavit præcipiens, ut ab Adventu Domini usque in diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusivè antiquæ solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observentur: in aliis verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittit. Ex quibus verbis sublatæ sunt veterum Doctorum altercationes, numquid octava Epiphaniæ, & ultima dies octavarum in prohibitione includantur, ut videre est apud Hostient. *hic in princ.* & Sylvestr. *in ver: Matrimonium, 7. quæst. 2.* nam Concilium dum dixit usque in diem Epiphaniæ, utique exclusit octavam: & dum subjunxit, inclusivè, tam ipsam diem Epiphaniæ, quàm diem octavæ Paschatis comprehendit; quia illud verbum, *inclusivè*, ad utrumque tempus est referendum, cùm nulla subsit ratio diversitatis, arg. l. 1. *de liber. præter.* & l. *fin. ff. de reb. dub.*

Sed QUÆRITUR, quæ sint solemnitates nuptiarum, quæ prædictis Feriarum temporibus ab Ecclesia interdicuntur.

6 Conveniunt omnes, his temporibus prohibitas esse nuptiarum benedictiones, de quibus habetur in cap: *Aliter, 30. quæst. 5.* ibi (Sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & obiationibus à Sacerdote benedicetur) Et in Concilio Tridentino *cap. 1.* ibi (Benedictionem in templo suscipiendam) *sess. 24. de reformat. matrim.* adeo ut sit culpa lethalis huic præcepto contravenire, ut censent Petr. de Palude *in 4. sent: dist. 3. q. 1. art. 4. n. 20.* Joan. Friburg. *in Summa Confessor: lib. 4. tit. 17. qu. 1.* S. Anton. *in 3. part. tit. 1. cap. 17. post princ.* Sylvest. *in ver: Matrimonium 7. q. 2. in primo dicto.* Navarr. *in Manual. cap. 22. n. 71.*

7 Similiter nuptialia convivia his temporibus Feriarum prohiberi satis constat ex cap: *Ne uxorem*, ibi, *Nec convivia facere, 33. quæst. 4.* & hic notant Abb. Antiq. *n. 1. in ver: Nuptiæ.* & Abb. Sicul. *n. 4. ver: Quod nuptialia convivia*, glos. *ult. in cap: Non licet, 33. q. 4.*, ibi, non debent celebrari, ut fiant ibi convivia, & intersint histriones, & mimi, & glos. in cap: *Vir cum propria, §. Hinc etiam*, ibi, sed prohibentur nuptialia convivia, *ead. caus. & quæst.*

8 Sed & traductionem uxoris ad domum viri his temporibus esse interdictam, satis liquet ex dicto cap. *Nec uxorem*: nam verba illa, *nec uxorem ducere*, communiter exponuntur, id est, traducere, ut per Abbatem *hic n. 4. vers. Et primo adduco*, ibi, *ducere*, id est, ad domum, & Sylvest. *in ver: Matrimonium septimò sub n. 2. vers: Dubitatur*
9 *secundò.* Rationem reddit D. Thomas *in 4. sent. dist. 32. q. 1. art. 5. q. 4.* (Quia quando novæ sponsæ traducuntur, animus conjugum magis ex ipsa novitate ad curam carnalium occupatur, & ideo in nuptiis consueverunt signa mista lætitiæ dissolutæ ostendi, & propter hoc illis temporibus, in quibus homines præcipuè debent se ad spiritualia elevare, prohibitum est nuptias celebrari.)

10 In hoc tamen est discrepantia inter Doctores, quia nonnulli arbitrantur solam traductionem, quæ fit cum solemnitate, esse interdictam. Et hujus sententiæ sunt Goffredus *in Summa, tit. de matr. contr. contra interdict. Eccles. num. 2.* Tancred. & post eum Host. *hic num. 2. in fin.* & *in juram. in d. tit. de matr. contr. contra interdict. Eccles. n. 3.* Angel. *in Summa, in ver. matrimonium tertiò, impedimento 2. ad fin.* & alij, quos novissimè refert, & sequitur Sanchez, alieni enim hanc opinionem esse verisimilem *in tract. de matr. tom. 2. lib. 7. disput. 71. num. 16. vers. secunda sententia.*

Sed quicquid dicant illi, tenendum est quamcunque traductionem uxoris ad domum viri superstitiosis temporibus esse prohibitam; tum quia textus in d. ca: *Nec uxorem, 33. quæst. 4.* simpliciter dicit uxorem ducere; atque ita interdicitur ibi non tantum solemnitas, sed etiam traductio; tum quia etiam cessantibus convivijs, & alijs solemnitatibus, militat ratio D. Thomæ, quòd ex ipsa novitate traductionis animus circa carnalia, & voluptuosa occupetur. Tum denique quia cum feriarum tempore prohibita sit copula carnalis, ut in certius patebit, est etiam prohibita traductio privata, per quam ad carnalem copulam perveniatur, ad glos. *in fin.* & Joann. Andr. *in princip.* in cap: *Cùm quid prohibetur, de regul. jur. lib. 6.* Sicut prohibito matrimonio censetur etiam prohibita sponsalia, per quæ perveniatur ad illud, ut *Lorario, ff. de sponsal.* & prohibita copula prohibetur etiam cohabitatio, cap. *Dilectus*, & ibi bona glos. *in ver. tacerepit, 18. quæst. 2.* Quamobrem traductionem esse prohibitam simpliciter & indistinctè, tenet glos. in c. *Vir cum propria, §. Hinc etiam, ad fin. 33. quæst. 4.* & hic firmat Cardin. *circa finem*, & Abb. *num. 4.* & censuit S. Congregatio Concilij, ut inferius patebit *in fin.* Sed & Provinciale Concilium Mediolanen. quintum *in rubr: Quæ ad matrimonium pertinent, §. Ne quis, tom. 4. Concilior: part. 2. pag. 144. col. 1.* sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda statuit, ne quis statis temporibus, quibus nuptiarum solemnitates celebrari interdictum est, domum sponsam traducat, aut nuptialia convivia celebret, aliave ejus generis vetita agat. Et in specie prohibitam esse traductionem etiam privatam, & non solemnem, tradit expressè Sylvester *in ver: Matrimonium, 7. quæst. 2. post quintum dictum, vers: Dubitatur secundò*, & Summa Rosella *in ver: Impedimentum, impedimento 17. in princ.* & alij Recent. quos citat Sanch. *d. disp. 7. n. 14.* & ante eos Cardin. *hic n. 2.*

11 Similiter quoad copulam carnalem tamen si Sanch. *in præalleg. disp. 7. n. 23.* exilimaverit temporibus ab Ecclesia statutis nullatenus prohibitum esse matrimonium consummare, idemque ante ipsum sensetint Navarr. *in Manuali cap. 22. num. 71.* Petr. de Soto *lib. 1. 4. de matrim. §. Huic proximum est*, Cardin. Bellarm. *dict. 1. de matrim. cap. 31. ad fin. §. In altero*, & quidam alij ex recentioribus à Sanchez citati: tamen illorum rationes tunc valde infirmæ, & ratio D. Thomæ superius considerata, ne statis temporibus animus conjugum circa carnalia & voluptuosa occupetur, potissimum viget in consummatione matrimonij; nam ut legitur Eccles. 3. *Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus*: quare contra prædictos stat communis Canonistarum fere omnium sententia: nam glos. *hic in ver: Quocunque tempore* (Et ita, inquit, quolibet tempore potest matrimonium contrahi, sed nuptiarum solemnitas tantùm his diebus, ne carnaliter conjungantur, prohibetur.) Petr. de Sampf. & post eum Abbas Antiq. *n. 1. ver: Nuptiæ*, exponit, id est, solemnitates, ut convivia, hastiludia, & hujusmodi, & etiam quoad consummationem carnalem suspendi debent matrimonia; unde si quis vellet illo tempore matrimonium consummare, alter potest excipere contra illum. Joan. Andr. *num. 4.* exponit verbo *celebrari*, id est, cum solemnitate, & celebritate contrahi, vel celebris traductio, vel consummatio fieri: & refert, & approbat dictum Petri, & Abbatis, Bald. *in fin.* (Nota, inquit, in illo capite, quod in illis feriis bene possunt contrahi matrimonia quantum ad substantiam consensus, sed quantum ad copulam carnalem non) Butr. *num. 9.* quærit quid prohibetur circa matrimonium tempore feriarum, & solvit his verbis: (Dic quòd matrimonij contractus non prohibetur, sed nuptialis solemnitas, & copulæ actus, & sic prohibetur solemnitas nuptiarum contrahendarum, & copula, vel consummatio.) Et paulò infrà similiter probat dictum Petri, & Abbatis Antiq. Cardinalis *num. 2.* (Quarto, inquit, in eo, quod dicit: & prohibentur nupciæ, quomodo hoc intelligitur. Quidam intelligunt de solemnitate, tu intellige de consummatione matrimonii, & sic etiam vidimus, quæ ducuntur sine solemnitate, non possunt hoc tempore duci, multi tamen non observant.) Anchar. *num. 3.* (Nota, inquit, quòd matrimonium omni tempore celebratum tenet; ad tempus tamen suspenditur carnalis copula, & festivitates, ut in juribus allegatis in glos. Imol. *num. 1.* nota quòd certa sunt tempora feriata, in quibus non debent nuptiæ celebrari, id est, cum solemnitate, & celebritate contrahi, seu celebris traductio, vel consummatio fieri, & hic non prohibetur, quod solo consensu omni tempore non possint contrahi matrimonia, vel sponsalia de futuro, ut hic expressè dicitur, & totidem verbis idem dicit Joan. de Anan. *num. 2.* Abbas Siculus *num. 4.* relatis aliorum opinionibus sic ait: (Ego puto, quòd matrimonium sine celebri solemnitate licite possit omni tempore contrahi, quia in contrahendo nulla reperitur causa prohibitionis, cùm non fiant convivia, nec exerceatur commercium carnale; sed tantùm intervenit consensus de præsenti, in quo nullum reperitur peccatum, imò est Sacramentum, ut in cap. *Dilectum, de bigam.*) Et infrà expressè dicit, etiam carnis commixtionem prohiberi his temporibus feriatis. Idem firmat glos. *in cap: Vir cum propria, §. Hinc etiam, 33. quæst. 4.* Raymun. *in Summ. in tit. de impedim. Feriar. in princip.* Hostient. *in Summ. in tit. de matrim. contrahendo contra interdict. Eccles. num. 5. post princip.* Henric. Boic. in cap. *fin. num. 3. de sponsal. & matrim.* Stephan. de Gaeta *in repet. cap. ad limina, 30. quæst. 1. §. 4. not. 549. in fin.* Ex quibus patet hanc esse unanimem Canonistarum sententiam, quam etiam tenuerunt ex Theologis Petr. de Palude *in 4. sentent: distinct. 32. quæst. 1. art. 4. num. 20.* Card. Cajet. *in Summa, in ver. Matrimonium, cap. ult. §. In publico autem loco.* S. Anton. *in 3. part. tit. 1. cap. 17. in fin.* Sylvest. *in ver. Matrim. 7. quæst. 2. post dictum 5. dubio 3.* & alij relati à Sanch. *d. disp. 7. n. 21. eamq; probavit* S. Congregatio Concilij: nam proposito dubio, an matrimonium coram Parocho quocunque tempore contrahi possit: S. Congregatio censuit posse contrahi quocunque tempore matrimonium, sed temporibus comprehensis *in cap. 10. sess. 24. de reform. matrim.* nuptiarum so-

solemnitates, traductiones ad domum, & carnalem copulam prohiberi.

12 Quibus demum accedit authoritas Concilij Toletani celebrati anno Domini 1473 sub Sixto IV. in tit. *Qui non sint nuptiæ, nisi carnalis commixtione, nec solemnitates tempore à jure vetito, vers. 4. Conciliorum, parte 1. pag. 748. vol. 1.* Cuius hæc sunt verba: (Cum secundum legitimas Sanctiones non sit dubium eos in legem committere, qui verba legis amplexi contra ejus nituntur voluntatem; & quia tempore, quo sacrorum Canonum decretis nuptiarum celebratio interdicitur, & carnalis copula prohiberur, nonnullos laicos nubere, & carnaliter commisceri, ac promde convivia publica, strepitus, & choreas facere, parentes quoque, & amicos invitare, & cum histrionibus, & jocularoribus solemniter nuptias celebrare, & ad Ecclesias sic incedere plerumque contingit; Nos contendentes, quod sacrorum Canonum intentio fiat non tam Ecclesiæ solemnitates, & nuptiales benedictiones, quam carnales commixtiones prohibere: consuetudinem hujusmodi divellere cupientes, facto approbante Concilio, commixtiones præfictas, strepitus, choreas, jocularoriones, & alias solemnitates, ac convivia temporibus, quibus solemnia Ecclesiæ incerdicuntur, & cessant, nuptiales benedictiones fieri de cætero prohibemus, statuentes, ut qui contra hujusmodi nostræ constitutionis tenorem nuperit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et nihilominus Clerici, qui præfatis nubentibus Missas dixerint, decem florenorum pœnâ puniantur.

DE FERIIS.

Cap. Conquestus.

SUMMARIUM.

1 *Feriæ introductæ ob honorem Dei, & Sanctorum, nisi ob necessitatem, vel pietatem, judicium exercerì non potest etiam de consensu partium. & num. 3.*
2 *Feriæ servare hominum introductæ possunt partes renunciare.*
4 *Feriæ Sanctorum sunt principaliter introductæ ob reverentiam Dei.*
5 *Judex non debet in causis procedere, nec etiam citare ad diem feriatam.*
6 *Citatio in die feriata comparere potest.*
7 *Feriæ introductæ in honorem Dei partes renunciare non possunt.*
8 *Feriæ repentinæ nequeunt partes renunciare.*
9 *Feriæ in fenum, & vindemiarum partes renunciare possunt etiam tacitè.*
10 *Arbiter tenetur servare feriæ solemnes.*
11 *Feriæ in honorem Dei, partes compromittendo tanquam in arbitrum renunciare non possunt. Secus si tanquam in arbitratorem. ibid. & nu. 20.*
12 *Sententia lata, & processus habitus in die feriata non tenet.*
13 *Feriatis diebus judicium exercere potest, si subsit necessitas, tamen circa temporalia, quam circa spiritualia.*
14 *Feriatis diebus agi possunt causæ miserabilium personarum. & num. 16.*
15 *Item causæ spiritudes viduarum, decimatorum, orfanorum, inquisitorum, & matrimoniales.*
17 *Decretum super alternatione rerum minoris in die feriæ amoveri non potest.*
18 *Festis diebus licet dare operam rebus ad vitam necessariis, & tempore pestis.*
19 *Feriatis diebus expedire possunt quæ pertinent ad pacem, vel concordiam, & pacta, & transactiones fieri.*
20 *Compromittunt tanquam in arbitratorem feriis festis diebus feriatis.*
21 *Appellatio interpani potest, quilibet die feriato, sed eam prosequi non licet.*
22 *Executio sententiæ an fieri possit tempore feriato.*
23 *Festi dies de præcepto qui sint hodie ex Constitutione Urbani VIII.*
24 *Feriati dies quoad judicialia qui sint. & num. 25. & 26.*
26 *Festi dies de præcepto sunt etiam feriati quoad judicialia, sed non e converso.*
27 *Festos dies solus Papa in Ecclesia universali potest indicere, & singuli Episcopi sua diœcesibus. & num. seq. & 58.*
28 *Dominicæ dies observatæ succedit observantiæ Sabbathi non ex præcepto legis, sed ex Constitutione Ecclesiæ, & consuetudine populi Christiani.*
29 *Papa solus habet potestatem plenitudinem, & Ecclesiæ plenitudinem.*
30 *Episcopi non possunt feriis indicere in die alicujus Sancti ab Ecclesia non canonizati.*
31 *Episcopus an possit diem festum indicere sine populo. & num. seq.*
32 *Episcopus in his, in quibus versatur interesse laicorum non potest statuere sine illorum consensu, vel saltem debent esse præsentes.*
33 *Festos dies solus populus, seu laicatus potestas indicere non potest, etiam quoad judicialia.*
34 *Populus an possit statuta facere sine authoritate Superiorum.*
35 *Feriarum species quæ sint, & à quibus indicantur. & num. seq.*
36 *Feriæ rusticæ suffragantur etiam non occupatis in messibus, & vindemiis, si à judice sint indictæ.*
37 *Citatio an fieri possit in die non feriata ad feriatam.*
38 *Usque, dictio ponitur exclusive.*
39 *Citatio an possit fieri in die feriata ad diem non feriatam.*
40 *Principium est ponderandum etiam in judicio.*
41 *Adhuc in hoc tempore, aut loco inhabili valet si illius effectus conferatur in tempus, aut locum habilem.*
Declaratur. num. 47.
42 *Citatio simplex est actus.*
43 *Mandatum de citando an fieri possit in die feriata ad diem non feriatam. & num. 46. & 49.*
44 *Executio mandati de citando an die feriata fieri possit. & num. 46. & 53.*
45 *Processus ex citatione inchoandus fieri non potest die feriatâ.*
48 *Citatio est de processu, & fundamentum judicij.*
50 *Citatio commissa est actus extrajudicialis non requirens causæ cognitionem.*
51 *Ut fieri possit citatio in territorio alieno.*
52 *Mandatum de citando in die feriata fieri non potest à judice pro tribunali sedente.*
53 *Bonorum mortium est lites exercari.*

Cita-

54 *Citatio sentiunt et mortem citati, & plerumque eum provocat ad secundum.*
55 *Citationis executio est de judicium processu.*
56 *Substantialia actus ubi interveniunt, actum ipsum interveniri necesse est.*
57 *Princeps laicus an statuere possit, ut dies alicujus Sancti ab Ecclesia canonizati à jure subditis servetur, ac si esset dies festus ex præcepto Ecclesiæ & n. seq. usq. in fin.*
60 *Iurisdictio spiritualis, & temporalis à Deo sunt distincta.*
61 *Festorum dierum indictio est actus spiritualis, & pertinens ad Pastores Ecclesiæ.*
62 *Feriæ repentinæ à Principe indictæ non sunt servandæ in foro Canonico.*
63 *Conservationes spectant ad Præsules Ecclesiæ.*
64 *Festorum dierum indictio est quædam consecratio temporis.*
65 *Feriæ in honorem Dei, & Sanctorum Princeps laicus derogare non potest.*
66 *Constantina lex de observatione diei veneris in honorem Dominicæ Passionis non fuit recepta ab Ecclesia.*
67 *Statuta civitatis posse introduci feriis in honorem Dei, quo sensu sit accipiendum.*
68 *Consuetudo non potest inducere feriis in honorem Dei, nisi intervenerit consensus Episcopi, & Cleri.*
70 *Festum si princeps, vel civitas statuat sub certa pœna colendum, transgressores culpam non incurrunt, sed pœna exigi potest.*
71 *Concrarium.*
72 *Statutum ubi est nullum ex defectu potestatis, adjecta pœna non tenet.*
73 *Statutum laicale potest pœnam infligere violantibus dies festos ab Ecclesia institutos.*
74 *Principum Catholicorum est in adjutorium Ecclesiæ sacrorum Constitutionum præcepta tueri.*
75 *Princeps laicus non potest statuere, ut eius subditi in die alicujus Sancti ab operibus servilibus abstineant.*
76 *Feriæ repentinæ quæ sint, & quam ob causas à Principe indicantur.*
77 *Ad Religionem pertinet cultum Deo exhibere.*
78 *Dictio, sicut, importat omnimodam similitudinem.*
79 *Formalitas celebrationis festi in quibus consistat.*
80 *Declaratio Apostolica nullitatis litterarum Senatus Mediolani, & Ducis gubernatoris status Mediolanen. super observatione festivitatis, Dominicæ in albis factam.*

1 CONQUESTUS Feriis introductis ob honorem Dei, & Sanctorum, nisi ob necessitatem, vel pietatem, judicium exercerì non potest etiam de consensu partium.

2 Possunt tamen partes renunciare feriis favore hominum introductis. Hoc dicit secundum Jo. Andr. cui subscribunt Bella. Bald. Butr. Cardin. Auchur. Imol. Abb. & Joan. de Anan. Divisio patet 2. ibi *Licet.*

Nota primo ex text. principalem regulam,

3 quod in feriis statutis ob reverentiam Dei judicium exercerì non potest, ut hic, & in l. *Omnes dies*, & in l. *fin. C. eodem*, & notant omnes in summ. textus.

4 Ampliatur primò hæc regula, ut locum habeat etiam in feriis Sanctorum nam & istæ sunt principaliter introductæ ob reverentiam Dei, ut hic notat glos. 2. Host. n. 4. *vers. Et nota, quod feriæ*, & Abb. *in primo notab.* & clarè probatur in text. nam primò generaliter loquitur de diebus feriatis, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse statuti: & mox explicando qui sint illi dies per dictionem *scilicet*, quæ stat declarative, ut notat Fulg. *cons. 147. Visa quadam supplicatione, n. 2.* enumerat etiam feriæ Sanctorum. Et est ratio, quia Dominum veneramur in Sanctis ejus, ut in Clem. 1. *De reliq. & veneratione Sanct.* Ad hæc Conc. Trid. *sess. 25. De invocat. & venerat. & reliq. Sanct.*

5 Ampliatur secundò ut habeat locum non tantum in feriis solemnibus ad honorem Dei dedicatis, sed etiam in aliis feriis, ut hic declarant Innoc. *num. 1.* Host. & Joan. Andr. *num. 1.* Unde judex non debet in causis procedere; nec etiam ad illam diem citare, ut l. 1. *ff. de feriis*, tamen prudenter faciet si sic dicat: comparetas tali die coram nobis, ut ex tunc in tali causa procedamus: nam etsi die feriata non possit judicaliter procedi, pars tamen citata comparere potest secundum Innocent. *ubi supra.* An autem citatio

6 fieri possit in die non feriata ad diem feriatam, vel è converso, plenè examinabitur inf. *in 2. & 3. quæst.*

7 Ampliatur tertiò, ut nec de partium consensu judicium exerceri possit in diebus feriatis in honorem Dei: nam talibus feriis partes renunciare non possunt, ut hic dicitur expresse. Ratio est, quia non in favorem partium, sed in Dei honorem introductæ sunt: ergo, &c. ut *c. 5. disp. nat. de*

8 *foro compet.* & l. *Si nunc, §. in Sum. ff. de pact.* secundum Abb. *hic. n. 9.* Et idem dicendum de feriis repentinis, quia cum non fuerint indictæ in favorem partium, sed ob reverentiam, vel honorem Principis, nequeunt partes illis renunciare, l. *Omnes dies propè finem, C. eod.* Et tenet Specul. *in tit. de feriis, §. fin. post principium*, & glos. in Clem. *Sæpe, in verb. Obnecessitatem, de verb. signif.* & Abb. *hic num. 11.* Secus autem est in

9 feriis rusticis inductis propter hominum utilitatem, vel necessitatem tempore messium, & vindemiarum: nam his bene possunt partes renunciare, ut hic in fin. & in l. 1. *ff. eod.* & hic notat gl. 2. Abb. ancij. Joan. Andr. Bald. & omnes *in summ. tex.* & Abb. Siculus *d. n. 11.* Quinimò his ultimis renunciari potest etiam tacitè, & renunciatum intelligitur eo ipso, quod citatus comparet, & non opponit exceptionem feriarum, ut est expressum in *d. l. 1. ff. eod.* & tenent Federicus de Senis *cons. 11. Quæritur, n. 11. vers. Præterea iste sacrilus*, Jas. in d. leg. 1. *in princ.* & Alex. *cons. 213. Visso, & opportune, numer. 3. vers. Nec potest dici lib. 2.*

Ampliatur quartò, etiam in arbitro, quia

10 procedit ad instar judicis, & tenetur servare feriis solemnes, d. l. *Omnes dies, C. eod.* Unde partes compromittendo in aliquem tamquam in arbitrum, feriis renunciare non possunt, ut tenet Specul. *in tit. de arbitr. §. fin. vers. in forma.* Et Joan. Andr. *hic n. 20. in fin.* & Abb. *n. 10.* & hoc in vero

11 arbitro; secus autem in arbitratore, ut dicam infra *in 3. fallent.*

12 Ampliatur quintò, ut in tantum abstinendum sit à judicio in diebus feriatis, ut sententia, & processus habitus non teneat, ut de sententia patet in leg. 1. *ff. eodem*, & de sententia, & processu dicitur expresse *hic in fin.* unde cum

mysterio Joan. Andr. & sequentes summando textum dixerunt, judicium in diebus feriatis exerceri non posse, nam verbum *possit* præcedente negatione, præcisum necessitatem importat, & privat potentia, adeo ut reddat actum de rore impossibilem, ut notat glos. in c. 1. *in verb. Non possit de rescript. lib. 6.* Bald. in l. 1. *num. 6. ff. Quæ res vi, &* Ias. in l. *Non dubium, num. 6. C. de Legib.*

13 Fallit primò supradicta regula si subsit necessitas, ut in text. ibi: *nisi necessitas urgeat*, velut in casu in tempore peritura, ut *cap. Licet, supra eod.* l. 2. *ff. de feriis*, & h. 1. *ff. de aqua, instil.* ibi *ibi* in glos. *verb. Nisi forte*, & Innocent. *num. 1. in fin. eod. verb.* Vel dic, necessitas, secundum Hostiens. *num. 5.* & Joan. Andr. *num. 22.* pura collectionem fructuum, vel imminentem aquarum inundationem, l. *Omnes judices, C. eod. tit.* & circa quæstiones, & punitiones latronum, ut l. *provinciarum, C. eod.* ubi pater indignem latronem etiam in die Paschatis posse ad tortures mitti, quia, ut ibi dicitur, in hoc summi Numinis facillime operatur venia, perquod monstorum salus, & incolumitas procuratur. Et generaliter ubicunque in mora verritur imminens periculum animarum; quæ sunt omnibus temporalibus præponendæ, cap. *Principium, 12. q. 2.* & l. *Sanctum, C. de sacros. eccl.* Atque ita hic intelligimus necessitas live sit circa temporalia, sive spiritualia, ut per Abb. *nu. 14. verf. Et quod dixi supra*, de quo die plenius ut per Turrecrem in c. 1. *num. 5 verf. Verum notandum, ex n. 6. & 7. de confecr. dist. 3.* post B. Tho. in 2. 2. *q. 122. art. 4.*

14 Fallit secundò, si suadeat pietas, ut patet in text. ibi: *vel pietas suadeat*, Exemplificat glos. in verb. Pietas, in causa inter abusum personarum: nam in operibus misericordiæ dicunt distinctio non est habenda, arg. cap. *Vinam, 96. distinct.* & cap. *Nunquam, de confecr. dist. 3.* quia summa est ratio, quæ pro Religione facit, l. *Sunt personæ, ff. de vel. vof. & sumpt. funer.* Item exemplificant Innoc. *numer. 2.* Host. *numer. 7.* & Jo. Andr. *num. 22.* in causis spiritualibus electionum, inquisitionum, & hujusmodi, quæ his diebus exerceri possunt, cum pietas, & necessitas hoc suadeat, arg. cap. *Placitum, 5. q. 4.* & in eo, quod legitur, & notatur in c. *Oblatæ, 9. penult. de appell.* & conferunt notata per Joan. Andr. in c. *Bona, ti secundo, in princ. de elect.* & tenet Specul. in *tit. de feriis, §. 2. verf. Quid de causis, & in duabus verbis. sequen.* ubi tractatur de causis usurarum, & decimarum, de quibus die hodie ut habetur in Clem. *Dispendiosam, de judic.* & in Clem. *Sæpe, de verb. Significat.* Et de causis ma-

16 ttimonialibus notat glos. *in summa 15. qu. 4.* Et in eo, quod supra dixi de miserabilibus personis, pone exemplum in pupillis, ut eis tutores dentur, & alimenta decernantur, & in aliis, quæ celeritatem deuderant, & ex parte officio decernuntur, prout patent exempla in l. 2. & 3. *ff. eod.*

17 & notat præcitata glos. *in summa, 15. qu. 4.* Decretum tamen super alienatione rerum minoris interponi non potest, ut tenet Specul. *in tit. de feriis, §. 2. in fin.* & ibi Joan. Andr. *in additionibus*, & idem Joan. Andr. *hic nu. 2. in fin.* & Abb. *nu.*

18 15. Et has duas exceptiones necessitatis, & pietatis aliis complexa est S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum dum censuit, feriis diebus licere dare operam rebus ad vitam necessariis, ac tempore peritutis, præsertim tempore vindemiarum, & messium, ac recollectionis fructuum, vel ubi necessitas urgeret, & suadeat pietas ad Ordinarii cujusq; judicium, & constitutum.

19 Fallit tertio in his, quæ pertinent ad pacem, vel concordiam, quæ quolibet die feriato possunt expediri, ut l. *fin. C. eod.* & c. *Decerni*, ibi: *nisi de concordia, & pacificatione, 22. qu. 5.* & tradit glos. *in summa, 15. q. 4.* unde & pacta, & transactiones fieri possunt, ut habetur in d. l. *fin.* & hic notat glos. 2. *in fin. Hoft. num. 2. in verb. Conquestus.* Joan. Andr. *eod. num.* Abb. *numer. 14.*

20 *in 3. fallen.* & alii communiter. Et idem dicendum in compromisso tanquam in arbitratorem, quia talis est quidam amicabilis compositor, & mediator pacis; & ista non prohibentur fieri die feriata, ut cap. 1. *sup. eod.* & l. *fin. C. de serv. Et tenet Specul. in tit. de arbitr. §. fin. verf. In forma*, Bart. in l. *de feriatis, num. 2. ff. de arbitr.* Joan. Andr. *hic num. 20.* & Abb. *num. 10.* & facit secundum eum, quod notat Innoc. in cap. *Quintavalle, de juramento.*

21 Fallit quarto, in appellatione interponenda: nam quolibet die feriato potest quis appellare, sed non prosequi appellationem, ut l. 1. *C. eod.* & ibi notat Bart. & feribentes gl. 2. & Abb. *n. 13. verf. Fallit primo.*

22 Fallit quinto in executione sententiæ, quæ fieri potest etiam tempore feriato ob necessitatem hominum, licet non tempore feriato in honorem Dei, ut *hic* per Abb. *num. 13.* quod tamen non est verum indistincte; unde ad hoc vide pulchram distinctionem Joan. Andr. *in additionibus ad Special. in tit. de libelli except. §. Nunc dicendum, verf. 30. alias 35.* quam ad literam recitat, & prosequitur idem Abb. in c. *fin. num. 20. supra, de judic.* & ibi etiam vide *numer. 17.* an libelli oblatio fieri possit judici, vel parti in diebus feriatis. Quod etiam tangitur in gl. *in summa, 15. q. 4.*

23 Secunda nota in verf. *Scilicet*, qui sint dies feriati ob reverentiam Dei quo ad effectum, ut judicium exerceri non possit: nam quoad præceptum Ecclesiæ hodie Habimus Constitutioni *fan. mem.* Urbani VIII. *edita idibus Septembris 1642.* incipien. *Universæ*, in qua præter dies Dominicos, & alias festivitates omnes erratas in hoc capitulo firmantur esse de præcepto, & nominatim exprimuntur quatuor festivitates B. Virginis, idest Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis, quæ in hoc c. Implicitè continentur sub illis verbis, *Festivitatum omnium Virginis etiamsi.* Et additur infra scriptæ, scilicet Corporis Christi, quæ solemnizatur feria quinta post octavam Pentecostes, ut in Clem. *Si Dominum, de reliq. & veneral. Sanctor.* Inventionis S. Crucis, de qua nulla fit mentio hic, sed in cap. *Crucis, de consecr. dist. 3.* S. Josephi, & S. Annæ, atque omnes ex principalioribus Patronis in quocunque regno, sive provincia, & alterius pariter principalioris in quacunque civitate, oppido, vel pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit. Ad reliquorum verò dierum observantiam, quos hic utique, sive in universa Ecclesia, sive in quavis natione,

aut regno, provincia, diœcesi, aut loco quomodocunque, sive ex præcepto, sive ex consuetudine, sive ex devotione Christi fideles tanquam festivos celebrarunt, nequaquam ex præcepto ipsos tenere decernitur, & declaratur. Sed paulò post adiicitur clausula infrascripta: (Non intendimus tamen per hanc nostram Constitutionem dies feriatos circa judicialia in aliquo immutare, quos ad hunc effectum relinquimus in eisdem statu, & terminis, in quibus erant ante e-

24 jusdem promulgationem.) Itaque quoad judicialia servabitur hæc Decretalis, in qua dies feriati esse dicuntur infrascripti dumtaxat, videlicet Natalis Domini, S. Stephani, S. Jo. Evangelistæ, SS. Innocent. S. Sylvestri, Circumcisionis, Epiphaniæ, septem Dies Dominicæ passionis, Resurrectionis cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duobus, qui sequuntur, Nativitatis S. Jo. Baptistæ, festivitatum omnium Virginis Gloriosæ, idest Annunciationis in vere, Assumptionis in æstate, Nativitatis in autumno & Purificationis in hyeme, quæ ut inquit Host. *hic n. 5.* sunt ad modum lapidum pretiosorum, & coronæ in anni circulo collocatæ: duodecim Apostolorum, & præcipuè Petri, & Pauli, B. Laurentii, Dedicationis B. Michaelis, solemnitatis omnium Sanctorum, dies Dominici, aliarumque solemnitatum, quæ indicuntur à singu-

25 lis Episcopis cum Clero, & populo. Ex quibus patet latius patere ferias judiciales, quam dies festos ex præcepto: nam inter ferias judiciales hic enumerantur septem dies Dominicæ Passionis, & septem dies post Resurrectionem; & tamen in Bulla Urbani VIII. post Resurrectionem non exprimuntur nisi duo sequentes, & de diebus Passionis Domini nulla fit mentio; feriis tamen judicialibus hic statutis addendi sunt sex dies expressi in prædicta Bulla, videlicet Corporis Christi, Inventionis S. Crucis, S. Josephi, S. Annæ, & duorum ex principalibus Patronis; quia cum dies isti sint hodie in præcepto, absque dubio sunt feriati, etiam quoad judicialia; præservatio enim Urbani in eadem Bulla importat solum, ut dies qui erant feriati quoad judicialia ante illius promulgationem similiter remaneant feriati, sed non importat, ut dies, qui firmantur esse in præcepto, non debeant esse feriati etiam quoad judicialia, quia repugnat, ut dies festus sit sanctificandus ex præcepto Ecclesiæ, & in illo exercari possint litepitus judiciales, cum ratio formalis sanctificationis festi consistat in vacando rebus divinis, & in cessatione operum, ut declarat S. Thom. in 2. 2. *q. 122. art. 4. ad 3.* inter quæ opera recensentur etiam actus judiciales, qui impediunt applicationem hominum ad Divina, ut hic, & in c. 1. *cum duob. seqq. 15. q. 4.* & in l. *fin. C. eod.* Unde omnes dies festi de præcepto sunt feriati, etiam quoad judicialia, sed non convertitur, quia non omnes dies feriati quoad judicialia sunt festi ex præcepto ecclesiæ. Habes igitur ex prædictis qui dies sint venerandi ex

26 præcepto, & in quibus sit feriandum à litibus. Nec obstat text. in c. 2. 15. q. 4. ubi dicitur feriandum esse à septem diebus præcedentibus Nativitatem Domini usque ad octavas Epiphaniæ, & à quinquagesima usque ad octavas Paschæ, & à septem diebus ante nativitatem B. Joan. Baptistæ. Quoniam ut respondet Host. *hic n. 4. in verb. Natalis*, standum est huic Decretali, quia illud de consuetudine non servatur. Et concordant Joan. Andr. *n. 4.* & alii post eum, & Specul. *in tit. de feriis, in 1. col.* Tres autem dies Rogationum, qui dicuntur esse feriati in c. 1. *de consecr. dist. 3.* addendi sunt huic Decretali secundum Host. *n. 4. in fin.* licet hoc non servet Curia, ut inquit Specul. *ubi sup.* & Jo. Andr. *hic n. 5.*

27 Tertiò nota ibi, *quæ singuli Episcopi*, juncto præcedenti versiculo scilicet, solum Papam in Ecclesia universali, & quamliber Episcopum in suæ diœcesi posse dies festos indicere. De Papa est manifestum, quia omnes festivitates hic expressæ sunt de jure positivo, & ex statuto Ecclesiæ, etiam quoad dies Dominicos: nam etsi præceptum de sanctificatione Sabbathi fuerit traditum in Decalogo, tamen ut inquit S. Thom in 2. 2. *d. q. 122. art. 4. ad 4.* observantia diei Dominicæ in nova Lege succedit observantiæ Sabbathi non ex vi præcepti legis, sed ex Constitutione Ecclesiæ, & consuetudine Populi Chri-

29 stiani. Et sequitur Turrecrem in cap. 1. *n. 9. de consecr. dist. 3.* sicut ergo solus Papa Conditor Canonum in tota Ecclesia potest ferias solemnes indicere ob reverentiam Dei, prout fecit in hoc, & in d. c. 1. *de consecr. dist. 3.* & in Clem. 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* quia ipse solus habet potestatis plenitudinem, & Ecclesiæ Principatum, c. *Cunctis per mundum, 9. q. 3. c. Propositus, de concess. prebend.* Butr. *hic numer. 19.* ita singuli episcopi hoc possunt in sua tantùm diœcesi, ut hic est expressum, & in d. c. 1. ibi, *in suis Episcopatibus*, & ibi, *non generaliter, de consecr. dist. 3.* cum sint vocati in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, c. *Quis scit*, & c. *Decreto, 2. quæst. 6.* Et hoc intelligas de Sanctis ab

30 Ecclesia canonizatis: nam etsi Vin. entius opinatus fuerit Episcopum posse in sua diœcesi Sanctum canonizare per istum textum, tamen Doctores communiter eum reprehendunt, & ejus opinio reprobatur in c. 1. *de reliq. & veneral. Sanctor.* ubi Alexander III. de quodam, qui colebatur ab aliquibus cum non esset coleandus, sic ait: (Illum ergo non præsumatis de cætero colere, cum etiamsi per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro Sancto absque authoritate Romanæ Ecclesiæ venerari:) de quo dic latius, ut scripsi in c. *Perniciosam, num. 37. supra, de offic. Ordin.* Itaque omnis festivitas Sancti ab Ecclesia Canonizati, quam Episcopus in sua diœcesi cum Clero, & populo statuit esse solemniter venerandam, eo ipso ferias indicit, ita ut ab omni actu judiciali in illa die sit abstinendum

31 ut hic per Butr. *in 3. not.* Sed numquid Episcopus possit diem festum indicere sine populo. Abb. *hic n. 4.* tenet non posse, quia non sine mysterio hic dicitur cum populo, prout etiam dicitur in c. 1. *de consecrat. dist. 3.* ibi, Et illæ festivitates, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus

32 cum populo collaudaverint.) Nam licet Episcopus in spectantibus ad Episcopalem jurisdictionem possit cum Capitulo facere statuta, ut in c. *Vt animarum, de constit. lib. 6.* tamen in aliis, in quibus vertitur interesse aliorum, non potest statuere sine illorum consensu, vel saltem debent esse præsentes, ut notat Innoc in c. *Vestra, de locat.* & in c. *fin. de offic. Deleg.* Et hanc partem tenet Archid. in d. c. 1. *num. 9.* Fateur tamen

Abb. quod ubi populus non habet legitimam causam contradicendi, non obstat contradictio, ut in simili notat Archid. in d.c. *Vt autem rarum*, facit c. 1. *de his quæ fiunt à major. parte Capituli*, veluti si Episcopus vellet indicere feriam in die alicujus Sancti, qui traxit originem de illo loco, vel quid simile ad quod facit c. 1. & 5. *dist.* Sed Anton. de Butr. dicit se idem tenuisse olim per istam literam, sed postea mutavit sententiam, dicens solum Episcopum cum Clero, seu Capitulo hoc posse, quia in his, quæ tendunt in favorem animæ, quilibet est Episcopo subjectus, c. *Cum sit, de for. compet.* c. *Novit, de judic.* & c. *Per venerabilem, qui fil. sint legit.* & cum eo tenuit Joann. de Imol. *n. 1. vers. Item nota, quod solitarie.* Et pro hac parte optime facit Conc. Trid. *sess. 25. c. 12.* ubi statuitur, ut ab exemptis omnibus etiam Regularibus serventur dies festi, quos in diœcesi ma servandas Episcopus præceperit: nec ibi ella fit mentio de populo.

33 Quartò nota ibi, *& populo*: solum populum non posse dies festos indicere, cùm tex. copulativè loquatur de Episcopo cum Clero, & populo, l. *Ficta testatores, §. Nihil distat, ff. de legat. 1.* ut ex hoc notabiliter deduco potestatem indicendi ferias solemnes in honorem Dei, & Sanctorum nequaquam esse apud Principes sæculares, etiam quantum ad hoc, ut judicia tunc temporis exercerinon debeant, quod efficaciter probat hæc Decretalis; nam in principio statuitur, ut in diebus feriatis, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse statuti, debeat omnis strepitus judicialis conquiescere; & mox dies illi non inanim exprimuntur, & inter hos generaliter recensentur solemnitates, quas Episcopus cum Clero, & populo duxerit solemniter venerandas. Igitur solus populus non potest statuere certos dies, in quibus ob reverentiam Dei sit cessandum ab actibus judicialibus, & consequenter nec Principes laici hoc possunt: nam Princeps non alia utitur potestate nisi illa, quam ab initio populus in eum transtulit, ut l. 1. §. *Sed & hoc studiosum, C. de veter. jur. enucleand.* At populus non transtulit in Principem hanc potestatem indicendi ferias judiciales in honorem Dei, cùm illam non haberet, ut hic est expressum, quia nemo potest plus juris transferre in alium, quam ipse habeat, ut leg. *Nemo plus juris, ff. de regul. jur.* & cap. *Nemo potest, eod. tit. lib. 6.* & nemo dat quod non habet, cap. *Quod autem, de jur. Patron.* l. *Traditio, ff. de acquir. rer. dom.* cum suis concordant. Præterea quamvis omnis potestas à populo in Principem translata sit, ut in d. §. *Sed & hoc studiosum*; tamen illud verbum *translata*, exponitur ibi à gloss. id est concessa, & concordat gloss. 1. in l. *Non ambigitur, ff. de leg.* item glos. *penult.* in l. *fin. C. eod.* & sic populus retinuit sibi potestatem jus condendi; unde hodie potest sibi facere statuta, ut l. *Omnes populi, ff. de just. & jur.* l. *Antiochenium*, C. *de privil. credit.* l. *fin. C. de Decret. ab Ord. facien.* l. *Prohibere, §. Plane, C. Quod vi, aut clam*, l. *Si servi nostri, C. de noxalibus*, & c. 1. *de constit. lib. 6.* etiam sine authoritate Superioris saltem in spectantibus ad ordinationem negociorum, & judiciorum, & ad causarum decisionem civilem, & in aliis, quæ jus Superioris non tangunt, nec sunt illi reservata, ut concludit Bald. in d. l. *Omnes populi, num. 14. vers. Sed pone verum*, articulo in utramque partem egregie discusso *à num. 14. usque ad num. 21.* nec dicit cepat Bart. *ibi num. 2. & 3.* & nihilominus non obstante hac facultate condendi statuta, non potest populus facere hoc statutum, ut aliquis dies sit feriatus in honorem Dei, ut hic patet: ergo nec Princeps hoc potest, quia proportionabiliter eadem est potestas utriusque, & sicut Princeps constituit jus commune generaliter quoad omnes, ut l. *fin. C. de legib.* ita quilibet populus constituit sibi jus proprium, ut in d. l. *Omnes populi*, ibi, *partim suo proprio*, idest non generali, sed municipali, ut ibi declarat glos. *penult.* Bart. *num. 2.* & communiter scribentes, sed de hoc articulo an Princeps laicus habeat potestatem judicandi has ferias in honorem Dei, & Sanctorum, plenè dicam infra in 4. *quæst.*

35 Expeditis notabilibus venio ad glos. & quia in tex. fit mentio de duplici tantùm specie feriarum, QUÆRO quæ sint hujusmodi feriæ, & an sint aliæ præter illas, & à quo indicantur: glos. 2. hoc prosequitur *in princ.* Sed tu dic clarius secundum Specul. *hoc tit. in princ.* & Henr. Boich, *in hoc c. n. 1.* & Abb. *n. 8.* feriarum tres esse species: quædam enim sunt feriæ solemnes, & introductæ ob reverentiam Dei, de quibus actum est supra, & tales cum sint indictæ à Papaper Canonem, non oportet ut specialiter indicantur ab homine, l. *Sed & si per Prætorem, §. Si servum, ff. ex quib. caus. major.* quædam sunt feriæ publicæ, sive rusticæ, seu indictæ, quæ alicubi etiam appellantur solemnes, ut sunt illæ, quæ statuuntur messium, seu vindemiarum gratia ob necessitatem hominum; & tales non sunt determinatæ à Lege, vel Canone; & ideo illarum indictio judicibus relinquitur, ut eas indicant bis in anno secundum qualitatem, & consuetudinem cujusque loci, nam citius fit recollectio in locis calidis, quàm frigidis, ut leg. *Præsides ff. eod.* & notat hic præcitata glos. pro hoc l. *Si in altum ff. de aedil. Procons.* unde non sequitur, de jure aliquis colligit fructus tempore messium, vel vindemiarum: ergo non debet in jus vocari, quia ad hoc, ut in jus vocari non debeat, necesse est ut prius feriæ à judice indicantur secundum Henrich. *ubi supra*; & istæ quamvis sint introductæ propter occupatos, tamen postquam sunt indictæ, relevant omnes etiam milites, & alios, qui in messibus, & vindemiis non occupantur, ut concludit glos. in leg. 1. *in verb. Occupati ff. de feriis*: & sequitur Alexan. *cons. 2. Visis dubitationibus, numer. 4. vers. Pro hoc etiam facit, lib. 2.* & de istis duabus speciebus agitur hic. Quædam verò sunt feriæ repentinæ, quas Princeps indicit vel propter palmam, ut quia hostes subjugavit, vel quia uxorem duxit, vel quia filius ei natus est, ut in d. l. *Sed & si per Prætorem, §. Si feriæ ff. ex quib. caus. major.* & in l. 1. *C. de feriis*, & dicuntur repentinæ, quia sunt incertæ; imò extra ordinem repente, & subito indicuntur: & istæ indici non possunt nisi à solo Principe, ut l. *A nullo, C. eod.* & tangam, infr. *in 4. q. n. 76.* & de his tribus speciebus feriarum, vide gl. in Clem. *Sæpè, in verb. Ob necessitatem, de verb. signif.* & Host. *in sum. eod. tit. §. Qualiter distinguantur*, & adde quod dixi supra *in 1. not. ab. in 3. ampliat.*

Se-

37 Secundò QUÆRO, an citatio fieri possit in die non feriata ad diem feriatam, hinc, *hic n. 1. in verb. Conquescere*, ponit duas opiniones, prima opinio distinguit hic: aut error in assignatione termini exprimitur, veluti si dicatur. Ad comparendum coram nobis in tali causa tibi diem Dominicum assignamus. Et citatus nec in die Dominico, nec in sequenti comparere tenetur. Aut error non exprimitur in citatione, quamvis tacitè inlit, ut quia dicatur: decima die venias responsurus, & decima dies incidat in diem Dominicum. Et tunc citatus non tenetur in die Dominico comparere, sed bene in die sequenti: ratio est, quia duo videntur mandata, idest ut ad diem compareat, & ut compareat, *l. Celsus, ff. de arbitr.* quamvis ergo habeat exculationem in die solemni; tamen in sequenti die excusationem non habet, & datio termini tenet. Et idem dicendum est si per 20. dies durarent dies feriati, quia in proxima sequenti die tenetur comparere citatus.

Secunda opinio, cui magis adhæret Innocent. *ubi supr. vers. Item melius est*, quod et iam in primo membro distinctionis teneat assignatio termini, ita ut quamvis in citatione expresè dicatur; Compareas in die Dominico, nihilominus citatus tenetur comparere in die sequenti non feriata; nam & hic sicut in secundo membro duo videntur mandata; ergo & idem juris est eadem ratione secundum Innoc. unde & festum B. Lucæ assignatur per Papam ad comparendum, c. *Cum ex litteris, §. fin. sup. de restit. in integr.* & initium quadragesimæ, & festum Nativitatis Domini, c. *Exposuit primo respon. & §. fin. supr. de dilat.* & Dominica, in qua cantatur, ego sum Pastor bonus, cap. *Cum dilecti, §. final, infr. de del. & contum.*

Quid dicendum? Tuteneas primam opinionem indistinctè, quam tenuit Petr. de Bellap. in l. *Dies festes, C. de feriis*, & Host. *hic n. 3* concludens citatum ad diem Dominicum, vel alium

38 solemnem non teneri comparere; secus verò si judex dicat: Mandamus tibi, ut usque ad diem Dominicum compareas coram nobis; tunc enim tenet termini assignatio. & illud, *usque*, intelligitur exclusivè, & sic intelligas jura proximè allegata, & si quæ reperias similia secundum Host. Idem tenet Specul. *in tit. de citat. n. 13.* ubi eodem modo respondet ad præcitata dicens; in illis non fieri citationem ad diem festum, sed ut usque ad festum compareat citatus, & *usque*, ibi ponitur exclusivè, & exponitur, idest citra, & ibi dicit hoc esse verius: nec putat referre an ex primitur patenter error in citatione, ut quia dicatur, compareas die Dominico, an non exprimatur, ut quia dicatur compareas decima, vel vigesima die. & in die illa festum occurrat: tamen neutro casu citatus teneretur comparere secundum eum, & concordat *hic* Joan. Andr. *numer. 2. post med. vers. Tu vero*, dicens pro opinione Hostiensis facere l. 2. *in fin. ff. Si quis in jus vocat.* & subdit eamdem opinionem tenuisse Riccardum de Senis Cardinalem, ut refert Cynus in l. *Dies festos, in 2. quæst. C. de feriis.* Quod scilicet ubi ponitur verbum *usque*, citatus qualibet die infra terminum venire poterit; sed quando citatur, ut tali die feriata compareat, prius venire nec potest, nec debet, & illa die venire non tenetur; & sic necessaria est nova citatio. Sequitur Bellam. *in 1. quæst.* nam relatis antiquorum opinionibus, tandem *n. 3. in fin. vers. Quid dicendum*, concludit his verbis (Breviter opinionem Host. & Petri, quasi omnes Canonistæ, & Legistæ videntur approbare, & idcirco consulo, quod ab ea in judiciis non recedas) Et hanc opinionem dicit tenendam esse tamquam verissimam. Abb. *n. 22.* quam etiam dicit veram, & approbat Bald. in d. l. *Dies festos, n. 6.* Nec obstat ratio in contrarium adducta per Innoc. quod duo videantur mandata. Quoniam, ut respondet hic Joann. Calder. *in addition.* & eum Bellam *sub n. 2. vers. Sed ratio*, vendicat sibi locum, ubi citatio, vel mandatum tenuit à principio; unde licet casus superveniens illud suspendat, non tamen ex toto relaxat: at hic fiat nullus à principio secundum eos. Neque obstat text. in d. l. *Celsus, ff. de arbitr.* quæ dicit duo esse præcepta, unum solvendi, & aliud in tempus solvendi. Quia non veniunt ibi ex eadem causa: nam primum præceptum nascitur ex obligatione, secundum nascitur ex tempore, quod datur judicatis; sed hoc est unum indivisibile præceptum, quod non potest pro parte valere, & pro parte non valere, ut l. *In hoc judicio, ff. fam. erciscu.* secundum Bald. *ub. supra.*

39 Tertiò QUÆRO, quid in casu converso, an citatio fieri possit in die feriata ad diem non feriatam. Ad partem negativam inducitur primo text. in l. *Dies festos, C. eod.* ubi dicitur: *Prætenuhorrida vox filescat*, ergo talis citatio est contra legem, & sic non valet, c. 2. *de testib. cogen.* & l. *Non dubium, C. de legib.* quæ est canonizata in cap. *Imperialis, 15. quæst. 2.* Secundò quia mandatum de citando est quædam sententia comminatoria, l. *Præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* ergo si fiat die feriata, non debet valere, ut l. 1. *ff. de feriis.* Quod si teneas non esse sententiam, sed de processu juxta textum in cap. *Quoniam, de probation.* adhuc idem dicendum, quia & processus tali die habitus nullius est mo-

40 menti, ut hic est expressum in fin. Tertiò, quia principium est ponderandum, l. *Si minor, ff. de serv. exportan.* etiam in judiciis, l. 3. §. *Scit. ff. de minor.* ergo citatio in die feriata ad diem non feriatam non valet, cum initium sit vitiosum.

41 Ad contrarium arguitur, quia quamvis mandatum de citando fiat tempore prohibito, tamen effectus confertur in tempus concessum, l. *Si cum uxori, & l. seq. in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Præterea idem est judicium de tempore, quod de loco, ut l. *Vnum ff. si vert. petat.* sed valet actus habitus loco non habili, *si* effectus ipsius conferatur in locum habilem. l. *fin. ff. de usu. Pref. Verb.* & l. *Omnes, §. Si verò apparitor. C. de Episc. & Cler.* ergo similiter valet citatio facta tempore inhabili, si illius effectus conferatur in tempus habile. In hac controversia dicit Joan. Andr. *hic, n. 3. circa med. vers. Dicunt quidam*, communius teneri primam opinionem, quod citatio non valeat, esse de jure verum. Sed illi derogat consuetudo, quia de facto non servatur, ut dicit Jacobus de Arena, testatus à Joan. Andr. unde hæc consuetudo citandi in die feriata ad diem non feriatam minimè mutanda, ut l. *Minimè, ff. de legib.* & propterea Dynus, qui tenuerat pri-

primam opinionem in l. 1. §. *Item renuntiatio, ff. de nov. oper. nunciat.* posse se retractavit, ut refert Joan. Andr. *ubi supr.* Et recenta hac secunda opinione, cui tuti agetur considerando, non ob-
42 stante contraria, quoniam ut notabiliter respondet Joan. Andr. *num. 3. circa fin. vers. Adversariam citationem triplex est actus.* Primus est præceptum, seu mandatum de citando. Secundus executio præcepti, idest citationis actus. Tertius est processus ex citatione inchoatus. Primus, qui
43 non requirit causæ cognitionem, die feriato fieri potest, l. *Actus, C. eod.* nec obstat text. in l. *A procedente, ff. de dilatione,* quia intelligunt eum pars dicit dilationem non dandam, adeo ut
44 super hoc oporteat interloqui. Secundus actus idest executio præcepti eisdem rationibus tempore feriato fieri potest, adhoc l. *Miles, §. Sexagenta, ff. de Adulter.* Præterim secundum feriatum, quæ habet libellum in citatione transmittit.
45 Tertius, idest processus inchoandus ex citatione fieri non potest in die feriato. Nec obstat, quod secundum Petrum de Bellap. olim citabatur quis ad comparendum, vel satisdandum, ut *ff. in jus vocat.* ut eant in rubro, & in nigro, & l. *Si verò, §. Qui pro ea, ff. Qui satisd. cog.* per quam citationem sic veniendo, & fideiussores quærendo, avertebatur quis ab his, quorum causa indictæ sunt feriæ, quem respectum habuit dict. l. *Dies festos.* Etenim ut respondet Joan. Andr. hodie solum citatur ut veniat. Tale igitur præceptum utique fieri poterit in die feriato.

Sed tu advertere ad hanc tripartitam distinctionem Joann. Andr. nam etsi quod spectat ad tertium actum processus ex citatione inchoati conveniant omnes, ut fieri non possit in die feriato, quia verè, & propriè est actus judicialis, & ideo inhibitus in hoc cap. & in juribus concor-
46 dantibus: tamen quoad alios duos actus Doctores magnopere conflictantur, nam contra Jo. Andr. tenet hic Ioan. Calder. relatus à Bellam. *fol. n. 7. col. 5. post princ. vers. Joan. Calderinus,* ubi concludit nec præceptum, seu interlocutoriam ad comparendum, nec illius executionem fieri posse in die feriato. Idem Archid. in cap. *Placita, n. 2. 1. p. post* 4. Speculat *in tit. de citat. §. 1. vers. Item excepitur, & seq.* & sequuntur *hic* Burr. Cardin. & communiter moderni, ut dicit Abb.
47 *nu. 20. vers. Sed moderni.* Et idem disputando tenuit Iacob. Butrig. ut refert Bart. in *l. 1. §. Nuntiatio, ff. denov. oper. nunciat.* quia lex prohibens citationem non habuit solum respectum ad effectum, sed etiam ad principium, unde quandoque prohibetur actus respectu effectus, & tunc fatis est, ut conferatur in tempus concessum, & sic loquitur text. in d. l. *Si tam uxori,* & in l. *fin. in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* & in cap *de vi vere. insp. de sepult.* Quandoque prohibetur non solum effectus, sed etiam ipse actus: & tunc non sufficit effectum conferri in tempus permissum, quia cum actus sic gestus in tempore inhibito, non est satisfactum juri, arg. cap. *fin. de restit. spoliat.* & l. *Vulnerum, post princip.* patet in d. l. *Dies festos.* Præterea secundum Abb *dict. n. 20. circa med.* quamvis citario non arctet ad coparendum tunc, tamen arctat pro tunc, & afficit citatum, & quodammodo eum provocat ad iram, & aliquatenus abstrahitur à contemplatione Dei. Et idem dicit in judice, quia cum debeat vacare Divinis, non debet tacere præceptum de citando: nam etsi non exigatur cognitio inter partes, tamen intra se debet adhibere, aliqualem cogni-
48 tionem in statuendo terminum. Item negari non potest, quin citatio sit de processu, & fundamentum judicii, ut in dicto c. *quoniam contra, de proc.* Et per hæc concludit Abb. post alios nullum ex dictis tribus actibus fieri posse in die feriata. Facit c. 1. *supr. eod. secundum eum* Bart. tamen in d. §. *Nuntiatio,* & Burr. *hic,* limitant hoc in tertio introducta in honorem Dei, secus verò in aliis introductis in favorem hominum, quia tunc citatio solum prohibetur respectu exercitii, & sic respectu finis citationis; non enim dicitur ut non citetur, sed ut non compellatur venire, l. 1. *de feriis.* Et quamvis Bart. subjungat, quod si quis velit servare opinionem Dyni, poterit dicere prædictam l. loqui specificè in diebus Dominicis; & ideo secus in aliis, & idem dixerit Calder. licet tamen non pertulunt, imò putant verius esse quod dictum est supra.

49 Quid dicendum? ego quoad primum actum præcepti, sive mandati, seu commissionis de citando adhæreo opinioni Ioan. Andr. quæ habet citationem valere quam dicit esse communem, quia motiva contraria benè tollunturs, & quia non refert quo tempore, vel loco fiat actus, dummodo trahatur ad locum, vel tempus congruum. Sit huic opinioni communi potat stantium esse Bellam. *hic n. 10. vers. Quid dicendum,* ut scilicet præceptum de citando fieri possit etiam die feriata in honorem Dei, subdens se eam servasse, ac servare vidisse per Dominos Coadjutores suos, dum esset Rotæ Auditor, præcipuè quia
50 commissio citationis est actus omnino extrajudicialis nullam requirens causæ cognitionem judicialem; & sic per se consideratus non est contentiosæ, sed voluntariæ jurisdictionis, talia autem fiunt etiam his diebus feriatis in honorem Dei, ut legitur, & notatur in l. *Actus, C. eodem.*
51 Præterea sicut tempore inhabili utpote feriato, ita loco inhabili, id est extra territorium prohibetur quis suam jurisdictionem exercere, ut l. *fin. ff. de Iur. opin. Iud.* & c. *Ut animarum, de constit. lib. 6.* & tamen extra territorium proprium, & in territorio alieno quis potest facere commissionem, per quam in suo territorio sibam propriam jurisdictionem possit exercere, ut in Authen. *de Collator. §. Antequam verò provinciam,* arg. l. 4. §. *fin. ff. de offic. Proconsul.* & notatur in cap. *Novit de offic. Legat.* prout ibi scriptis Bellam. post Innoc. *in 5. opposit.* Si igitur commissio totius jurisdictionis potest fieri in die feriato: ergo & commissio de citando, arg. l. *Qua de lata, ff. de rei vendic.* non enim diceres commissionem universitatis causarum vel totius unius causæ scriptam, & datam tempore feriato propter hoc esse nullam; Nec ulla subest ratio, quare magis debeas dicere nullam esse commissionem unius articuli, quam totius causæ. Quæ ratio multum urget, & alia motiva pro hac parte adducit Bellam. *d. n. 10. vers. Si vero decernuntur,* & respondet rationibus Joann. Calder.

Fallit tamen hæc conclusio in duobus casi-
52 bus, in quibus nec præceptum, sive decretum seu commissio de citando in die feriata fieri potest, secun-

secundum Bellam. *d. n. 10. vers. Quid dicendum.* Primus est in citationibus, quæ non possunt fieri nisi à judice pro tribunali sedente, & judicialiter procedente, de quibus loquitur tex. in l. *A procedente, C. de dilation.* & quæ sunt illæ prosequitur, idem Bellam. in c. *Preterea in 6. quæst. eod. tit.* nam indubitatum est hæc fieri non posse in die feriato, quia sunt de processu judiciali, qui inhibetur tam per legem, quàm per Canonem. Secundus casus est in citationibus, quæ licet fieri possint à judice etiam pro tribunali non sedente, tamen aliquando judicialiter decernuntur: nam istæ si judicialiter fiant in die feriata etiam ad diem non feriatam, non valent, ea ratione, quia processus judiciales inhibentur iis diebus; & hoc similiter dicit esse satis clarum Bellam. *loc cit.* Et in his duobus casibus potest intelligi, & salvari opinio Joan. Calder. Sed extra illos non recedas ab opinione Joan. Andr. quod commissio de citando decerni possit etiam in die feriata in honorem Dei. Et hæc de primo actu.

53 Qui verò ad secundum, idest executionem citationis, quam facit commissarius, seu Nuncius admonendo citandum de comparendo ad certam diem, mihi magis placet opinio Joan. Calder. & Abb. contra Joan. Andr. quod scilicet talis actus in die feriata ad non feriatam fieri non possit; quia nimis retraheret citatum à devotione; cum enim sit bonarum mentium lites execrari, l. *Item si res, ff. de alienat. judic. mutan. caus. fact.* contubatur per citationem mens citati, & inter se inquietatur, & abducitur in solicitudinem deliberandi, & cogitandi super causa
54 citationis factæ, & plerumque provocatur ad iracundiam adversus eum, qui citationem impetravit; & ita ex mente cadit sub prohibitione operis servilis, de quo in c. 1. & in c. *Licet, sup. eod.* Si enim probetur finis, & terminus, prohibetur etiam principium, & via perveniendi ad illum, ut l. *Oratio, ff. de Sponsal.* & hoc de executione verbali. In reali autem, quæ fieret per manus appositionem, seu capturam personæ, fortius urget ratio supra considerata. Præterea, processus judicialis in die feriata habitus est ipso jure nullus, ut *hic in fin.* & dictum est supra in 1. *notab. in 5. amplitat.* Negari autem non potest,
55 quin talis citationis executio sit de judiciali processu: nam hic interveniunt substantialia processus, videlicet judex, seu commissarius ipsius judicis, & instantia partis, quæ citationem procuravit, & pars alia, quæ citatur, & mandatum judicis, & illius executio ad unius partis instantiam directam in aliam partem, cap. *Forum, §.*
56 *Omni. de verb. significat.* Ergo censeri debet in actu hujus citationis judicialem processum intervenisse: quia ubi reperiuntur omnia substantialia actus, etiam actum ipsum reperiri necesse est, ut l. *Naturali, §. Si quæratur, ff. de confirmat. tut.* Neque obstat, quod non fiat à judice sedente pro tribunali. Quia talis non est actus requirens causæ cognitionem, est tamen judicialis, & judicialiter agitatus. Hujusmodi autem actus benè fiunt sine tribunali, ut notatur in d. l. *A procedente,* secundum Bellam. qui post multa videtur residere in hac opinione. Et quamvis inb n. 14. Curiæ communiter servari contrarium præsertim apud Sedem Apostoli-
57 cam, ubi Auditores Palatii citant per Cursores in quibusqunque festivitatibus quantumcumque magnis, videlicet ad dies non feriatos, non quod mandent expresse fic fieri, sed quia ita Cursores faciunt, nec contra hoc admitteretur impugnatio, subdens ita etiam servare extra Curiam Romanam apparitores communiter omnium aliarum Curiarum. Et hanc opinionem etiam de jure posse probabiliter sustineri: tamen quidquid sit de temporibus Bellameræ, hodie hoc non servat Rota, imò *decis. 365. n. 1. p. 3. recent.* tenuit citationem non valere, quia fuit executioni demandata die Dominico, quod fieri non potuit, cùm dies esset feriatus in honorem Dei, quidquid sit in feriatis ob necessitates hominum: Allegat Guidop. *cons. 36. per tot.* Vant. qui de communi testatur in *tract. de nullitatibus in tit. de nullit. ex defectu citationis n. 46.* Bald. *decis. 159.* & Rotam in *causa Bononien. liberationis à fideiussione 9. Februarii 1607.* coram Attrebaten. quæ habetur impressa post consil. Prosp. Farinaci *lib. 2. decis. 233* & alios quamplures ex Recentioribus pro hac parte cumulant moderni Collectores *hic. n. 2.*

Quartò, & ultimò ex facto quæsitum est. an Princeps laicus statuere possit, ut dies alicujus Sancti ab Ecclesia canonizati à suis subditis servetur ac si esset dies festus ex præcepto Ecclesiæ.

Emersit hæc discrepatio occasione Edicti à D. Marchione de Carazena Gubernatore Mediolani inconsulto Archiepiscopo publicati die 30. Junii 1653. in quo præcepit observari festum S. Dominici die 4. Augusti cujusque anni in toto illo statu De cujus Edicti subsistentia à S. D. N. Innocentio jussus dicere pro veritate quid sentirem, respondi ut infra.

58 Dies festos ob reverentiam Dei, & Sanctorum solum Beatissimum Romanum Pont. sicem posse instituere in ecclesia universali, & singulos Episcopos in suis diœcesibus fatis constat ex Canone Concilii Lugdunensis relato in c. 1. *de consec. distinct. 3.* & ex Decretali Gregorii IX. in hoc cap. *Conquestus de feriis,* ubi Papa enumeratis festivitatibus, quibus venerationem exhiberi jubet in toto orbe Christiano, immediatè subjungit (cæterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis diœcesibus cum Clero, & populo duxerint solemniter venerandas.) Et innititur à Concilio Tridentino *sess. 25. de Regular. c. 12.* ibi: Dies etiam festi, quos in diœcesi sua servandos idem Episcopus præceperit. Reges ergo, & Principes sæculares, civitates, & populi nullam habent potestatem indicendi aliquem diem festum in honorem Dei, vel Sanctorum, nisi ex authoritate Papæ, vel Episcopi diœcesani. Et ita per hunc textum firmant Bellam post Martianum de Selva *hic quæst. 4. vers. Sed adhuc quæritur,* ubi in individuo loquitur de festo S. Dominici, & Ant. de Butr. *num. 3.* Abb. in c. *Quoniam, num. 2. eod. tit.* S. Antonin. *in 2. par. tit. 9. c. 3. vers. Feria verò solemnes.* Sylvest. *in verb. Dominica, num. 2.* Armilla *in verb. Feria, num. 2.* Tabiena *in eod. verb. num. 1. post med. vers. Feria verò solemnes.* & & passim recentiores Theologi, præsertim Hispani, ut Suarez. de Religione, *to. 1. lib. 2. de diebus festis, c. 12.* dicens rem esse claram, & communem Azor. *Institut. moral. par. 2.*

lib. 1. cap. 26. quæst. 5. Thomas Sanchez *consil. moral. lib. 5. c. 2. nu. 7.* Castro Palao *p. 2. tract. de obser. sept. disp. unica, punct. 2. numer. 7.* & alii plures.

60 Sumitur hæc conclusio ex illo communi principio, quod idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus licet actibus propriis, & diguationibus distinctis officia, ac jurisdictiones distrevit; ut temporalia sæcularibus potestatibus, spiritualia verò solis Pontificibus voluerit esse subjecta, *c. Cum à veram, & c. Si imperator, 96. dist.* & habetur 10. *dist. per tot.* & in *c. Salite de major. & obed.* & magistraliter per Jo. Andr. post Host. in *c. Per venerabilem, col. 6. in verb. Plenitudine potestatis, qui sint legitimi.* Oldr. *cons. 83.*

61 *An Episcopus pertot.* Actus autem indicendi, & præcipiendi dies festos, & cultui Divino dicatos propriè spiritualis est, & ad pietatem, ac Religionem pertinens. Clem. *unica, de Reliq. & Vener. Sanctor.* & patet ex Conc. Trid. *sess. 25 de dilect. cibarum, jejunior, & diebus festis, vers. Vel etiam quæ fiunt ad pietatem.* Igitur ejusmodi actus indicendi dies festos spectat ad Pastores Ecclesiæ, cum id primo, & principaliter ordinetur ad Divinum cultum, & animarum profectum, *c. Placita, 15. qu. 4. c. 1.* & *c. Licet, supra eod. l. fin. C. eod.* & declarat Abb. *in hac c. In primo notab.* & consequenter non potest legalis auctoritas in his se ullatenus immiscere, cum laicis de rebus spiritualibus statuendi nulla sit attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, *c. Cum laicis, de reb. Eccl. non alien. c. Licet quidem, 96. dist. c. Ecclesia S. Mariæ, de cons.* per quem textum Collectarius *hic numer. 7. in fin.* tenet feriasrepentinas à Principe indictas non esse observandas in foro Canonico. Et eum sequitur Bellam, *numer. 19. in 6. quæst. principali circa finem, vers. Item quæritur de feriis repentinis.* Præterea idem est judicium de tempore, quod de loco, *l. Vinum, ff. Si cert. petat.* sed consecratio, & dedicatio locrad cultum Divinum spectat solùm ad Præsules Ecclesiæ, non autem ad sæculi potestates, *cap. Placuit, 1 quæst. 2. c. Nemo, de consecr. dist. 1. §. Sacrarer,* & ibgloss. *in verb. Pontifices, Institut. de rer. divis.* ergo & consecratio temporis. Indictio enim festivitatum in honorem Dei nihil est aliud, quàm quædam consecratio, per quam dies illi efficiuntur sacri, & Divinis obsequiis dedicantur, *c. Placita, 15. qu. 4. c. 1.* & cap. *Licet, sup. eod. l. Omnes dies, vers. Sacros, C. eod. tit.* Unde gl. 1. in *c. 1. de consecr. dist. 3.* dicit Gratianum inter Sacramenta inserere tractatum de solemnitate dierum festorum, quia inter sacramenta habentur, cum repræsentent passiones eorum Martyrum, propter quos fiunt. Ad hoc cap. *Baptisandi*, ibi, *Pretereà illes venerabile Sacramentum, de consecr. dist. 4.* quo argumento de loco ad tempus in hac materia utitur hic Joan. Andr. *numer. 3. circa med. vers. Idem judicium*, & Bellam. *numer. 10. post. med. vers. Et facit præterea ista.* Præterea Princeps laicus non potest dies festos in honorem Dei, vel Sanctorum introductos tollere, nec subditos suos absolvere ab obligatione illos servandi, ut latissimè probat Signorolus de Homodeis *in cons. 245. incipien. in quæstione vertenti, maximè col. 2. circa med. vers. Item non obstat quod dicitur.* Subditos ridiculum esse contrarium asserere: ergo nec potest novus dies festos in honorem Dei introducere, & subditos obligatione illos servandi ligare, quia per est jus ligandi, atque solvendi, *cap. Verum, de pœnit. dist. 1. Ad idem, cap. 1. de legat. jur. l. Nemo qui condemnare, ff. eod. l. Qui condemnare, ff. de re jud. c.* & *l. 3. §. Conditio, ff. de admin. leg.* & *l. Solet, §. Sicut, ff. de offic. Proconsul.*

66 Et quamvis Imperatores aliquando in his videantur excessisse limites Imperialis potestatis, & in specie Constantinus legem tulerit, ut die veneris omnes à judiciis, & aliis negociis vacarent, precibus, & obtentationibus Deum colerent, ut referunt Eusebius, & Iezomenus, & ex illis Baronius *ad annum Christi 321.* Attamen res illa non fuit recepta ab Ecclesia, & nulla fuit ex defectu potestatis, secundum Theoricam Joan. Andr. cap. *Nonnunquam, num. 14. de immun. Eccl.* quam ibi sequuntur Butr. *num. 10.* & Abb. Calder. *cons. 2. numer. 3. vers. Reperio, de consib.* Et scripsi plenius in d. cap. *Ecclesia S. Mariæ, à num. 17. de consist.* Aliæ autem leges Imperiales, quæ habentur *C. de feriis*, non inducunt novas ferias in honorem Dei, sed jam ab Ecclesia indictas observari præcipiunt, ut *l. 2. & 3. l. Omnes dies, & l. Dies festos, Cod. eod.* quod non effugit potestatem Catholicorum Principum, ut cap. *Si in adjutorium, 10. distin.* & fusius dicam infra *numer. 73. vers. Vnde potest quidem statutum laicale.*

67 Auctoritas verò Baldi *in hac c. nu. 3.* dicentis valere statutum, quod diebus veneris sint feriæ propter commemorationem Dominicæ Passionis: intelligidebet de statuto edito cum centensu Episcopi, & Cleri, prout etiam debent intelligi Legistæ, qui scripserunt, statuto Civitatis posse introduci ferias in honorem Dei, ut idem Bald. in *l. Quadragenta, n. 1. C. de feriis.* Alex. in *l. Præsides, nu. 2 ff. eod.* & in *cons. 13. n. 3. lib. 5.* & Decius

68 in *l. Milites, n. 18. de testam. Militar.* Aliàs enim si intelligeretur de statuto edito à civitate, seu populo sine Episcopo, & Clero, utique loqueretur contra hanc Decretalem, ubi patet solum populum sine Episcopo, & Clero nequaquam posse indicere ferias solemnes in honorem Dei, & Sanctorum, etiam quantum ad hoc, ut in illis diebus à strepitu judiciali, & actionibus forensibus sit abstinendum, ut per Bellam. *hic in 4. quæst. vers. Sed adhuc quæritur*, & plenius deduxi supra

69 *in 4. notab. à numer. 33.* In quem sensum accipi etiam debet glos. additionalis in *l. Si feriatis, ff. de feriis*, dum dixit per statuta, & consuetudines locorum posse ferias indici, & indictas tolli ea ratione, quia Decretalis dicit etiam in feriis ad honorem Dei servari consuetudines, & statuta locorum, ut in *c. Capellanus sup. hoc tit.* Etenim Decretalis illa loquitur de statutis Canonicis, & ab Ecclesia approbatis, & de consuetudine non tantùm laicorum, sed etiam Ecclesiasticorum. Quam differentiam constituit Abb. in cap. 1. *numer. 9. de Sponsalibus*, ubi ait statutum laicorum in casu illo esse nullum, quia materia non pertinet ad ipsos, sed secus in consuetudine, quia in ea intervenit consensus Episcopi, & totius Cleri, de quo scripsi plenius in *c. 1. n. 15. de cogn. spiritual.*

70 Nec prædictis obstat, quod Sanctus Antoninus in

in 2. part. tit. 9. c. 3. §. 1. & Sylvest. in verb. *Dominica n. 2.* dixerint, si Dominus, vel Civitas statuant festum sub certa pœna colendum, culpam quidem violatores non incurrere, quia ad eos non pertinet festa præcipere, sedtamen pœnam

71 exigi posse. Quoniam nec Canonem, necrationem ullam allegant, eosque refellunt Suarez, & Castro Palao suprà citati, ea ratione quia eorum dicta implicant repugnantiam, ut scilicet Princeps sæcularis non possit legem ferre super institutione festi obligando ad culpam, & tamen possit à transgressoribus pœnam exigere; quia ubi nulla est culpa, ibi nulla potest esse pœna *l. Sancimus, C. de pœnis*, cum similibus. Sed in die clarius, ubi statutum est nullum ex defectu pote-

72 statis, eo quod disponat in materia spirituali, & ad Divinum cultum spectante adjectionem pœnæ non valere, ut disputando concludit Joan. Andr. in *c. Statutum, il primo, post princip. in verb. Compellendus, de Hæreticis lib. 6.* Cum quo concordant ibi Petr. de Anchar. *n. 3. vers. ultimo.* Gemin. *col. 1. post med. vers. Sed pone quod statutum civitatis*, & Philippus Francus *n. 3.* Abb. *cons. 12. Vt clarè materia, n. 2. lib. 1.* & alii copiosè congesti à Felino in *c. 1. n. 13. de Sponsal.* Facit tex. in *c. Gemma, eod. tit.* ubi adjectio pœnæ non valet contra libertatem matrimonii. Item facit text. in *l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine*, ubi pœna adjecta contra leges non tenet, nec committitur si contra fiat.

73 Unde potest quidem statutum laicale pœnam infligere violantibus dies festos ab ecclesia institutos, cum hoc sit mixti fori, ut declaravit sanctem. Pius V. in *Constitutione 5. incipien. Cum primum 57. in Bullar. tom 2. pag. 180.* Prohibitus enim statuere in aliqua materia propter defectum potestatis, potest nihilominus in illa statuere fortificando jus commune cum adjectione pœnæ, ut voluit glos. singularis, in Clem. *Ne Romani, in princ. in verb. Tolli, de elect.* Felin post alios in d. c. 1. *n. 13. post med. vers. Et prohibitus, de*

74 *Sponsal.* Quinimò officium Catholicorum Principum est in adjutorium ecclesiæ sacratum Constitutionum præcepta tueri, & in illarum violatores animadvertere, cap. *Si in adjutorium, 10. dist.* & ad id gravissimis verbis admonentur à S. Trid. Synodo in *c. 20. sess. 25. de reform.* At novum præceptum de die festo servando statuere, & transgressoribus pœnam imponere, non est sæcularis potestatis, sed Ecclesiasticæ tantùm, ut in juribus initio citatis: alioquin esset in facultate laicorum promulgare leges iniquas, & libertati Ecclesiæ adversantes, easque per indirectum metu pœnæ in usum, & observantiam inducere, quod passim exaggerant Doctores in cap. 1. *de Sponsal.* & in d. *c. Statutum, de Hæreticis, lib. 6.* & in d. *c. Ecclesia, de Const.* ubi Felin. latissimè *n. 99. q. 16.*

Similiter non obstat, quod aliqui moderni ut

75 Sayr. *in Clavi Regia, lib. 3. c. 3. n. 17. §. quinta propositio.* & Molphes. *in Summa Theologica, part. 1. tract. 11. c. 27. n. 30.* opinentur Principes laicos, licet præcipere non possint, ut aliquis dies festus colatur Missæ auditione, posse tamen statuere, ut subditi in illa die ab operibus servilibus abstineant, quasi hoc spectet ad regimen politicum. Etenim hanc opinionem jure optimo reprobant Suarez, & Castro Palao superiùs relati: quia est cessatio ab operibus mechanicis si fiat ob aliquem finem politicum, sit actio merè sæcularis, tamen seclus est si indicatur in ordine ad cultum Dei, & Sanctorum ejus, quia tunc est mater à Religionis, circa quam laica potestas statuendi facultatem non habet secundum eos. Itaque ad internoscendam qualitatem legis præcipientis cessationem ab operibus servilibus inspiciendus est finis principalis, in quem ordinatur, cap. *Quoniam, 10. dist.* nam si finis sit merè politicus, & civilis, lex dijudicabitur de materia temporali, &

76 spectante ad potestatem laicalem. Unde videmus Principem laicum posse ferias repentinas indicere ob publicam gratulationem, puta ob diem Natalis sui, vel Filii sui, vel suæ coronationis, vel quia uxorem duxit, vel ob rem prosperè gestam, veluti propter gaudium victoriæ ab inimicis habitæ, ut *l. Sed etsi, §. Si feriæ, ff. ex quib. caus. major. in integr. restit. l. Dies festos*, ibi, *etsi in rostrum ortum*, & *l. A nullo*, ubi Bald. & Scribentes. *C. de feriis*, & dixi supra in *1. quæst. n. 36. vers. Quædam verò sunt feriæ*: in autem finis, in quem ordinatur lex præcipiens cessationem ab operibus servilibus sit cultus Dei, tunc lex judicabitur de materia spirituali, & spectante ad Religionem: nam, ut in-

77 quit S. Thom. in *2. 2. q. 122. art. 4. in corp.* Ad Religionem pertinet cultum Deo exhibere: finis autem cessationis ab operibus in festivitate alicujus Sancti sit principaliter ob cultum, & reverentiam Dei, ut hic notat Abb. *in 1. not. ab.* quia Deum veneramur in Sanctis ejus. Clem. *Si Dominus, de reliq. & vener. Sanctor.* cap. *Gloriosus est Deus in Sanctis suis, eod. tit. lib. 6.* & dixi supr. in *1. not. ab. in prima ampliat.* & consequenter non spectat ad potestatem laicalem indicere cessationem ab operibus in festivitate alicujus Sancti. Quæ conclusio clare etiam deducitur ex hac Decretalium

78 hic nulla sit mentio de Missæ auditione, sed simpliciter statuuntur feriæ in festivitatibus Sanctorum hic enumeratis, & indicitur cessatio ab omni opere, seu strepitu judiciali; & tamen hujusmodi cessatio indici non potest à civitate, vel populo, sed requiritur authoritas, & consensus Episcopi, & Cleri, ut fusius ostensum est supra in *4. notab.* Hæc igitur specialia sunt, & extra sphæram potestatis laicalis. Et sane si Principes sæculares possent novos dies festos statuere indicendo cessationem ab operibus mechanicis, cur itidem non possent nova jejunia instituere, publicas processiones ordinare, funeribus defunctorum leges præfinire, & alia similia facere, quæ certissimi juris est ad solam Ecclesiam pertinere: cap. *Rogationes, de consecr. distin. 3.* & *c. Jejunia dist. 5. c. ult. de reb. Eccl. non alien.* cum multis similibus.

Cæterum in casu, de quo agitur, cessat omnis ambiguitas, quia literæ Regiæ in edicto Gubernatoris de verbo ad verbum inserta nullam pœnam imponunt, nec jubent subditos in die S. Dominici cessare ab operibus servilibus, sed implicitè præcipiunt, *que su fiesta se guarde, y solemnize.* Quinimò adjiciunt: *como las demas que hay de guardar en este mi estado.* Quæ verba clarè demonstrant literas voluisse idipsum statuere de festo S. Dominici, quod ex præcepto Ecclesiæ in illo statu servari debet in aliis festivitatibus. Quinimò id apertius exprimunt paulò infra dum dicunt: *En virtud de la quales mi voluntad guarden, y hagan guardar la fiesta del dicho Santo, como si fuera de precepto de la Yglesia.* Quæ clausula evidenter ostendit literas voluisse statuere, ut dies S. Dominici esset so-

lemnis, & festivus ex præcepto Regio ad eum prorsus modum, quo alia festivitates sunt solemnes ex præcepto Ecclesiæ, cum dictio illa, *como*, importet omnimodam similitudinem l. *Si quis obrepserit, ff. de falsis*, cap. *Olim de verb. significat.* & cap. *in Ecclesia, de præben. lib. 6.* Et quamvis in eisdem literis dicatur: *que daren à los tribunales despacha la execucion deste despacho la orden necessaria*: hinc tamen non licet inferre, ut voluerint imponere tribunalibus solam obligationem feriandi à strepitu judiciorum & negocijs forensibus, sed potius ut eadem tribunalia mandarent executioni illud idem, quod supra dissertis verbis præceperant, nempe *que se fiesta se guarde y solemnize como festo demas*: nam clausulæ executivæ non alterant, nec limitant dispositionem, ut est casus in Clem. 1. *de præb.* Socin. senior. *cons.* 281. *in fin. lib.* 2. Felin. in c. *Licet, n.* 7. *de offic. Ordin.*

Sed quatenus subesset aliqua dubitatio in literis Regis illam tamen prorsus sustulit Gubernator Mediolani in suo Edicto: nam sive explicans mentem literarum, sive excedens limites suæ facultatis, non solum injungit vasallis, ut cessent die 4. Augusti ab operibus servilibus, sed amplius addit, *Festejando dicha jornada con una alta demostracion de piedad, y devocion christiana.* (Quo etiam respiciunt literæ Regiæ in exordio ibi: *Siendo tanta la devocion que todos nuestros Reynos, y Estados devenen tener y tienen a S. Domingo in Soriano.*) Præcepit ergo formaliter quod præcipit Ecclesia in diebus festis, nimirum ut populus ab operibus servilibus se abstineat, ac vacet cultui Divino, in quibus duobus consistit formalitas celebrationis festi, c. 1. & c. *Licet, de feriis*, c. *Nullus*, & c. *Placita*, 15. q. 4. c. *Rogationes, de consecr. dist.* 3. & declarat S. Thom. in 2. 2. q. 122. *art.* 4. *ad* 3. dicens: (In observantia Sabbathi duo sunt considerandi, quorum unum est sicut finis, & hoc est ut homo vacet rebus Divinis, quod significatur in hoc, quod dicit, *Memento ut diem Sabbathi sanctifices*, illa enim dicuntur sanctificari in lege, quæ Divino cultui applicantur. Aliud autem est cessatio operum, quæ significatur cum subdit ut, septima die Domini Deitu non facies omne opus.) Hæc Divus Thomas. Edictum igitur utrumque præcipiendo scilicet cessationem operum, & exercitum Divinorum utique posuit falcem in messem alienam, & libertatem ecclesiasticam violavit, c. *Decretum, de judic.* c. 1. *de immun. Eccl. lib.* 6. cum suis concordantiis.

Quæ omnia multò magis vendicant sibi locum post Bullam sanctæ mem. Urbani VIII. *Universa*, quæ declarat solos dies festos in ea numeratos esse de præcepto, sublatis contrariis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ut ne dies festos à locorum Ordinariis numia aliquorum facilitate, aut populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, eosdem Ordinarios serio admonet, ut ad ecclesiasticam ubique servandam æqualitatem de cætero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub præcepto novorum festorum studeant abstinere. Quæ cum provisio parum prodesset, si potestatis laicali fuisset novos dies festos statuere: nam populi quod ab Ordinariis impetrare non possent, à Principe seculari importunis precibus extorquerent, contra regulam, l. *Sacra*, §. *si mater ff. de tutor. & curat.* & *auth. C. Si mater. ita ven.* & Constitutio fiere. Indubrio, contra id, quod habetur in l. *ult.* §. *fin. C. de bonis, quæ liber.* & in c. *Commissa, de elect. lib.* 6.

Sequitur Declaratio Apostolica.

80 INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam. Cum nuper ad notitiam nostram, non sine gravi animi nostri molestia perveneritquod dilecti filii Senatus Mediolani per literas circulares datas die 20 Junii proximè præteriti, & dilectus filius nobilis vir modernus Gubernator status Mediolani per edictum publicum publicatum die 30. ejusdem mensis Junii mandaverit observari diem festum S. Dominici die 4. mensis Augusti cujuslibet anni in toto illo statu, præcipientes ut populi, & subditi illius status abstineant ab operibus servilibus, & artifices tabernas & apothecas clausas teneant, prout servatur cæteris diebus festis ex præcepto. & ulterius in Edicto prædicto exprimatur festivitatem esse celebrandam cum omni devotione ac pietate Christiana: Nos, quibus universalis Ecclesiæ Regimen à Domino commissum est, considerantes quam perniciosum authoritati ecclesiasticæ id esse possit, cùm Principes laici, quos in rebus Ecclesiæ obsequenti potius manet necessitas, quàm authoritas imperandi non habeant facultatem imperandi dies festos in honorem Sanctorum, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum, quibus hoc negotium discutiendum commisimus, consilio prædictas literas, & Edictum emanata authoritate laicali super observatione prædictæ festivitatis S. Dominici fuisse, & esse omnino nulla, nullisque roboris, & momenti, nec aliquo modo servanda Apostolica authoritate tenore præsentium declaramus. Sicque & non aliter in præmissis per quoscunque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, & quosvis alios quacunque authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, in contrarium facientibus, &c. Non obstantibus quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Octobris 1653. Pontificatus nostri anno decimo.

DE ORDINE COGNITIONUM.

Cap. Intelleximus.

SUMMARIUM.

1 *Judex ante sententiam de peremptoria exceptione cognoscit. Sufficit tamen ut super principali pronunciet.*
2 *Exceptio consanguinitatis admittitur contra mulierem petentem aliquem in maritum.*
3 *Si agat judicio petitorio: secus si possessorio reintegranda.*
4 *Et quid si maritus offerat probationes incontinenti paratas.*
5 *Exceptionem peremptoriam non expedit reo proponere ante fundatam intentionem actoris. & n. 13.*
6 *Exceptio peremptoria est quæ perimit petitionem actoris. & n. seq.*
7 *Exceptio dicitur actionis exclusio.*
8 *Exceptio omnis peremptoria debet discuti antequam discutiatur negotium principale.*
9 *Lite tamen prius contestata. & n. 34.*
10 *Nisi sit exceptio litis finitæ.*
Vel sit notoria. n. 11.
Aut continetur in instrumento, vel reus offerat se se illam incontinenti probaturum. n. 12.
11 *Judex non debet permittere, ut factum, cui notoria obstat exceptio, in judicium deducatur.*
12 *Exceptio peremptoria, etiamsi veniat cognoscenda coram diverso judice, debet discuti ante diffinitionem articuli principalis. & n. 31.*
13 *Præjudiciales quæstiones debent discuti antequam super principali negotio lis fuerit contestata.*
14 *Exceptiones dilatoriæ regulariter sunt proponendæ ante litis ingressum.*
15 *Excommunicationis exceptio quamvis sit dilatoria, tamen proponi potest quandocunque etiam post sententiam.*
16 *Exceptio dilatoria solutionis proponi debet ante litem contestatam, non tamen prius quam actor fundaverit intentionem suam.*
17 *Exceptio dilatoria, quæ incipit competere, aut venit ad notitiam rei post litem contestatam, tunc proponi potest.*
18 *Exceptio, quæ imitatur exceptionis excedit, non perimit quæstionem principalem, sed sunt duæ petitiones viribus tractandæ, & terminandæ.*
19 *Judex an, & quando super incidenti debeat pronunciare. & n. 23. & seq. ad n. 32.*
20 *Quæstio incidens an, & quo differat ab emergenti.*
21 *Pronunciandum est super emergenti.*
22 *Secus super incidenti regulariter.*
Fallit primo si incidens proponatur in vim dilatoriæ ad impediendum processum. n. 26.
Fallit secundo si incidens debeat cognosci coram alio judice. n. 27. & 33.
23 *Judex pronunciando super principali, censetur tacite pronunciare super incidenti.*
24 *Pronunciandum est indifferenter super incidenti, vel emergenti, quando sine tali pronunciatione processus causæ principalis expediri non potest.*
25 *Aliàs non tenetur judex pronunciare.*
26 *Potest tamen si velit, nec obiter processus redditur nullus.*
27 *Nisi incidens, vel emergens ventilari debeat coram alio judice.*
28 *Pronunciandæ quæstiones quæ dicantur. & n. seqq. usque in fin.*
29 *Præjudicialis quæstio an, & in quo differat à peremptoria. & n. 35.*
30 *Exceptiones peremptoriæ quamvis proponi debeant ante litis contestationem, tamen non probantur nisi lite contestata.*
31 *Præjudicialis quæstio dicitur diversis rebus illis.*
32 *Exceptio illegitimitatis an sit præjudicialis, vel peremptoria.*

1 INTELLEXIMUS. Judex ante sententiam de peremptoria exceptione cognoscit: sufficit tamen ut super principali pronunciet. Hoc dicit secundum Abb. Antiq. Joan. Andr. Calderin. Bald. & omnes. Vel specialiis secundum Abb. Siculum. Contra mulierem vendicantem aliquem in maritum admittitur exceptio
2 consanguinitatis, quæ prius discutienda est, quam super matrimonio pronuncietur; & sufficit super ipso principali pronunciare: communis divino. Consultatio, & responsio. Secunda ibi *Inquisitionis.*

3 Nota primo ibi, *petebat quemdam in virum*. Mulieri agenti judicio petitorio ad vendicationem mariti obstare exceptionem consanguinitatis: nam illa mulier petebat sibi virum adjudicari; & sic petitorium intentabat: secus tamen esset si intentasset remedium possessorium reintegrandæ, petendo sibi virum restitui, quia tunc consanguinitatis exceptio non admitteretur ad retardandam restitutionem, ut in Decretali Lucii III. ex conquestione infra de restit. spoliat. quam cum textu nostro ita conciliat Innocentius III. in cap. *Litteræ, vers. Quamvis præsertim Lucii Papæ, eod. tit.* ad idem: *Accedens super re lis non contestat.* c. *Causam, de offic. delegat.* & ita hic post Alan. & Goffred. distinguit Innocentius *in princip.* exponens vet. *petebat*, scilicet intentans petitorium secus si possessorium: & sequuntur Abb. Antiq. n. 2. Host. *in princ.* Joan. Andr. n. 2. Calder.
4 *eod. n.* Abb. Siculus *in* 2. *not.* & reliqui omnes. Quod tamen intelligo, nisi conjux offerat probationes consanguinitatis in continenti paratas; quia tunc recepto ab ipso prius juramento de malitia, denegabitur restitutio quoad eliorum, licet non quoad reliqua, ut decidit in prædicta Decretali, *Litteræ*, ubi est casus, secundum Joan. Andr. & omnes. & adde quod legitur, & notatur in cap. *Inquisitioni*, *infra*, *de sponsal. excusam.*

5 Secundò nota secundum Ant. de Butr. *num.* 4. & Imol. *num.* 2. utilem cautelam ex parte rei, ut scilicet non proponat exceptionem peremptoriam priusquam actor suam intentionem fundaverit, prout ille vir non objecit exceptionem consanguinitatis, nisi postquam mulier reso induxit ad suam intentionem fundandam, ut in princ. litteræ. Idque ob eam rationem, nec reus,

rem alias opponendo fictiva se gravet, si forte actor suam intentionem non probet. De quo in l. *si quidem*, C. *de except.* & in cap. *De cætero*, *supra de restitu.* Potest tamen si ex illa fictam obiata petitione actoris opponere, sed incivile agit, ut sit Butr. *d. nu.* 4. Imo forsan est, quia fictaille actor non probabit, secundum Abb. *nu. 8. vers. dat vnde proponere.*

4 Tertiò notabis: *quædo prius pulo perimatur*, exceptionem peremptoriam esse, quæ peremit, & elidit petitionem, seu actionem actoris. Concordat §. *Tertia vero, instit. de ex. cept.* & l. 3. *ff. eod.* § *Exceptio*, 3. *quæst. 6.* & hic notatur Host. *nu. 1. in ver. Elidit*, Calder. *nu.* 4. Butr. *nu.* 7. Imol. *nu.* 5. Abb. *in* 4. *notab.* Cardin. in Clem. *ad. in* 3. *quæst. num.* 2. *de appellat.* Et propterea exceptio dicitur actionis exclusio, l. 1. *ff. de except. c.* 2. *infra eod.* & cap. *A nobis*, *infra de except.* Petr. de Anchar. *consil.* 8. *Esserhomine, nu.* 4. *vers. ex quo patet.* Et Abb. *ubi supra.* Quod tamen intelige secundum Calder. & Butr. posquam exceptio fuerit probata, ut mouit Interpres hujus textus ibi, *quæ facta*, idest plenè probata exceptione, ut exponunt Hostiens. & Joan. Andr. ambo *nu.* 3. in *ver. Quæ facta*, & Eidem l. 2. *ff. de except.* & cap. *Ad aures*, *infra de prescript.*

Descendo ad glossam magnam, quæ reparatur valde difficilis, & divido materiam in duos principales articulos. Primus est quo ordine sit proponenda, seu discutienda exceptio peremptoria. Secundus an, & quando super exceptione incidenti, vel emergenti sit pronunciandum.

8 Quo ad primum hæc sit conclusio, quod exceptio peremptoria debet discuti antequam diffinitur negocium principale, quæ conclusio probatur clarè in hac Decretali, ubi decidit prius esse cognoscendum de exceptione consanguinitatis, quam ad diffinitionis articulum procedatur, & ita hic est casus apertus, secundum Abb. Antiq. Joan. Andr. Calder. Bald. & omnes *supra in summaria.* Rationem decidendi reddunt Calder. & Abb. *in* 4. *notab. vers. Antequam attengam*, nempe quia fundata intentione actoris, veniret reus condemnandus, nisi aliter se defendat: debet enim judex judicare secundum merita causæ, quæ partium allegationes pandunt, ut l. *final. C. de pœnis*, vel alio modo, & c. *Tamen in litteris*, *supra de in integr. restit.* quare ut appareat an reus ut absolvendus, vel condemnandus, debet prius discuti illius exceptio. Brevius rationem reddit glossa Bernardi hic in figuratione casus, dicens esse prius cognoscendum de exceptione peremptoria ante sententiam opponta, quia ex illa apparebit, qualiter debeat formari sententia.

Ampliatur primò supradicta conclusio, ut locum habeat non modò in exceptione peremptoria consanguinitatis, quo opponitur mulieri vendicanti aliquem in virum, & de qua loquitur hoc capitulum, ut dictum est supra *nu.* 2. & 3. Sed generaliter in omni alia exceptione peremptoria, cum nudè est exceptio dolimali, quod inetus causa, potest perpetuò non petendo, & consimiles: de quibus in §. *Perpetua*, *Instit. de except.* & in l. 3. *ff. eodem.* De omnibus enim est cognoscendum antequam pronunciatur super articulo principali, l. *si quidem*, C. *de exception.* l. *Cuncta*, C. *De long. temper. præscript.* cap. *Super hoc*, *supra de renunt.* secundum Hostiens. *hic nu. 1.*

10 Quod tamen, fallit in exceptione litis finitæ, quæ proponi potest ex ante litis contestationem, ut in cap. 1. & 2. *de in. contest. lib.* 6. & hic notat Abb. *num.* 8. item fallit secundum eum in exceptione materia non odium mere debet permittere ut factum, cognoscitur obstat exceptio, deducatur in judicium, cap. *Quoniam*, *supra de fil. Presbyter.* & post Arcaldi. notat Joan Andr. in

12 d. cap. 1. *de in. contest. lib.* 6. Fallit tertio, si exceptio continetur in instrumento, vel eam excipiens offerat probatum, in concordanti probatum, ut notat Joan. Andr. *in addit. ad speculat. de except.* §. *Dilatio*, *vers. Sed nota*, & notatur in cap. *Super litteris*, *de jurejur.* Hic enim cabitur reus posset excipere etiam ante litis ingressum. Secundum Abb. *d. nu.* 8. An ante exceptiones peremptoriæ proponi, & discuti possint, aut debeant ante fundatam intentionem actoris, distingue ut hic plenè per Abb. *n.* 8. *& sequ.*

14 Ampliatur secundò, principalis conclusio super in matura, ut locum habeat etiam in exceptio peremptoria versat diffinienda coram diversio judice, velutsi peremptoria ratem in foro secularis obtinatur, quod sit illegitimus: nam hujusmodi exceptio terminari debet coram judice ecclesiastico antequam judex laicus procedat in causa hæreditatis: hæc est text. in cap. *Inaim*, *infra eod.* ubi est casus secundum lectiram glossæ, quam ibi dicunt esse communem Jo. Andr. *nu.* 4. & Butr. *nu.* 13. *vers. Adverendum* Ad idem textus in cap. *Latæ*, *infra. Qui sint legitimi*, ubi similiter est casus.

17 Ampliatur tertiò, ut procedat in qualibet præjudiciali, quæ cognoscenda est antequam lis super principali quæstione fuerit contestata, l. 1. *& per tot. C. de ordin. cognit.* & hic notant Host. *n.* 1. *in ver. Peremptus*, & Calder. *in* 1. *notab.* quod habet locum sive civilis præjudicet civili, sive criminalis criminali, sive è converso, ut in exemplis, quæ recensentur in §. *Aliquando*, 1. *cap.* 3. & per glossam in d. c. *Inaim*, *in ver. Dependentem*, *infra eod.* quam ibi omnes sequuntur, & per Calderin. *hic in* 3. *quæst. numer.* 17. de quibus præjudicibus plenius ibi dicam *infra nit. quæstione num.* 32.

16 Ampliatur quartò, fiat ibi vender locum etiam in exceptionibus dilatoriis, quæ regulariter proponendæ, & probandæ sunt ante litis ingressum, ex si causa sit talis, in qua contestatio non requiratur, proponi debent ante illum actum, qui solet fieri post litem contestatam, ut in c. *Inter monasterium*, *infra de appella.* c. *Cum causam*, *de appellat.* l. *vlt. C. de except.* & l. *Vt decernat*, C. *de Procurat.* Unde post litem contestatam, aut etiam post terminum statutum ad dilatorias proponendas, proponi non possunt, c. *Pastoralis*, *infra de except.*

17 Hoc tamen fallit primò in exceptione excommunicationis, quæ proponi potest quandocunque, & ante litem contestatam, & post sententiam, ut cap. *Exceptionem*, *de except.* cap. *Ad probandum*, *de re judic.* & est speciale, ut in exceptione excommunicationis propter periculum animæ, ut dicitur in prædicta Decretali *exceptio-*

18 *nem.* Fallit secundò in dilatoria solutionis, quæ licet ante litem contestatam proponi debeat, non

non tamen prius quàm actor fundaverit intentionem suam, ut leg. *Exceptionem*; & ibi glos. *nu.* c. *de probat.* & cap. *Si quis suspicatus*, §. *Exceptio*, post glossa *prima*, 3. *quæst.* 6.

19 Fallit tertio, si exceptio dilatoria incipiat competere post litem contestatam, ut cap. *Insinuante*, *supra de offic. Deleg.* & l. 2. *C. de Consort. vxoris, lit.* Vel si de novo perveniat ad notitiam partis, cap. *In nostra*, *de Procurat.* & cap. *Pastoralis*, *de except.* Supraescriptam distinctionem inter exceptiones peremptorias, & dilatorias posuerunt tres glossæ magistræ, quarum una haberur originaliter in d. §. *Exceptio*, *in ver. Exceptio*, 3. *q.* 6. altera in d. c. *Exceptionem*, *in ver. Dilatorio*, *de except.* tertia in d. l. *Exceptionem*, quæ est glos. *nu.* & requitur Abbas *hic n.* 6.

20 Nunc limita principalem conclusionem, ut locum non habeat si excipiens excedat limites exceptionis, eò quod non tantùm excipiat, sed etiam petat, seu reconveniat actorem: tunc enim exceptio non elidit principalem quæstionem, sed cum ea concurrit, & sunt duæ mutuæ petitiones, quæ propterea sunt vicissim tractandæ, & terminandæ, ut c. *Pendentem*, *supra de mutuo petit.* & c. *Cum dilectus*, *A. Nos autem*, *infra eod.* & notabiliter declarat *hic* Host. *n.* 1.

21 Aggredior nunc secundum articulum principalem, videlicet an, & quando super incidenti

22 sit pronuntiandum. Ad evidentiam præmittendum quæ sit exceptio, seu quæstio incidens, & quæ emergens. Circa quod omissis expositionibus glossæ, dari solent à Doctoribus tres regulæ, quas hic prosequitur Abbas *num.* 12.

Prima regula est, quòd omnis exceptio peremptoria dicatur incidens pen. prod. quasi incidat, & perimat negotium principale, Emergens verò dicitur omnis dilatoria. Unde Abb. Antiq. *hic num.* 2. ponit versum:

Incidens perimit, emergens quæstio differt.

Et hoc communiter tenent Doctores, ut hic refert Bellam. *in* 2. *quæstione circa finem.* Secunda regula est, quod exceptio habens vestitorem causam in judicio, id est, quæ ante judicium est orta, dicatur incidens, quasi est exceptio consanguinitatis, & facti de non petendo, quæ ortum habent ante litem inchoatam. Emergens verò dicitur, quæ oritur post judicium coptum, quasi tunc emergat. Et hæc regula quasi coincidit cum præcedenti, licet neutra sit admodum perfecta, ut per Abbatem *d. d. num.* 12. Unde ipsi magis placet tertia regula, videlicet, quod omnis exceptio concernens ipsum factum principale, seu quæ opponitur ad ipsum factum, dicatur incidens; quia perimit ipsum factum principale. Exceptio verò concernens processum dicitur emergens, quia in veritate tunc incipit competere respectu objecti, sive sit peremptoria, ut exceptio litis finitæ, sive non, quia ex quo opponitur ad processum, dicitur emergens. Et cum hac tertia regula fere concordat alia, quam hic ponunt Henric. Boich. *num.* 9. & Bellam. *in quæstione circa finem*, nempe quod incidens est omnis quæstio intus cadens, quæ causam principalem, seu negotium principale respicit in se, ut pactum de non petendo, & consimiles. Emergens est, quæ non concernit ipsum principale negotium, sed respicit judicium, seu processum, & ordinem litis, ut si judici, vel parti agenti opponatur excommunicatio, vel si judici, vel testi opponatur infamia, leg. 1. & 2. *C. de ordin. cognit.* cap. *Suscitatur*, *de rescript.* Vel si opponatur contra Procuratorem, quod non sit, vel esse non possit Procurator, l. *Mission*, *C. de procurat.* vel contra judicem, quod non sit competens in causa sua, vel quòd non possit esse judex in causa spirituali, ut qua cognoscere nititur, quia sæcularis, seu laicus, ut c. *Decernimus*, *de iudic.* hæc enim omnia, & similia tangunt processum judicij, quia etiamsi vera sint, nihilominus jus principale remanet integrum inter actorem, & reum.

23 His præcognitis, glossa nostra ponit tres opinionis. Prima negat pronuntiandum esse super incidenti. Secunda affirmat. Tertia distinguit. Tu verò dicas in hoc articulo dari à Doctoribus duas principales theoricas, quæ ambæ sunt in se veræ. Et quamvis differant in modo explicandi, tamen in rei veritate, & quoad juris effectum non discrepant. Prima sententia distinguit inter quæstiones emergentes & incidentes. In emergentibus die breviter esse pronuntiandum, ut leg. *Libera*, *in fin. C. de liber. caus.* leg. *A procedente*, *C. de diat.* leg. *Quoniam*, *Alexandrum*, *C. de l. Iul. de adulter.* Et est ratio, quia non potest in causa principali aliter procedi, ut patet in exemplis suprà proximè allatis. Et in hoc conveniunt

24 omnes. In incidentibus verò regulariter non est pronuntiandum, ut hic probatur in fine, quia textus dicit: Ante est cognoscendum de ipsa, scilicet quæstione incidenti, & non dicit pronuntiandum. Idem probatur expressius in l. 1. *C. de ordin. iudic.* ubi dicitur pertinere ad officium judicis, qui de hæreditate cognoscit universam incidentem quæstionem, quæ in judicium devocatur, examinare, quoniam non de ea, sed de

25 hæreditate pronunciat. Et est ratio, quia judex pronuntiando super principali, satis censetur tacitè pronuntiare super incidenti. Exemplum patet in exceptione consanguinitatis, de qua loquitur hoc capitulum: nam si judex pronuntiet maritum esse adjudicandum mulieri eum vendicanti, utique tacitè pronuntiat exceptionem consanguinitatis non obstare. Et idem in casu converso, & in hoc casu procedit opinio Bulgari, de qua hic in principio glossæ, & circa Joannis Imol. *n.* 6. *vers. Sed an sit necesse*, communiter tenent ut non sit necesse pronuntiare expressè super incidenti, sed satis sit ut pronuntietur tacitè pronuntiando super principali. De communi etiam testatur Abbas *num.* 1. *vers. Et ista duæ solutiones.* Fallit primò hæc regula in exceptionibus, quæ respiciunt & tangunt non modò negotium principale, sed etiam ipsum processum, ut in exceptione rei judicatæ, transactionis, & jurisjurandi. In his enim necessariò est pronuntiandum quando proponuntur per modum emergentis, & ad effectum impediendi processum ad ulteriora, quia non potest aliter super principali procedi. Et hic intellige c. *Exceptiones peremptoriæ*, *de lit. contest. lib.* 6. Secus si proponantur per modum incidentis ad effectum proponendi victoriam super principali negotio, quia tunc super eis non est pronuntiandum, sed sufficit pronuntiare super principali, ut dictum est suprà de incidenti. Et hic intelligo secundum opinionem Mat. & Petr. Dofto-

rum juris civilis, quantum hic meminit glossa nostra, quam tenuerunt etiam Vin. centis, & L. Zu-
27 *ringus hic*. Fallit secundo, nisi quæstio incidens debet ventilari coram alio judice, quam coram judice cognoscente de negotio principali: ut si petenti hæreditatem in foro sæculari opponatur, quòd sit illegitimus; oportet enim ut super incidenti pronuntiet judex ecclesiasticus antequam judex laicus procedat in causa principali, ut cap. *Tuam, infra eod.* & fusius dictum est *supra n. 2. ambiat. num. 14.* Hæc in effectu est distinctio glossæ hic, cum qua concordat Archid. *in §. Spatium, 3. quæst. 3.* & hic dicit esse veram Henric. Boich. *n. 10. & sub n. 12. vers. Et inter.*

28 Secunda principalis theorica est Hostiensis *hic n. 4. vers. Ita verò dico*, quæ licet quoad juris effectum concidat cum prima, tamen est compendiosior, clarior, & facilior, videlicet: Aut est talis quæstio, vel exceptio, vel incidens, vel emergens, cujus pronuntiatione dilatâ, processus principalis quæstionis expediri non potest, eò quòd sit præjudicialis cognitioni negotij principalis, ut veluti quia agente de hæreditate opponitur servitus; vel quæritur, an actor sit excommunicatus, vel infamis, nec ne, ut c. *Quærendum*, & ibi Archid. *2. quæst. 7.* & tunc de illa priùs est cognoscendum, & pronuntiandum; *ut l. A procedente, C. de dilat. l. 2. C. de ordin. cognit. l. Liberum, §. fin. ff. de prævaricator.* Aut est talis quæstio,
29 cujus pronuntiatione dilata processus principa-
30 lis quæstionis potest nihilominus expediri nempe quia non est præjudicialis cognitioni negotij principalis: & tunc quamvis judex si velit, super illa possit expressè pronuntiare, nec per hoc annulletur processus, ut cap. *Super eo, n. primo, in fin. infra de appellat.* tamen non tenetur de necessitate, sed satis est ut pronuntiet tacitè pro-
31 nunciando super principali, ut ibi patet: nisi talis quæstio incidens vel emergens suaventilanda coram alio judice, quàm judice negotij principalis, quia tunc super illa necessario est pronuntiandum, d. c. *Tuam infra eod.* & c. *Latet. Qui ibi sint legitimi*, & secundùm hanc theoricam nullum jus contradicit, & aliæ distinctiones potiùs ad subtilitatem, quàm ad utilitatem traditæ sunt ab Antiquis secundùm Host. *hic in fin.* cum quo concordant Joan. Andr. *n. 8. vers. Breviter dico*, Calder. *n. 16. vers. Hostiensis hic*, Henr. Boich. *n. 12. vers. Et hi, et ista distinctio*, Butr. *circa finem, vers. Conclusio ergo sit.* Abb. *n. 11. vers. Sed concludo clarius*, & alij communiter, & idem Host. *in summa hujus tituli, vers. Breviùs*, Guil. de Monte Laudun. in Clem. *fin. de appell.* & nullus discrepat.

32 Quæro pro complemento materiæ, quæ dicantur quæstiones præjudiciales.

33 Goffredus hic constituebat differentiam inter præjudiciales, & peremptorias: nam præjudiciales dicuntur, in quibus quæritur de conditione personæ, videlicet utrum quis sit liber, vel servus, ingenuus, vel libertinus, filius, vel extraneus. *§. Præjudiciales, inst. de action. l. 1. & 2. C. de ordin. cognit.* Ergo idem cùm quæritur, an actor sit excommunicatus, vel non. c. *Exceptionem, infra de except.* infamis, vel bonæ famæ. c. *Quærendum*, 2. q. 7. & in hoc differunt à peremptorijs, quia præjudiciales proponuntur, & probantur ante litis contestationem. *l. Quæritur Alexandrum, Cod. de judiciis*: licèt quandam proponantur etiam post sententiam, ut *l. Non solùm. §. Cum possea, ff. de judiciis, c. Id prædicandum, infra de re judic.* & c. *Pia Mater, de except. lib. 6.* Peremptoriæ verò quamvis proponantur ante litis contestationem; nunquam tamen probantur nisi lite demum contestata. *l. Si quidem, C. de except. l. Emptor. C. de præscript. long. temp.* nec locum habent post sententiam cap. *Inter, de re judic.* nisi cautèliter, c. 2. *infra de purgat. vulgar.* & cum hac distinctione
34
35 Goffredus tamen hic Host. *num. 2. & 3.* Sed plenius distinguit Joan. Andr. in c. *Tuam, n. 6. vers. Ego dico, infra eodem*: nam secundùm eam præjudicialis quæstio dicitur diversis respectibus. Primò scilicet quoad intentionem actoris, cui præjudicat, & eam perimit: & hoc modo præjudicialis est omnis peremptoria: hæc tamen præjudicat tolùm in diffinitione; nam eâ probata imponitur silentium ipsi actori: sed non præjudicat processui, ut hic, nisi in casibus, de quibus in c. *1. de lit. contest. lib. 6.* deinde dicitur quæstio præjudicialis respectu processûs, scilicet quia primùs tractanda. & de his loquitur glos. in d. cap. *Tuam, in ver. Dependentem.* Et hoc modo dici potest præjudicialis omnis emergens, de qua priùs debet cognosci, & pronuntiari, ut de dilatorijs dictum est *supra n. 16.* Rursus hoc modo præjudicialis est interdùm actio, ut in c. *ult. infra eod.* Tertiò dicitur quæstio præjudicialis quoad eligentem alteram de duabus, quæ sibi competere poterant: nam per hoc infert sibi præjudicium in reliqua, c. *Ut quæ dam, infra de electi.* & c. *nov. de postul. lib. 6.* De hoc in *l. Quod in heredem, §. Eligere ff. de tribut. action.* Et hoc modo aliquando etiam exceptio est præjudicialis ipsi excipienti, licèt regularitèr contra, ut c. *Nullus plurium, de regul. jur. lib. 6.* ubi de hoc in glos. *num. 3.* & per Joan. Andr. *num. 3.*
36 Quartò dicitur præjudicialis quæstio respectu judicis, vel ejus jurisdictionis; & de hac loquitur tex. in d. c. *Tuam*, & in c. *Latet, inf. qui sint leg.* nâ quæstio nativitatis præjudicat judici laico, ne ipsam cognoscat: Item ne in principali procedat, donec quæstio natalium per judicem ecclesiasticum fuerit diffinita: quæ tamen si incideret coram judice ecclesiastico, veluti si excipereturcontra electum, vel præsentatum, confirmandum, vel consecrandum, benedicendum, vel ordinandum, quòd esset illegitimè natus: tunc esset verè peremptoria, & en casu verum esset dictum Innocentij in d. cap. *Tuam, ad finem, vers. Vel de hac dilationem*, quia nec præjudicat processui, nec jurisdictioni, sed solùm probata infert præjudicium actori in sua petitione, quam perimit. Et hanc distinctionem Joan. Andrea in effectu sequuntur in d. c. *Tuam, infra eod.* Henric. Boich. *num. 1.* Bellam. *num. 11.* Butr. *eod.* Card. *num. 4.* & Abb. *num. 6.* nec ab his discrepat Calder. *hic in 3. quæst. n. 19.* Cujus distinctio prolixior est, sed satis clara; & eam sequitur Anchar. in d. c. *Tuam, n. 9.*

DE

DE ORDINE COGNITIONUM.

Cap. Tuam.

SUMMARIUM.

2 *Causa natalium pendente coram judice Ecclesiastico quæstio hæreditatis per sæcularem judicem inchoari non debet. & num. 6.*

2 *Judicium incipit à litis contestatione.*

3 *Exceptio illegitimitatis est peremptoria, & suspensiva jurisdictionis judicis laici.*

4 *Et litis contestationem non inducit.*

5 *Litis contestatio non inducitur per exceptionem excommunicationis.*

6 *Hæreditatem petenti obstat exceptio nativitatis, quæ debet priùs coram Ecclesiastico judice terminari.*

7 *Causa natalium ad Ecclesiam pertinet tam principaliter, quam incidenter, & per viam exceptionis.*

8 *Etiamsi de illa agatur post obitum parentum.*

9 *Judex laicus de quæstione spirituali, nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere. & n. seq. & n. 25.*

Etiam de jure civili. n. 26.

10 *Judex hæreditatis cognoscit incidenter de causa statûs, licèt de illa principaliter cognoscere non possit.*

11 *Causa natalium est spiritualis, & matrimonialis.*

12 *Præjudicialis quæstio si incidat in causa aliqua, supersedendum est in principali, donec præjudicialis terminetur.*

13 *Sive incidat civilis, quæ præjudicet civili.*

14 *Sive incidat civilis, quæ præjudicet criminali, & è converso.*

15 *Sive incidat criminalis, quæ præjudicet criminali.*

16 *Judex laicus, coram quo incidit quæstio natalium, cur debeat supersedere in causa hæreditatis.*

Quæstio natalium an sit præjudicialis causæ hæreditatis. ibid.

17 *Causa hæreditatis prout dependet à quæstione legitimitatis, non pertinet ad judicem Ecclesiasticum.*

18 *Nisi coram Papa, vel coram Episcopo habente jurisdictionem temporalem in loco. quæstio legitimitatis, & hæreditatis simul prepunatur. & n. 32.*

19 *Causa principalis & incidens ubi sunt tractanda coram diversis judicibus, pendente incidente suspendit jurisdictionem in principali. & n. 22.*

20 *Judex Ecclesiasticus, coram quo pendet quæstio incidens præjudicialis, potest inhibere judici laico, ne interim procedat aut processum incboat super principali.*

21 *Et inhibitio fieri potest sine causæ cognitione.*

23 *Et an processus ante inhibitionem sit nullus, parte non opponente, vel appellante.*

24 *Jurisdictio judicis an & quando ex incidentia causæ prorogetur ad aliam speciem jurisdictionis. & & n. seq.*

25 *Quidquid species sit omninò diversa natura, & alterius gradus.*

Et quidsi sit talis ex accidenti ratione personæ n. 34.

Et quid si species non sit separata natura, nec alterius sed inferioris gradus. n. 30.

27 *Judex, qui merum & mixtum imperium non habet ratione incidentiæ, vel prorogationis non potest de his cognoscere, quæ sunt meri vel mixti imperij.*

28 *Judex laicus non potest etiam incidenter cognoscere de exceptione excommunicationis, simoniæ, vel intrusionis.*

Et quid in perjurio n. 29.

31 *Judex Ecclesiasticus potest de quæstione temporali cognoscere incidenter, vel per reconventionem.*

32 *Jurisdictio in temporalibus habitu est penes Ecclesiam.*

33 *Judex laicus an possit cognoscere de causa Ecclesiastica per viam reconventionis. & n. seqq.*

35 *Consuetudo, ut judex laicus sit competens in causa civili reconventionis contra Clericum, servanda est, cùm articulus sit dubitabilis. & n. 55.*

36 *Judex laicus an possit incidenter cognoscere de causa legitimitatis, si controversia non in jure, sed in facto consistat. & num. seqq. usque in finem.*

37 *Usurarum quæstio an pertineat ad judicem laicum si sit conventio super facto, & non super jure. & n. seq. & n. 55.*

39 *Decimarum causa, si sit quæstio super jure decimandi, spectat ad forum Ecclesiæ tantùm: secus si super facto.*

40 *Uxor si petatur ut uxor, nec dubitetur de viribus matrimonij, causa tractari potest coram judice sæculari.*

Declaratur. n. 62.

41 *Authores pro opinione negativa expenduntur. & n. seqq. usque ad n. 44. & n. 61.*

Causa natalium, si sit contentio an quis sit filius hujus, vel alterius, tractari potest coram judice laico, coram quo incidit: secus si sit contentio an matrimonium sit contractum. ibidem. & n. seqq.

42 *Libellus in causa legitimitatis qualiter formetur.*

43 *Judex laicus, coram quo aliquo accusatur de adulterio, si opponatur quòd matrimonium non sit contractum, debet hunc articulum ad Ep. scopum remittere.*

44 *Legitimati per subsequens non succedunt in feudo, ad quod vocantur nati, & procreati ex legitimo matrimonio.*

45 *Intellectus c. Si judex laicus, de sent. excom. lib. 6. & n. seq. & n. 52. & seqq.*

Quæstio facti an matrimonium fuerit contractum non minus est spiritualis, & de foro Ecclesiæ, quàm sit quæstio facti, an quis fuerit ordinatus. ibid. & n. 52.

46 *In spiritualibus judex sæcularis est competens si cadant in laicum active, & quæstio sit super facto aliàs secus, secundùm distinctionem Ancharanæ.*

Sed contra n. 49. & seqq. usq. ad n. 61.

47 *Jurisdictionalis quæstio, sive sit juris sive facti, ad judicem laicum non pertinet.*

48 *Hæresis crimen est est merè Ecclesiasticum etiamsi sit quæstio super facto. & n. 50.*

49 *Judex laicus etiam incidenter non potest cognoscere de*

rum juris civilis, quantum hic meminit glossa nostra, quam tenuerunt etiam Vin. centis, & L. Zu-
27 *ringus hic*. Fallit secundo, nisi quæstio incidens debet ventilari coram alio judice, quam coram judice cognoscente de negotio principali: ut si petenti hæreditatem in foro sæculari opponatur, quòd sit illegitimus; oportet enim ut super incidenti pronuntiet judex ecclesiasticus antequam judex laicus procedat in causa principali, ut cap. *Tuam, infra eod.* & fusius dictum est *supra n. 2. ambiat. num. 14.* Hæc in effectu est distinctio glossæ hic, cum qua concordat Archid. *in §. Spatium, 3. quæst. 3.* & hic dicit esse veram Henric. Boich. *n. 10. & sub n. 12. vers. Et inter.*

28 Secunda principalis theorica est Hostiensis *hic n. 4. vers. Ita verò dico*, quæ licet quoad juris effectum concidat cum prima, tamen est compendiosior, clarior, & facilior, videlicet: Aut est talis quæstio, vel exceptio, vel incidens, vel emergens, cujus pronuntiatione dilatâ, processus principalis quæstionis expediri non potest, eò quòd sit præjudicialis cognitioni negotij principalis, ut veluti quia agente de hæreditate opponitur servitus; vel quæritur, an actor sit excommunicatus, vel infamis, nec ne, ut c. *Quærendum*, & ibi Archid. *2. quæst. 7.* & tunc de illa priùs est cognoscendum, & pronuntiandum; *ut l. A procedente, C. de dilat. l. 2. C. de ordin. cognit. l. Liberum, §. fin. ff. de prævaricator.* Aut est talis quæstio,
29 cujus pronuntiatione dilata processus principa-
30 lis quæstionis potest nihilominus expediri nempe quia non est præjudicialis cognitioni negotij principalis: & tunc quamvis judex si velit, super illa possit expressè pronuntiare, nec per hoc annulletur processus, ut cap. *Super eo, n. primo, in fin. infra de appellat.* tamen non tenetur de necessitate, sed satis est ut pronuntiet tacitè pro-
31 nunciando super principali, ut ibi patet: nisi talis quæstio incidens vel emergens suaventilanda coram alio judice, quàm judice negotij principalis, quia tunc super illa necessario est pronuntiandum, d. c. *Tuam infra eod.* & c. *Latet. Qui ibi sint legitimi*, & secundùm hanc theoricam nullum jus contradicit, & aliæ distinctiones potiùs ad subtilitatem, quàm ad utilitatem traditæ sunt ab Antiquis secundùm Host. *hic in fin.* cum quo concordant Joan. Andr. *n. 8. vers. Breviter dico*, Calder. *n. 16. vers. Hostiensis hic*, Henr. Boich. *n. 12. vers. Et hi, et ista distinctio*, Butr. *circa finem, vers. Conclusio ergo sit.* Abb. *n. 11. vers. Sed concludo clarius*, & alij communiter, & idem Host. *in summa hujus tituli, vers. Breviùs*, Guil. de Monte Laudun. in Clem. *fin. de appell.* & nullus discrepat.

32 Quæro pro complemento materiæ, quæ dicantur quæstiones præjudiciales.

33 Goffredus hic constituebat differentiam inter præjudiciales, & peremptorias: nam præjudiciales dicuntur, in quibus quæritur de conditione personæ, videlicet utrum quis sit liber, vel servus, ingenuus, vel libertinus, filius, vel extraneus. *§. Præjudiciales, inst. de action. l. 1. & 2. C. de ordin. cognit.* Ergo idem cùm quæritur, an actor sit excommunicatus, vel non. c. *Exceptionem, infra de except.* infamis, vel bonæ famæ. c. *Quærendum*, 2. q. 7. & in hoc differunt à peremptorijs, quia præjudiciales proponuntur, & probantur ante litis contestationem. *l. Quæritur Alexandrum, Cod. de judiciis*: licèt quandam proponantur etiam post sententiam, ut *l. Non solùm. §. Cum possea, ff. de judiciis, c. Id prædicandum, infra de re judic.* & c. *Pia Mater, de except. lib. 6.* Peremptoriæ verò quamvis proponantur ante litis contestationem; nunquam tamen probantur nisi lite demum contestata. *l. Si quidem, C. de except. l. Emptor. C. de præscript. long. temp.* nec locum habent post sententiam cap. *Inter, de re judic.* nisi cautèliter, c. 2. *infra de purgat. vulgar.* & cum hac distinctione
34
35 Goffredus tamen hic Host. *num. 2. & 3.* Sed plenius distinguit Joan. Andr. in c. *Tuam, n. 6. vers. Ego dico, infra eodem*: nam secundùm eam præjudicialis quæstio dicitur diversis respectibus. Primò scilicet quoad intentionem actoris, cui præjudicat, & eam perimit: & hoc modo præjudicialis est omnis peremptoria: hæc tamen præjudicat tolùm in diffinitione; nam eâ probata imponitur silentium ipsi actori: sed non præjudicat processui, ut hic, nisi in casibus, de quibus in c. *1. de lit. contest. lib. 6.* deinde dicitur quæstio præjudicialis respectu processûs, scilicet quia primùs tractanda. & de his loquitur glos. in d. cap. *Tuam, in ver. Dependentem.* Et hoc modo dici potest præjudicialis omnis emergens, de qua priùs debet cognosci, & pronuntiari, ut de dilatorijs dictum est *supra n. 16.* Rursus hoc modo præjudicialis est interdùm actio, ut in c. *ult. infra eod.* Tertiò dicitur quæstio præjudicialis quoad eligentem alteram de duabus, quæ sibi competere poterant: nam per hoc infert sibi præjudicium in reliqua, c. *Ut quæ dam, infra de electi.* & c. *nov. de postul. lib. 6.* De hoc in *l. Quod in heredem, §. Eligere ff. de tribut. action.* Et hoc modo aliquando etiam exceptio est præjudicialis ipsi excipienti, licèt regularitèr contra, ut c. *Nullus plurium, de regul. jur. lib. 6.* ubi de hoc in glos. *num. 3.* & per Joan. Andr. *num. 3.*
36 Quartò dicitur præjudicialis quæstio respectu judicis, vel ejus jurisdictionis; & de hac loquitur tex. in d. c. *Tuam*, & in c. *Latet, inf. qui sint leg.* nâ quæstio nativitatis præjudicat judici laico, ne ipsam cognoscat: Item ne in principali procedat, donec quæstio natalium per judicem ecclesiasticum fuerit diffinita: quæ tamen si incideret coram judice ecclesiastico, veluti si excipereturcontra electum, vel præsentatum, confirmandum, vel consecrandum, benedicendum, vel ordinandum, quòd esset illegitimè natus: tunc esset verè peremptoria, & en casu verum esset dictum Innocentij in d. cap. *Tuam, ad finem, vers. Vel de hac dilationem*, quia nec præjudicat processui, nec jurisdictioni, sed solùm probata infert præjudicium actori in sua petitione, quam perimit. Et hanc distinctionem Joan. Andrea in effectu sequuntur in d. c. *Tuam, infra eod.* Henric. Boich. *num. 1.* Bellam. *num. 11.* Butr. *eod.* Card. *num. 4.* & Abb. *num. 6.* nec ab his discrepat Calder. *hic in 3. quæst. n. 19.* Cujus distinctio prolixior est, sed satis clara; & eam sequitur Anchar. in d. c. *Tuam, n. 9.*

DE

DE ORDINE COGNITIONUM.

Cap. Tuam.

SUMMARIUM.

2 *Causa natalium pendente coram judice Ecclesiastico quæstio hæreditatis per sæcularem judicem inchoari non debet. & num. 6.*

2 *Judicium incipit à litis contestatione.*

3 *Exceptio illegitimitatis est peremptoria, & suspensiva jurisdictionis judicis laici.*

4 *Et litis contestationem non inducit.*

5 *Litis contestatio non inducitur per exceptionem excommunicationis.*

6 *Hæreditatem petenti obstat exceptio nativitatis, quæ debet priùs coram Ecclesiastico judice terminari.*

7 *Causa natalium ad Ecclesiam pertinet tam principaliter, quam incidenter, & per viam exceptionis.*

8 *Etiamsi de illa agatur post obitum parentum.*

9 *Judex laicus de quæstione spirituali, nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere. & n. seq. & n. 25.*

Etiam de jure civili. n. 26.

10 *Judex hæreditatis cognoscit incidenter de causa statûs, licèt de illa principaliter cognoscere non possit.*

11 *Causa natalium est spiritualis, & matrimonialis.*

12 *Præjudicialis quæstio si incidat in causa aliqua, supersedendum est in principali, donec præjudicialis terminetur.*

13 *Sive incidat civilis, quæ præjudicet civili.*

14 *Sive incidat civilis, quæ præjudicet criminali, & è converso.*

15 *Sive incidat criminalis, quæ præjudicet criminali.*

16 *Judex laicus, coram quo incidit quæstio natalium, cur debeat supersedere in causa hæreditatis.*

Quæstio natalium an sit præjudicialis causæ hæreditatis. ibid.

17 *Causa hæreditatis prout dependet à quæstione legitimitatis, non pertinet ad judicem Ecclesiasticum.*

18 *Nisi coram Papa, vel coram Episcopo habente jurisdictionem temporalem in loco. quæstio legitimitatis, & hæreditatis simul prepunatur. & n. 32.*

19 *Causa principalis & incidens ubi sunt tractanda coram diversis judicibus, pendente incidente suspendit jurisdictionem in principali. & n. 22.*

20 *Judex Ecclesiasticus, coram quo pendet quæstio incidens præjudicialis, potest inhibere judici laico, ne interim procedat aut processum incboat super principali.*

21 *Et inhibitio fieri potest sine causæ cognitione.*

23 *Et an processus ante inhibitionem sit nullus, parte non opponente, vel appellante.*

24 *Jurisdictio judicis an & quando ex incidentia causæ prorogetur ad aliam speciem jurisdictionis. & & n. seq.*

25 *Quidquid species sit omninò diversa natura, & alterius gradus.*

Et quidsi sit talis ex accidenti ratione personæ n. 34.

Et quid si species non sit separata natura, nec alterius sed inferioris gradus. n. 30.

27 *Judex, qui merum & mixtum imperium non habet ratione incidentiæ, vel prorogationis non potest de his cognoscere, quæ sunt meri vel mixti imperij.*

28 *Judex laicus non potest etiam incidenter cognoscere de exceptione excommunicationis, simoniæ, vel intrusionis.*

Et quid in perjurio n. 29.

31 *Judex Ecclesiasticus potest de quæstione temporali cognoscere incidenter, vel per reconventionem.*

32 *Jurisdictio in temporalibus habitu est penes Ecclesiam.*

33 *Judex laicus an possit cognoscere de causa Ecclesiastica per viam reconventionis. & n. seqq.*

35 *Consuetudo, ut judex laicus sit competens in causa civili reconventionis contra Clericum, servanda est, cùm articulus sit dubitabilis. & n. 55.*

36 *Judex laicus an possit incidenter cognoscere de causa legitimitatis, si controversia non in jure, sed in facto consistat. & num. seqq. usque in finem.*

37 *Usurarum quæstio an pertineat ad judicem laicum si sit conventio super facto, & non super jure. & n. seq. & n. 55.*

39 *Decimarum causa, si sit quæstio super jure decimandi, spectat ad forum Ecclesiæ tantùm: secus si super facto.*

40 *Uxor si petatur ut uxor, nec dubitetur de viribus matrimonij, causa tractari potest coram judice sæculari.*

Declaratur. n. 62.

41 *Authores pro opinione negativa expenduntur. & n. seqq. usque ad n. 44. & n. 61.*

Causa natalium, si sit contentio an quis sit filius hujus, vel alterius, tractari potest coram judice laico, coram quo incidit: secus si sit contentio an matrimonium sit contractum. ibidem. & n. seqq.

42 *Libellus in causa legitimitatis qualiter formetur.*

43 *Judex laicus, coram quo aliquo accusatur de adulterio, si opponatur quòd matrimonium non sit contractum, debet hunc articulum ad Ep. scopum remittere.*

44 *Legitimati per subsequens non succedunt in feudo, ad quod vocantur nati, & procreati ex legitimo matrimonio.*

45 *Intellectus c. Si judex laicus, de sent. excom. lib. 6. & n. seq. & n. 52. & seqq.*

Quæstio facti an matrimonium fuerit contractum non minus est spiritualis, & de foro Ecclesiæ, quàm sit quæstio facti, an quis fuerit ordinatus. ibid. & n. 52.

46 *In spiritualibus judex sæcularis est competens si cadant in laicum active, & quæstio sit super facto aliàs secus, secundùm distinctionem Ancharanæ.*

Sed contra n. 49. & seqq. usq. ad n. 61.

47 *Jurisdictionalis quæstio, sive sit juris sive facti, ad judicem laicum non pertinet.*

48 *Hæresis crimen est est merè Ecclesiasticum etiamsi sit quæstio super facto. & n. 50.*

49 *Judex laicus etiam incidenter non potest cognoscere de*

de quæstione facti an quis sit simoniacus, intrusus, vel baptizatus. & num. 54.

53 *Iudex laicus nec incidenter potest cognoscere de quæstione facti an captus incesserit in habitu, & tonsura.*

54 *Facti quæstio habet complicationem, & mixturam inseparabilem cum quæstione juris.*

56 *Confessiones super matrimonio an fieri possint coram judice secularis.*

57 *Causæ etiam spontaneæ coram judice incompetenti non valet.*

58 *Confessio partium, vel consuetudo non removet incapacitatem judicis laici in spiritualibus.*

59 *Consuetudo in articulo dubitabile propter varietatem opinionum declarat judicis competentiam.*

60 *Terminus à Papa, vel alio Superiore judice Ecclesiastico est præfigendus, infra quem natalium quæstionem prosequatur, & de hæreditate ulteriorem se intromittat.*

61 *Auctores pro opinione affirmativa expendunturi.*

1 TUAM. Continet materiam profundam, & legitur dupliciter.

Primò, scilicet intelligendo quæstionem natalium fuisse moram principaliter coram Papa, eaque pendente fuisse petitam hæreditatem coram judice sæculari. Et huic lecturæ suffragatur littera ibi, *Successionis causam incipere*, nec notat ibi, *Si forte ab ipsa Regina fuerit super hoc requisitus*. Quibus verbis Pontifex clarè supponit causam hæreditatis coram Rege Franciæ, nondum fuisse inchoatam; & nihilominus quæstio natalium ad examen Papæ jam fuerat delata, ut dicitur in principio textus, & juxta hanc lecturam hoc intendit secundum Joan. Andr. & alios post eum. Pendente causâ natalium coram ecclesiastico judice quæstio hæreditatis per sæcularem judicem inchoari non debet.

Secundò, legitur intelligendo prius hic fuisse petitam hæreditatem coram judice laico, & exceptum fuisse de illegitimitate, prout intellexit glossa. Et est communis lectura, ut testantur *hic* Joan. Andr. *num.* 4. & Butr. *num.* 17. *vers. Advertendum*, & hoc modo verbum, *Incipere*, exponitur, id est, inceptam prosequi: & verba, *super hoc requisitus*, exponuntur, id est, pro causæ prosecutione. Sed quia hæc expositio vim infert litteræ, sustinendo communem lecturam, potest dici, judicium incipere à litis contestatione, quæ dicitur litis exordium, & principium causæ, ut legitur, & not. in cap. *Super quæstionum*, 5. *Intentum*, *supra de offic. Delegat.* ita ut antea non dicatur in mora, cap. *Ex parte, il secondo, in fin. de verbor. significat.* & notat Bald. *cons.* 150. *Casu*

3 *actualiter*, *num.* 2. *vers. Ex quo apparet, lib.* 2. Hoc autem casu quamvis Regina Cypri primò petiisset hæreditatem coram Rege Franciæ, tamen cùm illius adversarius illico opposuerit exceptionem illegitimitatis, quæ peremptoria est, cap. 1. *supra eod.* & suspensiva jurisdictionis judicis laici, ut hic, & in cap. *Lator, infra, Qui filij sint*

4 *legit.* Utique per hoc litem non fuit contestatus, ut est text. in c. 2. & ibi glos. *penult.* & communiter omnes *de lit. contest. lib.* 6. cùm non habuerit animum litigandi coram Rege, quin potius illius jurisdictionem declinandi, ut notat glos. *unic. vers. Quæ est intelligendum*, in cap. 1. *supra de lit. contestat.* ubi etiam Innoc. *num.* 1. & ibi dixi

5 *num.* 39. Unde in humili si contra agentem in foro sæculari reus excipiat, quòd sit excommunicatus per hoc litem non contestatur, nec judex sæcularis potest de hujusmodi exceptione cognoscere, sed debet remittere ad ecclesiasticum, secundùm opinionem Vincentij, & communem, ut dicam *infra num.* 28. Idem ergo di-

6 cendum in proposito. Et hoc sensu verbum, *incipere*, retinet propriam significationem, & salvatur communis lectura, secundùm quam textus hoc dicit: Petenti hæreditatem obstat exceptio nativitatis, quæ debet primitus coram ecclesiastico judice terminari. Quidquid tamen sit, quod pertinet ad juris effectum, uterque intellectus est in se verus, quia sive quæstio nativitatis prius moveatur coram judice ecclesiastico, sive incidat coram judice sæculari, solus ecclesiasticus cognoscit, ut est casus apertus in d. c. *Lator, infra Qui filij sint legit.* & hic declarat Cardin. *num.* 3. *vers. Quantum autem.*

7 Nota primò ibi, *ad forum Ecclesiasticum*, causam natalium ad Ecclesiam pertinere, non solùm si de illa principaliter agatur, sed etiam si incidenter, & per viam exceptionis, ut hic est casus secundùm communem lecturam, concordat dict. cap. *Lator, infra Qui filij sint legitimi*: ubi similiter est casus; & hic notant glos. 1. *& fin.* In hoc *in princip.* Abb. Antiq. *num.* 4. Host. *num.* 1. *&* 3. *vers. Sic patet.* Joan. Andr. *num.* 2. Anchar. *in* 1. *not.* Abb. Siculus *num.* 3. & reliqui omnes, & ita communiter concludi attestatur Ripa in c.

8 *Decernimus, num.* 17. *supra de Iudic.* Quod procedit non modò si de quæstione nativitatis agatur in vita, sed etiam post obitum parentum, quia solus ecclesiasticus cognoscit, ut c. 1. 2. & 3. c. *Pervenit*, c. *Per tuas, infra Qui filij sint legit.* secundùm Innoc. *ubi supra.* Host. *num.* 3. & Joan. Andr. *num* 2. *circa finem.*

Rationem principalis conclusionis reddit Innocentius *hic num.* 1. *vers. Sed hoc potest esse*, quia scriptum est, *quos Deus conjunxit, homo non separet*, Matth. 19. cap. *Quos Deus*, 33. *quæst.* 2. cap. *Inter corporalia, supra de translat. Episcop.* Ergo similiter inter eos non fuisse matrimonium, non homo, sed is solus, qui vices Dei gerit in terris, potest judicare, dict. cap. *Inter corporalia*, vel cui ipse commiserit, scilicet Episcopus, secundùm Abb. Antiq. *hic num.* 4. Hostient. *num.* 2. *vers. Secunda est*, Joan. Andr. *num.* 1. Butr. *num.* 15. Abb. Siculus *num.* 3.

9 Vel dic generalem rationem esse, quia de quæstione spirituali judex laicus ob ejus incapacitatem nec principaliter, nec incidenter, nec per reconventionem potest cognoscere, c. *Decernimus*, & cap. *Quanto, supra de Iudic.* d. c. *Lator*, & c. *Causam*, 1. *&* 2. *infra Qui filij sint legit.* & notant hic glos. *ult.* Innoc. *num.* 1. *vers. Vel dic generaliter*, Host. *num.* 2. *vers. Tertia est, & num.* 7. *in ver. Apostolico judicio*, Abb. Antiq. *in fin.* Joan. Andr. *num.* 1. *in fin.* Abb. Sicul. *num.* 3. *vers. Vel secundùm Innocentium*, & reliqui omnes, Ripa in d. c. *Decernimus, num.* 17. ubi de communi.

10 Atque ita non obstat textus in l. *Quoties, C. de judicis*, & in leg. 1. *C. de ordin. Iudic.* ubi Judex hæreditatis cognoscit incidenter de causa status, licet de illa principaliter cognoscere non possit, nam in quæstione spirituali diversa est ratio propter

propter incapacitatem judicis laici, ut in utribus prælegatis: & est exemente Abbatis Antiq. *dict. num.* 4. & declarat Bald. *num.* 2. nam secundùm eum hic casus erant diversi fori, incompatibiles, & derogatorij, quia judex sæcularis non est capax cognoscendi de causis ecclesiasticis: ibi autem erat capax, quod fusius explicat idem Baldus in l. *Quoties, num.* 1. *vers. contra legem nostram*, & *num.* 2. *C. de judic.* Explorati autem juris est causam natalium esse spiritualem, seu matrimonialem, quia pendet ex matrimonio, quod est unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis a Christo Domino institutum, & gratiam conferens, Concil. Trid. *sess.* 24. *de Sacram. matrim. can.* 1. Unde ad Vicarium ipsius instituentis, vel ab eo deputatum pertinet illius cogni-

11 tio, ut hic per Abbatem *num.* 3. *vers. Item matrimonium*, & per Host. in cap. 1. *nu.* 4. *infra Ne Cler. vel Monach.* adeo ut si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad judices ecclesiasticos, anathema sit, *di. sess.* 24. *can. ult.*

12 Secundò nota ibi, *dependentem ex illa successione causam*, quòd si quæstio præjudicialis incidat in causâ aliqua, supersedendum est in causâ principali, donec ipsa præjudicialis quæstio terminetur, arg. 5. *Præjudiciales, Instit. de act.* Et est ratio, quia probatâ quæstione præjudiciali, causa principalis illico est peremptâ, cap. 1. *supra eod.* & hic notat glos. 2. Innocent. *num.* 1. *vers. Potest ergo dici*, Hostient. *num.* 2. *&* 5. *in ver. Perturbare.*

13 Quod verum est sive incidat quæstio civilis, quæ sit præjudicialis civili, veluti si petenti hæreditatem objiciatur, quòd non sit legitimus: nam de legitimitate prius est cognoscendum, ut hic, & in cap. *Lator, infra, qui filij sint legit.* quia si succumbat in quæstione legitimitatis, non habebit locum hæreditatis petitio, cùm illegitimus non possit hæres esse, cap. 2. cap. *Quod nobis*, cap. *Referente*, & cap. *Extenuere, eodem tit.* Abb. Antiq. *hic num.* 2. sive incidat quæstio civilis,

14 quæ præjudicet criminali, ut ei, qui gerit se pro libero, & de aliquo crimine acceptatur, moveatur quæstio status, ut cap. *Prim est.* 5. *Aliquando*, 3. *quæst.* 11. & notatur in cap. 1. *supra eodem.* Sive incidat quæstio criminalis, quæ sit præjudicialis civili, veluti si petens hæreditatem ex testamento accuserit quòd testatorem compulerit, ut eum hæredem institueret, ut l. 1. *C. Si quis alig. test. probib.* Sive demum incidat quæstio criminalis,

15 quæ præjudicet criminali, veluti si servus Dominum suum de capitali crimine accusaverit: non enim audiri debet, sed decapitari ante litem contestatam, ut *in dict.* 5. *Si aliquando.* His enim casibus cognoscendum est prius de quæstione incidenti, ut hic in glos. *in ver. Dependentem*, & per Host. *n.* 5. *in ver. Perturbare*, & Joann. Andr. *num.* 10. & de his consule Speculat. *in tit. de incid. quæst.*

16 Tertiò nota ibi, *Indicij ordinem perturbare*, & hujus rationem, cur judex laicus, coram quo incidit quæstio nativitatis, debeat supersedere in causâ hæreditatis, quousque legitimitatis quæstio fuerit terminata: hoc enim non provenit ex eo, quòd quæstio natalium sit præjudicialis petitioni hæreditatis, secundùm Innoc. *hic ad fin. vers. Vel dic hanc dilationem*, sed quæstio hæreditatis differtur, quia causa matrimonialis non potest agi, nisi coram judice ecclesiastico. Et forsitan judex sæcularis non patietur, ut quæstio hæreditatis coram alio, quam coram se examinetur. Ergo melius est, ut hæreditatis quæstio differatur, alioquin cum istæ duæ quæstiones invicem se contingant, si simul, & eodem tempore agerentur coram diversis judicibus, accidere posset, ut diversi judices circa eamdem personam & hæreditatem diversas seu contrarias ferrent sententias, ecclesiastico scilicet ipsam illegitimam pronunciante, & sæculari hæreditatem eidem tanquam legitimæ adjudicante; & sic sequeretur absurditas, & contrarietas intolerabilis, secundùm Innocentium, cum quo transit *hic* Host. *num.* 3. *vers. Et est ratio*, & Abb. *num.* 8. *vers. Ex quo enim quæstio.* Cæterum an aliquo respectu quæstio nativitatis dici possit præjudicialis causæ hæreditatis, plenè scripsi in cap. 1. *supra eod. in ult. quæstione.*

17 Quartò nota ibi, *Super hoc fuerit requisitus*, causam hæreditatis inter laicos, prout descendit à quæstione legitimitatis, non spectare ad judicem ecclesiasticum, sed ad Regem in suo Regno; & sic ad judicem sæcularem, quando principalis intentatur separatim à quæstione legitimitatis principaliter intentata, ut hic per Butr. *in* 2. *&* 3. *not.* & est casus in cap. *Causam, il secondo, infra Qui filij sint legit.* Tu dic idem secundùm Imol. *num.* 4. Si quæstio legitimitatis incidat in causâ hæreditatis principaliter intentata coram judice sæculari, ut est textus in dict. cap. *Lator, eodem tit. & hic*, secundùm intellectum glos. & com-

18 munem. Secus autem est si coram Papa, vel coram Episcopo habente jurisdictionem temporalem in loco proponatur simul quæstio natalium, & hæreditatis, quia poterit de utraque cognoscere, secundùm Innocentium *hic circa finem*, Hostient. *num.* 3. *vers. Si ergo*, Joan. Andr. *num.* 5. *vers. Si autem coram Papa*, Collectar. *num.* 1. Butr. *num.* 17. *vers. Ideo si quæstio*, & Abb. *num.* 6. *vers. Unde cum hic*, & idem Joan. Andr. in cap. *Lator, super glos. fin. infra Qui filij sint legit.* licet Vincent. contrà.

19 Quintò nota ibi, *Apostolico judicio finem acceperit*, juxta communem lecturam glos. quòd ubi quæstio incidens, & principalis veniunt tractandæ coram diversis judicibus; tunc pendentia incidens ipso jure suspendit jurisdictionem super principali, ut hic per Butr. *in* 4. *not. ab.* & est ex mente Host. *num.* 3. *in fin.* qui exponit ver. *Deletam*, scilicet eo ipso, quòd quæstio nativitatis proposita fuerit coram Rege, & ita est casus in quo aliter, quàm per appellationem suspenditur jurisdictio, & est casus specialis, in quo prius pronunciatur super incidenti, quàm super principali, licet regulariter contrà, ut in c. 1. *supra eod.* & l. 1. *C. de ordin. judic.* Sed illud quando coram eodem Judice ambæ tractantur, secundùm Imol. *hic n.* 4. Ité est casus in quo peremptoria exceptio vel replicatio, etiam post litem contestatam proposita, habet effectum dilatorium, ut per Butr. *ubi supra*, & vide glossam primam in cap. *Exceptionem, infra de except.*

Ultimò nota ibi, *patienter expectet.* Judicem ecclesiasticum, coram quo pendet quæstio incidens ex sui natura præjudicialis, posse inhibere

20 judici laico, ne interim procedat, vel processum inchoet super principali, ut hic. Et quamvis re-

gula,

gulariter non mittatur inhibitoria, nisi causa cognita, ut in Anth. *in mod. lit. non fieri sacr. form.* §. 1. cap. *Non solum*, & cap. *Romana, de appellat. lib. 6.* Et hujusmodi recursus ad judices ecclesiasticos multorius fiant ad intricando processus, & elidendam jurisdictionem judicis laici, ut per Feder. de Senis *cons.* 93. *Eadem quod proponitur, num. 6. in fin.* tamen hoc casu inhiberi poterit sine causæ cognitione, ut hic innuitur, & in dict. cap. *Licet, qui filij sint legit.* & firmat l. ap. *allog.* 62. quæ incipit: *Ipse interim, num.* 7. & Butr.

22 *hic num.* 9. Hæc enim est potius quædam declaratio, quam inhibitio; quia jurisdictio judicis sæcularis super principali propter incidentiam quæstionis natalium, seu alterius præjudicialis est ipso jure suspensa, ut dictum est *supra in 5. not.* etiam ante ullam inhibitionem judicis ecclesiastici, quia sufficit inhibitio juris, ut per Feder. de Senis *cons.* 98. *Nicolaus, num.* 3. *vers. Preterea*, & *num.* 5. *vers. Concludendum*, & Butr.

23 *hic num.* 12. *vers. Et hæc inhibitio*: & est ex mente Innocentij in cap. *Cum M. num.* 10. *supra de Constit.* nam secundum eum quando causa est coram diversis judicibus, quorum unus est inferior, alter superior, ipso jure absque oppositione, vel inhibitione revocata est jurisdictio inferioris, cap. *Licet, de offic. legat.* cap. *Quamvis*, 3. *quæst.* 6. De quo tamen dic latius, ut hic per Butr. *num.* 12. *vers. Hæc videntur*, & Abb. *num.* 11. ubi plene videas; an processus absque inhibitoria sit nullus parte non opponente, vel appellante.

24 In glossa ultima QUÆRO generaliter, an incidentia causæ prorogetur jurisdictionem judicis ad aliam speciem jurisdictionis, ita ut judex quamvis non possit de illa principaliter cognoscere, possit tamen incidenter, vel per viam reconventionis.

25 Doctores solvunt quæstionem distinguendo: nam aut quæritur, an ex incidentia causæ prorogetur jurisdictio ad speciem omnino diversam, & separatæ naturæ, & altioris gradûs: & dicendum est non prorogari; unde judex laicus de causa ex sua natura spirituali puta matrimonij, electionis, aut consimili, aut spirituali annexa, ut jurispatronatus, nec incidenter, nec per reconventionem potest cognoscere; & ad hanc speciem non fit prorogatio, prout hic tenent glos. *final.* Innoc. *in princip.* Hostiens. *num.* 3. *vers. Sic pater*, Butr. *num.* 17. *vers. Dic quod si quæris*, & communiter Canonistæ, ut Abbas testatur *num.* 9. & probatur irrefragabiliter in hac Decretali juxta communem intellectum in cap. *Latar, infra qui filij sint legit.* & in cap. *Si judex laicus*,

26 *de sentent. excommunicat. lib.* 6. & idem tenet Barr. in leg. *Quoties, num.* 1. *C. de judic.* dicens hoc procedere etiam de jure civili, per leg. *Omni in novatione, C. de sacros. Eccles.* quod etiam dixerunt Hostiens. *hic num.* 7. *vers. Et hæc est verum*, &

27 Abb. *num.* 9. *vers. Et quod supra dixi.* Quo fit ut judex, qui merum, & mixtum imperium non habet, sed simplicem jurisdictionem, non possit ratione prorogationis, seu incidentiæ de his cognoscere, quæ sunt meri, vel mixti imperij, ut notat glossa in leg. *Inter convenientes, ff. Ad municipalem.* Butr. *hic num.* 17. *vers. Ideo non prorogatur*, & Abb. *dict. num.* 9. *vers. Sicut dicimus*

28 *in prorogatione.* Hincetiam fit, ut si agentis in foro sæculari objiciatur, quod et excommunicatus, non possit judex laicus de hoc incidenti excommunicationis cognoscere, sed debeat remittere ad ecclesiasticum: ita Vincentius hic, qui idem dicit si objiciatur, quod sit simoniacus, intrusus, vel perjurus. Et sequuntur Host. *num.* 7. *vers. Quid ergo objicitur*, Joan. Andr. *num.* 10. *vers. Dixit etiam*, & Abba *num.* 9. *vers. Ex quo etiam infertur*, quicquid contra scripserit Barr. in l.

29 *Titia, num.* 5. *ff. solut. matr.* licet quod dictum est de perjurio, Joan. Andr. non credat verum, & remittit ad ea, quæ ipse notat in c. *fin. de foro compet. lib.* 6. *super nit. glos.* de quo vide plenissimè Petr. de Anchar. in cap. *Ea quæ, in 3. quæst. de reg. jur. lib.* 6.

30 Aut quæritur an ex incidentia causæ prorogetur jurisdictio judicis ad speciem non omnino diversam, sed alterius naturæ, saltem quoad habitum, nec altioris, sed inferioris gradûs: & ad

31 illam speciem prorogatur jurisdictio: Ideoque si quæstio temporalis incidat coram judice ecclesiastico, vel per reconventionem, utique po-

32 terit de illa ecclesiasticus cognoscere; quia jurisdictio ecclesiastica superior est temporali, & quia habitu in temporalibus jurisdictio est penes Ecclesiam cap. *Causam, qui filij sint legit.* cap. *Novit, de judic.* ac proinde causa temporalis incidenter, circumscriptâ causâ sanguinis, potest tractari coram ecclesiastico, ut hic per Butr. *num.* 17. *Ad diversam autem speciem*, Abb. *num.* 9. *vers. Secus autem in hu*, & tenent Innocentius, Ho-

33 stiensis, & Joan. Andr. supra citati *num.* 18. Supra scriptam theoricam posuit Vincentius hic, qui distinxit inter causas, quæ in sui natura sunt ecclesiasticæ, seu de foro Ecclesiæ, ut spirituales, matrimoniales, & consimiles; & inter eas, quæ solùm ex accidenti, & ratione personarum possidentium spectant ad judicem ecclesiasticum, ut est causa possessionum Clericorum. Primæ nec incidenter, nec per reconventionem tractari possunt coram judice laico: Secundæ verò possunt, ut per eum, cujus distinctionem simpliciter sequuntur hic Joan. Andr. *num.* 10. *vers. Dixit Vincentius*, & Butr. *dict. num.* 17. *vers. Quandoque incidit*; sentit ergo Vincentius ratione incidentiæ, vel per reconventionem causas Clericorum, quæ non sunt spirituales, vel quasi tractari posse coram judice sæculari.

34 Verum Abbas *d. n.* 9. *vers. Et quod dicit*, approbat quidem sententiam Vincentij quoad incidentiam causæ; ideoque si Clericus civiliter agat contra laicum in foro sæculari, & reus opponat, quod Clericus actor sit filius suus, & sit causa, in qua pater non potest à filio conveniri; utique de hoc incidenti judex laicus poterit cognoscere, quia nihil obstat secundum eum. Sed quoad reconventionem secus putat, quia illa est secunda conventio, & super illa principaliter pronuntiatur; unde remittit ad ea, quæ scripsit in c. *At si Clerici, de judic.* ubi *num.* 21. *vers. Restat ergo*, recitat opiniones, & in utramque partem disputat articulum, an in causa merè civili procedat reconventio Clerici coram judice sæculari: & post prolixam examinationem concludit pro parte negativa.

35 Cæterùm contrariam opinionem sequuntur glossæ, & magis communiter Doctores, quæ etiam servaturde consuetudine, ut testatur Joan. Andr.

Andr. in d. c. *At si Clerici*, & cùm articulus sit valde dubitabilis propter varietatem opinionum, hujusmodi consuetudo attendenda est, ut idem met Abbas fatetur *eodem num.* 25. *vers. Sed ego*. vide tu novissimè Carol. de Grail. *in suo tractatu de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 74. ubi pro regula firmat Clericum posse reconveniri coram judice laico, & plurimis relatis testatur eam esse veriorem, & magis communem; eamque sex modis ampliat, & octodecim limitat.

36 Ulteriùs QUÆRO, an judex laicus possit incidenter cognoscere de causa legitimitatis, si controversia non in jure, sed in facto consistat.

In hoc articulo duæ sunt Doctorum opiniones. Prima est eorum, qui putant judicem laicum esse competentem in incidenti legitimitatis quando non agitur de quæstione aliqua juris, puta an matrimonium sit validum, sed tantummodo de quæstione facti, videlicet an matrimonium fuerit contractum, necne. Et hujus sententiæ primò fuit Barr. in l. 2. *num.* 4. *ff. de jurisd. omn. judic.* ubi ait, quæstionem illam, an fuerit matrimonium inter patrem, & matrem alicujus, esse super facto, nec esse causam spiritualem; & propterea illam posse expediri per judicem sæcularem: secus si hic quæstio juris, puta quia posito facto pro constanti, est quæstio, an inter eos potuerit esse matrimonium; quia hæc quæstio spiritualis est, nec de illa potest judex laicus se intromittere; & ita intelligit hoc cap. & cap. *Latar, infra, qui filij sint legit.* Idipsum voluit idem Barr. in l. *Quoties, num.* 1. *vers. Tamen consuevi, C. de judic.* ubi dixit, an quis desponsaverit talem, necne, esse quæstionem facti, quæ nihil habet spiritualitatis; & ideò spectat ad cognitionem judicis sæcularis. Sed si esset contentio, an inter eos potuerit esse matrimonium, vel an sint aliqua verba quæ matrimonium inducerent, hoc spirituale est: & ita loquuntur præallegata capp. secundum eum. Et idem dixit de usuris: nam si sit contentio super facto, puta, quia creditor dicit se numeralle totam summam in instrumento comprehensam; debitor dicit se non recepisse, nisi dimidiam; & aliam dimidiam fuisse adjectam in fraudem usurarum: ita quæstio est facti, in qua nihil est spiritualitatis; sed si partes confitentur pactum, & solum dubitatur, an contractus ex tali pacto descendens sit usurarius, hoc spirituale est, & spectat ad judicium Ecclesiæ, ut in Clem. 1. *de usur.* licet ibi hoc non dicatur, sed ponatur exemplum, quando controvertitur, an sit solutum, vel non, ut quia debitor, dicit se solvisse, vel satisfactum esse de fructibus pignoris; de hoc enim cognoscit laicus, ut observat Cardin. *hic num.* 5. *vers. Simile dictum de contractu usurario*; & ante eum Feder. de Sen. *cons.* 96. *Apparet quædam lex, num.* 2. Hanc Bartoli opinionem sequitur hic Anton. de Butr. *num.* 17. *vers. Hæc vera*, dicens, judicem laicum de causa spirituali non posse incidenter cognoscere; & causam dici spiritualem, quæ principaliter agitatur, ut quia de jure spirituali controvertitur; secus verò si de puro facto spiritualitati accidenti, veluti si petenti hæreditatem opponatur, quod non sit filius legitimus talis, & solum dubitetur an matrimonium contractum fuerit de facto: nam de

37 hoc poterit cognoscere judex sæcularis, exemplo contractus usurarii: nam si sit quæstio facti, videlicet an talis sic contraxerit, necne, quæ ad omnem decidit judex sæcularis; sed si ante facta si vertatur in dubium, an contractus sit usurarius, vel non, cognitio ad ecclesiasticum pertinet, ut notat Paul. de Eleaz. in Clemen. 1. *de usur.* Et idem Butr. in cap. *Cum sit generale, de foro compet.* & ibi etiam Marian. Socinus alias addu. *num.* 19. *vers. Secunda principalis opinio.* Ergo similiter si sit controversia, an fuerit matrimonium ad decisionem articuli non spiritualis, nec a spirituali descendentis, & ex cujus decisione nihil infertur ad matrimonii substantiam, veluti si objiciatur, quod talis non fuerit in potestate, quia merilium, & illam nunquam fuit matrimonium: judex laicus poterit cognoscere ad finem hoc decidendi, secundum eum. Eandem opinionem pluribus comprobat, & ab objectis tuetur Petr. de Anchar. *in repet. cap. Ea, quæ, in 4. quæst. de regal. jur. lib.* 6. & sequuntur Gemin. *cons.* 66. *Pro declaratione num.* 14. Felin. in cap. *Cum sit generale, num.* 1. *vers. In quibus colligo hoc generaliter, supra de foro compet.* Stephan. Aufr. *in tract. de pot. secul. super Eccles. rep.* 4. *Felden.* 8. Ripa in cap. *Decernimus, num.* 17. *de judic.* Alexan. alios etiam in l. *Titia, num.* 6. & 7. *ff. solut. matr.* ubi testatur hanc esse communem, & veram opinionem, & ibi Barbos. *num.* 36. Jason in l. *Quoties, num.* 6. *C. de judic.* ubi etiam ait, illas sequi communiter Canonistas in hoc cap. *Tuam*, ut et ipse dubitet. De communi etiam testantur Covarr. *in epit. de sponsal. cap.* 8. §. 12. *num.* 3. Villal. *in comm. opin. ver. Judex sæcularis, num.* 107. & *seq.* & alii apud Farinac. *de nullitat. quæst.* 8. *num.* 25. Alios complures referunt Menoch. *in tract. de recuper. remed.* 15. *num.* 338. & novissimè Carol. de Grail *in tract. de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 403. & Sanche. *de matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *disput.* 54. *num.* 4. qui amplius putat, & non bene judicem laicum posse cognoscere, an matrimonium ut clandestinum, quasi hæc sit quæstio facti, & non juris.

39 Et est similè in causa decimarum: nam si Rector petit decimas à laico, & laicus excipit, quod non tenetur solvere, quia privilegiatus est à Papa, vel quia tenetur solvere Matrici Ecclesiæ, & non Capellæ; vel allegat compositionem factam authoritate Superioris, vel quia petitur decima de talibus reatus, de quibus laicus negat decimas deberi, & sic est quæstio de jure solvendi. In his, & similibus casibus quæstio ad forum Ecclesiæ est referendam autem non sit quæstio de jure decimandi, veluti si Rector agat contra prædonem frumenti, vel emptorem, quia frumentum non erat decimatum; & sic transivit cum onere suo, ut in cap. *Pastoralis, de decimis* hoc casu dubium non est quin judex sæcularis contra laicum possessorem possit cognoscere. Et idem dicendum si Rector petat res factas ad Ecclesiam pertinentes sibi subtractas, vel ab aliquo detentas; vel si Rector petat laicum compelli ad solutionem decimæ subtractæ, vel ad illius æstimationem ab eo, qui tenetur solvere decimam; & sic sola compulsio postulatur, quæ in facto consistit. His enim casibus bene potest Rector Ecclesiæ adire judicem sæcularem. Ita ex facto respondit Feder. de Sen. *cons.* 245. incip. *Dominus Andreas, per tut. maxime num.* 3. *vers. Sine præjudicio.* Et idem dixit *cons.* 95. *Apparet*

quædam lex, num: 3. verf. Sic dicam: quem refert, & sequitur Anchar. *hic num: 13.* Facit quod notat Joan. Andr. *in addit. Speculat. in tit. Qui in sort. legit. ver. Prejudicialem, litera I.* ubi quod si petant uxor et uxor, & non dubitatur de viribus matrimonii, hæc causa tractari poterit coram judice seculari, prout eum sic retert Butr. *num: 20. verf. Per hoc dicit:* Quinimo Bart. in d. l. *Titia, num: 5. ff. solut. matrim.* amplius videtur voluisse, ut etiamsi dubitetur de substantia matrimonii, hoc est, an legitimæ sint nuptiæ ad effectum legitimitatis filii, cum non deciditur quæstio matrimonialis, nec aliqua ex illa descendens quæ sit spiritualis, sed omnino ab illa separata, poterit judex secularis cognoscere; alias sequeretur, ut nec posset cognoscere de excommunicatione, sacrilegio, aut hæresi si opponeretur, secundum eum. Sed certe dictum Bartoli non admitteremus Canonistæ, ut inquit Butr. *num: 20. verf. Sed plus sentire,* & de exceptione excommunicationis satis dictum est supra *num: 28.* Et longè minus admitteremus quod ait Cynus in l. *si contra, & l. Sacrilegium, C. de nupt.* in l. *Cum Ancilla, C. de incest. nupt.* & in l. *fin. C. de inter. matr.* videlicet quæstionem legitimitatis spectare ad judicem secularem in quantum agitur in finem hæreditatis temporalis. In hoc enim Cyn. malè loquitur, & contra Canones, ut hic per Butrium d. *num: 20. verf. Licet Cyno.*

41 Contrariam opinionem arbitror esse communem, ac de jure veriorem. Quod sit communis patet, quia illam sequitur primò hic juris Canonici illuminator Joan. Andr. *num: 9.* ubi ait, (quæstionem nativitatis ad judicem ecclesiasticum pertinere, cùm aliqua incidit dubitatio circa matrimonium an fuerit legitimum, an non. Si verò nulla de hæc dubitatio defertur, ut si petenti hæreditatem coram judice seculari possessor oppon at quod non sit filius illius, cujus hæreditatem petit, sed alterius, & sic dubitatur de facto, an scilicet illius vel illius sit filius, tractabitur hæc nativitatis quæstio coram judice, coram quo incidit, l. 2. *C. de ordinar. Judic.*) Hæc Joan. Andr. qui ut vides clarè distinguit, an quæstio facti implicet solam dubitationem filiationis, an scilicet actor sit filius illius, vel alterius: & tunc judex laicus cognoscet, an verò implicet dubitationem circa matrimonium; & tunc non solum si dubitatio sit circa jus, videlicet an matrimonium sit legitimum; sed etiam si sit circa factum, id est, an matrimonium de facto fuerit celebratum, cognoscat solus judex ecclesiasticus: allegat Gosfreddum idem dicentem, & subdit, idem tenet Hostiensis *hic, qui num: 7.* end. modo distinguit quæstionem facti circa legitimitatem, seu matrimonium à quæstione facti circa filiationem, ita ut in secundo casu tantum cognitio sit judicis secularis: eodem modo loquitur Archid. in cap. *Bene quidem, num: 8. 96. dist.* dicens judicem laicum non posse de causa matrimoniali etiam incidenter cognoscere, quando super quæstione natalium aliqua incidit quæstio, seu dubitatio circa matrimonium: Secus si dubitetur de facto an quis sit filius hujus vel alterius, & similiter allegat Gosfreddum, neque ab hac distinctione dissentit Feder. de Sen. *cons. 96.* incipien. *Apparet, num: 3. verf. Sed dicebat Ioann. Andr.* Quam etiam amplectitur Cardin. *hic in class. lit. num: 5.* dicens, cognitionem natalium ad judicem ecclesiasticum, filiationis verò ad laicum pertinere, & apertius Bellam. *num: 13. in opposit.* ubi ait: Cùm quæritur, an de quæstione nativitatis possit cognoscere judex secularis, distinguere habet, quia aut incidit quæstio circa matrimonium, an fuerit legitimum, vel non; & tunc indubitatum est, quod solus ecclesiasticus judex de hoc cognoscet, & judicabit. Aut nulla de facto dubitatio defertur de hoc, sed de filiatione; id est, an petens hæreditatem sit filius illius, vel alterius; & tunc coram judice seculari hæc nativitatis quæstio tractabitur, coram quo incidit. Et sequitur hic Petrus de Anchar. *num: 22. verf. Propter hoc Bart.* ubi contra Bart. videtur tenere opinionem Baldi magistri sui, licet subdat, quod stante consuetudine, secundum quam sunt quotidie probationes super matrimonio coram judice laico, potest etiam de jure defendi, ut valeant non tanquam probationes factæ in judicio, sed tanquam probationes factæ extra judicium ad indaginem veritatis, & pro informatione judicis. Similiter Imol. *hic num: 7. verf. Sed advertit*, asserit Joan. Andr. tenere contra Bart. & Butr. nam vult ut qualiter cunque sit quæstio de matrimonio, & sic sit quæstio an sit contractum, necne, illa quæstio sit tractanda coram judice ecclesiastico, per ipsum textum, & subdit quod idem videtur voluisse Bald. in l. *Omni, C. de Sacrof. Eccles.* Et propterea hæc opinio servaretur in practica. Rursus verba Joan. Andr. recitat, & sequitur Abb. *hic num: 10.* Hoc etiam est ex mente Innocentii *hic num: 1. verf. Sed hoc potest esse,* dum ait, inter aliquos non fuisse matrimonium, non hominem, sed solum Dei Vicarium posse judicare: Verba enim illa, non fuisse matrimonium, magis respiciunt dubium facti, quam juris.

42 Similiter paulò infra docet in causa legitimitatis coram judice ecclesiastico sic posse formari libellum, videlicet, Cùm pater meus non fuerit maritus talis Dominæ, de quo genuit talem, peto ut judicetis eam non legitimam. Pondera illa verba, *Cùm pater meus non fuerit maritus,* quæ itidem non jus, sed factum ipsum respiciunt. Et nihilominus Innocentius censet hunc articulum esse tractandum coram judice ecclesiastico. Idipsum est ex mente Speculatoris *in tit. de Reconventionar. §. 2. num: 2.* ubi ait judicem laicum nec incidenter posse cognoscere de causa matrimoniali, quando contentiosè agitur an aliqua sit uxor, vel non, & partes hoc volunt probare, sed causam esse ad Episcopum remittendam. Et subdit idem tenere Vincentium in cap. *Tua, si primo, de decim.* Et hanc declarationem Speculatoris sequitur Bald. *hic num: 1.* allegari etiam possunt pro hac sententia Calder. & Anchar. ut dicam infra *num: 55.* eamque ex professo tuetur Decius in d. cap. *Decernimus, a num: 188. de Iudic.* licet Alex. assertionem sequutus, perperam crediderit contrariam esse communem.

Ex quibus, ni fallor, evidenter apparet hanc esse opinionem Canonistarum ferè omnium, & hallucinatum fuisse Jasonem in d. l. *Quæsitis, num: 7. C. de iudic.* dum dixit contrariam opinionem sequi communiter Canonistas in hoc cap. *Tuam*: nam verò illam hic nemo sequitur, nisi solus Anton. de Butr. ut clarè ostensum est supra *num: 2.* & pare-

parebit infra *num: 61.* De Legistis verò quamvis parum hic curandum, cùm hæc sit messis Canonistarum: tamen contra Bart. tenet Baldus in l. *Quæsitis, num: 3. C. de Iudic.* ubi concludit, sive quæstio sit facti, sive juris, cùm sit ecclesiastica, non pertinere ad judicem secularem illius disceptationem, vel judicium, etiam incidenter. Et loquitur eam in quæstione natalium, quam usurarum, & infra *num: 5.* Format hanc quæstionem.

43 Pone quis accusatur de adulterio coram judice seculari; oportet probare matrimonium: coram quo judice hujusmodi probatio sit faciendæ? allegat Bart. dicentem hanc probationem fieri debere coram judice seculari; quia hæc est mera facti inquisitio, quæ ad eum pertinet: alioquin paucæ liteis essent, quas judex laicus posset per se expedire, quod esset absurdum. Sed eandem Bald. concludit oppositum, quia cùm illa causa inciden sit causa spiritualis, & pertineat ad diversum forum: de jure canonico articulus ille necessariò est probandus coram Episcopo secundùm regulas Canonistarum. Idem firmant Raphael Cuman. Imol. & Dec. in d. l. *Titia, ff. solut. matr.* & ibi etiam Roman. ubi generaliter ait, omnem causam spiritualem sive incidat quæstio facti, sive juris, pertinere ad judicem ecclesiasticum. In eamdem sententiam; id est, judicem laicum non posse cognoscere de causa matrimoniali, etiam si incidat quæstio facti, magis propendet Covarr. *in 4. Decretal. in 2. part. cap. 8. §. fin. num: 3.* & eam tenet, & latè defendit Bolognet. in l. 2. *num: 42. & 43. & seqq. ff. de iurisd. omn. iud.*

Quod autem hæc opinio sicut est communis, ita etiam sit de jure verior, probatur primò in hac Decretali, ubi causa natalium dicitur simpliciter ad forum Ecclesiæ pertinere, nec distinguitur an sit quæstio juris, vel facti.

Nec urget consideratio Ancharani in cap. *Ea quæ, in 4. quæstion. verf. Eodem modo ut credo, de regul. iuris libro 6.* & Barbos. in l. *Titia, num: 36. ff. solut. matr.* videlicet quod hic textus loquatur in Regina Cypri, quam non est verisimile natam fuisse ex personis, de quibus dubitaretur, an de facto contraxissent matrimonium, quod inter Regem, & Reginam non poterat esse nisi notorium, sed solum an fuisset legitimum, fortè propter impedimentum, quod inter parentes poterat esse occultum; & sic vertebatur quæstio juris, non facti.

Quoniam hoc est divinare, & fortè communiter credebatur inter parentes Reginæ matrimonium intercessisse; & ita in Regno de hoc non erat dubium, sed tamen adversarius contendebat de tempore nativitatis Reginæ inter eos non fuisse matrimonium, puta quia post illius nativitatem pater desponsavit uxorem secreto, ut ejus famæ esset consultum, neve fieret commotio in Regno. Et fortasse successio in Comi-

44 tatu Campaniæ requirebat, ut filii essent nati, & concepti ex legitimo matrimonio, quo casu non admittuntur legitimati per subsequens, quia vitium est in radice, secundùm opinionem, quam sequitur Rota, ut apud Card. Seraph *decis. 1300. in fin. & in causa Parmen. Status, 26. Martii 1618.* coram Cardinali Sacrato. Et sic potuit esse quæstio facti, non juris: & alii etiam casus potuerunt contingere, quos satis est fuisse possibiles, ut textus sit generaliter intelligendus.

Secundò pro hac opinione pondero textum in cap. *Per tuas, infra, Qui filii sint legit.* ubi non controvertebatur an matrimonium esset validum necne, sed an fuisset contractum; & ideò receptis testibus judex comprobavit matrimonium fuisse contractum in Capella S. Sergii, & sic erat quæstio facti incidenter objecta ad effectum successionis: & tamen causa à judice laico fuit remissa ad Ecclesiasticum, ut ibi notat gloss. in ver. *Commissum.*

45 Tertiò pro hac parte validissimè stringit textus optimus in cap. *Si judex laicus, de sentent. excommun. libro 6.* ubi solum erat quæstio in facto, videlicet an deprehensus in crimine esset Clericus, necne, & sic an fuisset ordinatus: & tamen de hac quæstione facti non cognoscit judex laicus etiam incidenter, ut ibi deciditur. Ergo idem dicendum in quæstione facti an matrimonium fuerit contractum, vel non: non enim est minus spiritualis, & de foro Ecclesiæ causa matrimonii, quam sit causa Ordinis, cùm utrumque sit Sacramentum novæ Legis à Christo Domino institutum, & gratiam conferens, ut dixi supra *numero 10.* Unde licut quæstio facti, an quis fuerit ordinatus est ecclesiastica, & spiritualis, ut deciditur in d. cap. *Si judex*: ita & quæstio facti an matrimonium fuerit contractum. Et hac ratione, quem esse excommunicatum, hæreticum, vel simoniacum, sunt quæstiones facti; & tamen de illis judex laicus nec incidenter cognoscit, quia spirituales sunt secundùm Vincentium, & alios supra citatos *num: 28.*

46 Verum Anchar. in d. cap. *Ea quæ, num: 10. circa finem, verf. Ad hoc dico, de regul. iuris, libro 6.* ut evaderet decisionem dict. cap. *Si judex laicus*, excogitavit subtilem distinctionem, dicens spiritualia dupliciter considerari. Quædam enim sunt spiritualia, quæ nullo modo cadunt in laicum active, ut eligere. Ordines conferre, excommunicare, Ecclesias possidere, & similia: & de his etiamsi sit quæstio super facto, nec incidenter cognoscit judex laicus. Et in his terminis procedit textus in dict. cap. *Si judex*, & alia exempla superius adducta; quia nec in suis subjectis illa cadunt quoad omnem effectum active. Quædam verò sunt spiritualia, quæ cadunt in laicis etiam active, ut matrimonialia contrahere, liberos procreare, & hujusmodi. Et in his si sit quæstio super facto, laicus videtur judex competens, quoniam ejus rei sui subditi sunt capaces; & propterea de juramento, & usura, quæ sunt in usu laicorum, si sit quæstio facti, judex laicus potest cognoscere, ut idem Anchar. firmavit in d. cap. *Ea*

47 *quæ, in 2. & 3. quæstione.* Quædam denique non sunt spiritualia, sed spiritualibus annexa, ut jus patronatus; & hæc quamvis active cadant in laicum, tamen quia id eis conceditur ex gratia; idcirco de hac gratia illius judex, scilicet Ecclesiasticus, cognoscit. Confirmat Anchar. suam distinctionem ex participatione in punitione criminum, quam habet judex secularis cum ecclesiastico: nam licet sint crimina ecclesiastica, tamen Ecclesia habet judicem laicum pro competente, ut in cap. *Cùm sit generale, de foro compet.* Cùm enim cadant in laicum active, meritò judex laicus potest in eum animadvertere. Fal-

48 lit secundùm eum in crimine hæresis, quia est mere

mere ecclesiasticum, ut dicitur in cap. *Vt ragat. fatum*, 3. *redderent, de hæretic. lib. 6.* Hæc igitur ellejus conclusio, quod spiritualia, vel spiritualibus annexa, quæ per viros ecclesiasticos contractantur, & ministrantur, & de quibus ipsi communmodo sunt capaces activè, & passivè, sunt de foro Ecclesiæ præcisè eiram mutantur mota: in illis verò spiritualibus, de quibus activè laici participant, ut sunt matrimonia, juramenta, crimina, & consimilia judex laicus est competens, cum est quæstio super facto - quam distinctionem sequuntur Arriaga. Albertam. in *tract. de agnos. effect. Cathol. quæst. 2. num. 54.* Farinac. *de inquisit. quæst. 8. numer. 20.* & Carol. de Grail. *de effect. Clericis, effect. 1. numer. 204.* ubi alios allegat.

49 Sed certè hæc distinctio videtur magis subtilis, quam vera: non enim subsistit secundum membrum, quod in spiritualibus, quæ cadunt in laicum activè, judex secularis sit competens cum est quæstio super facto, cum de substantia, de limbus, quæ procul dubio cadit in laicum activè. cap. *Reperiantur, 1. quæst. 1.* cap. *Cum essent, infra de simonia.* & tamen de quæstione facti an laicus sit immunatus, judex secularis non cognoscit etiam incidenter, secundum opinionem Vincentii, quam sequuntur omnes, ut dictum est supra *num. 28.* Similiter de quæstione facti etiam incidenter mota, an quis sit intrusus, judex laicus non poteit cognoscere, ut dixerunt idem Vincentius, & alii supracitati *eodem num. 28.* & tamen intrusio cadit in laicum activè, sicut in ec-

50 clesiasticum, cap. *Si quis ex Episcopis, 79. dist.* cum simili. De crimine autem hæresis hoc fatetur Anchar. quia nec super facto judex secularis est competens, & ex textu in cap. *Secundum Apostolum, de hæret. lib. 6.* Nec relevat replicatio, quod simonia, & hæresis hæresis mere ecclesiastica, ut ex præallegatis *Probatum*: nam ergo dico, & causa matrimonii est mere ecclesiastica, ut fusè ostensum est supra *in 1. contrab.* Ergo ex eo quod matrimonium cadat in laicum activè, non sequitur, ut judex secularis possit cognoscere, cum incidit quæstio facti, sicut non sequitur Simonia, & hæresis cadunt in laicum activè; ergo in illis super

51 facto judex secularis est competens. Quid plura? Baptismus absque dubio cadit in laicum activè, quia laicus etiam Paganus, & Judæus validè baptizat. cap. *Nonnulli, de consecr. dist. 4.* cum concord. & tamen judex laicus non auderet cognoscere de quæstione facti an quis fuerit baptizatus, necne, arg. cap. *ult. in fin.* cum ibi notatis, *infra de presbyt. non baptiz.* & cap. *Sequens per ignorantiam, 1. quæst. 1.* Ergo non idem in matrimonio, quod est Sacramentum magnum: cap. *Dilectum, de bigam.* Concil. Trid. *sess. 25. de Sacram. matrimon. can. 1.* & quamvis sit contractus civilis, tamen postea quam fuit à Domino elevatus in Sacramentum, propterea evasit omnem potestatem secularem, ut plenè scripsi in cap. 1. *nu. 21. inf. de cognat. spirit.*

52 Ex hinc patet non esse faciendam vim an materia cadat in laicum activè, vel passivè, sed tantummodo an res, circa quam incidit quæstio facti, sit spiritualis, quia tunc nec de ipsa quæstione facti judex laicus poteit cognoscere. Et hoc aperte innuit litteral. cap. *Si judex, de sentent. excommun. lib. 6.* nam dum decidit judicem laicum non posse cognoscere de quæstione facti an quis fuerit ordinatus, eam reddit rationem, quia est de re ecclesiastica, & spirituali, de qua, ut ibi tit gloss. in ver. *Spiritualis*, judex laicus nec principaliter, nec incidenter poteit cognoscere: & allegat in specie textum nostrum, non obscurè sentiens hæc duo capitula à pari procedere, ita ut sicut laicus non poteit incidenter cognoscere, de quæstione facti an Ordo fuerit collatus, ut in d. c. *Si judex*, ita nec de quæstione facti an matrimonium fuerit contractum, ut hic.

53 Et stringitur argumentum, quia textus in d. c. *Si judex*, locum habet non tantùm super quæstione facti an quis sit Clericus, sed etiam super quæstione an captus incesserit in habitu, & tonsura, & sit remittendus ad judicem ecclesiasticum, quæ minus videtur habere spiritualitatis annexum: & nihilominus de hac quæstione facti non cognoscit nisi judex ecclesiasticus, ut ex communi sententia latè probat Covarr. *pract. quæst. cap. 33. num. 1.* & aliàs censuit Sac. Congregatio Cardin. Trident. Concilii Interpretum. Ergo multò magis debet cognoscere judex ecclesiasticus de quæstione facti, in qua immediatè agitur de ipso matrimonii Sacramento, scilicet an fuerit contractum.

54 Rationem hujus conclusionis assignat Decius in cap. *Decernimus, num. 188. vers. Sed contra communem, supra de judic.* nempe quia ex facto jus oritur, l. *Si ex plagis, §. ult. ff. ad leg. Aquil.* Unde quæstio juris à quæstione facti videtur separari non posse; Ad facti enim quæstionem sequitur quæstio juris, & quæstio facti necessariò habet mixturam, & complicationem inseparabilem cum juris quæstione, ut Fulgos. tradit *cons. 153. incip. In quæstione circa finem.* Et ratione connexitatis, & mixturæ hoc totum est deferendum ad Judicem ecclesiasticum, tanquam digniorem, cap. *Quanto, supra de judic.* & in simil. notat Barr. in l. *Præcipuum, §. Eodem observando num. 1. C. de appellat.* Rursus quæstio facti ad quæstionem juris ordinatur. Unde de illa idem, quod de quæstione juris est judicandum, ut idem Barr. tradit in simili in l. *Calator, num. 14. ff. de alim. & cibar. legat.* Non obstat responsio Jasonis in l. *Quoties, num. 7. C. de judic.* quam dicit verissimam Ripa in dict. cap. *Decernimus, num. 17.* videlicet quod licet ex facto oriatur jus, non tamen oritur jus spirituale, de quo contenditur: & quamvis causa facti spiritualis sit, tamen de causa facti non disceptatur, sed de ipso facto; & hinc apparet quæstionem facti esse separabilem à quæstione juris, licet quæstio juris à facto separari non possit. Id, inquam, non obstat, quia contrarium convincitur ex dict. cap. *Si judex laicus, de sent. excommun. lib. 6.* ubi quæstio facti an quis sit Clericus dicitur esse de re ecclesiastica, & spirituali, & propterea ad judicem ecclesiasticum pertinere; & tamen ibi non disceptatur de causa facti, scilicet de Ordine ipso, sed solum de facto, id est, an Ordo fuerit collatus. Ergo quando causa facti est spiritualis, etiam factum ipsum propter connexitatem reputatur spirituale, & spectat ad forum Ecclesiæ.

55 Rursus non obstat, quod in causa usurarum judex laicus sit competens cùm incidit quæstio super facto, ut in contrariis: nam respondetur primò hanc esse arduam quæstionem, in qua

sunt variæ Doctorum sententiæ, quas examinat Matiam. Socin. in cap. *Cum sit generale, num. 19. vers. In ea quæstione*, ibi *usurarum*, supra de foro compet. & nihil concludit, sed cogitandum relinquit: & tres principales opiniones prosequitur ibi Felin. *num. 1.* Sed esto verior hæ illa opinio, quod judex laicus possit procedere ubi quæstio facti est omnino abstracta à quæstione juris, quam dicit communem, & sequitur Abb. in dict. cap. *Cum sit generale, num. 17.* Tunc dico non licere arguere à causa usurarum ad causam matrimonii, seu legitimitatis: quia causa usurarum à plerisque dicitur esse mixti fori, sicuti perjurii, sacrilegii, & adulterii: & propterea in prædictis criminibus judex laicus est competens non solùm incidenter, sed etiam principaliter, & est locus præventioni, ut norant omnes in d. cap. *Cùm sit generale*, & scripsi plenè in cap. 1. *num. 39 infra de adulter.* At causa matrimonii, seu legitimitatis est merè ecclesiastica, & de foro Ecclesiæ, & de illa nec principaliter, nec incidenter judex laicus poteit cognoscere, ut est textus rotundus hic, & in cap. *Lator*, & cap. *Causam, il secundo, infra, qui filii sint legit.* & abundè ostensum est supra in 1. *not.* & *num. 45.* Ergo non est simile. Et pro hac differentia adduco in terminis Calder. *in cons. 3. An causa usurarum, de judic.* ibi enim concludit judicem laicum posse incidenter cognoscere de crimine usurarum, si quæstio sit super facto, & non super jure, quia causa usurarum non est merè spiritualis, sed mixta, sicut sacrilegium: & sub *num. 1.* constituit differentiam inter causam usurarum, & quæstionem legitimitatis, cujus cognitionem dicit includere causam spiritualem, quæ est judici laico prohibita: & allegat hoc cap. cum concordant. & eod modo loquitur Petr. de Anchar. *cons. 236. Inhærendo argumento, n. 2. vers. Sed quod etiam.*

56 Rursus non obstat, quod si hæc opinio vera esset, non posset salvari communis practica, quæ habet ut super matrimonio quotidie fiant positiones coram judice seculari, quod talis, & talis fuerunt maritus, & uxor, & quod talis est eorum filius legitimus, ut attestatur Anchar. in d. cap. *Ea quæ, in 4. quæst. vers. Et si hæc opinio, de regul. jur. libro 6.* Esset enim ipso jure nulla, quia coram quo judice non tenet probatio, non tenet coram eodem facta confessio, cap. *At si Clerici, de judic.* Nec tollit obicem responsio Baldi in

57 dict. l. *Quoties, num. 4. de judic.* quod si pars sponte respondeat, & fateatur matrimonium coram judice laico, tenet confessio. Sed si potius velit remitti ad Episcopum, non cogitur respondere, ex notatis per Innocen. in cap. *Per inquisitionem, de elect.* & in cap. *Pisanus, de restit. spoliat.* ubi quod valet confessio, licet processus sit inordinatus, & per Specul. *in tit. de reconvent. §. 2. numer. 2.* ubi quod textus noster habet locum quando proceditur per viam disceptationis, secus si nulla sit contentio, vel disceptatio. Quoniam ut

58 replicant Anchar. *in d. quæst. 4. vers. Postremò dixi.* & Dec. in d. cap. *Decernimus, num. 186. de judic.* cùm laicus sit incapax spiritualium, cap. *Quantò eod. tit.* cap. *Sacrosancta, de elect.* prædicta confessio utcumque spontanea non valet, quia consensus partium in his nihil operatur, nec potest incapacitatem judicis removere, cap. *Si diligenti, de foro compet.* Et dictum Speculat. non videtur probabile secundùm eos, nec consuetudo in his spiritualibus quicquam operatur stante incapacitate judicis laici, cap. *Massana, &*

59 dict. cap. *Sacrosancta, de elect.* Sed huic objectioni ergo respondeo communem practicam hoc casu salvari posse in vim consuetudinis, quia negarinon potest quin principalis quæstio utrum judex laicus possit recipere probationes super facto an matrimonium sit contractum, reddatur valde dubitabilis ex tantorum Doctorum opinionibus argumento eorum, quæ notat gloss. in cap. 1. *in ver. Probabilior, de postul. Prel. lib. 6.* & gloss. 1. in l. *Regula, ff. de jur. & facti ignoran.* Ergo consuetudo attendenda est, cum sit optima legum Interpres, cap. *Cùm dilectus, de consuet.* l. *Si de interpretatione, ff. de legib.* Ad quod allego Abb. in cap. *At si Clerici, num. 25 vers. Sed ego, de judic.* ubi quamvis teneat judicem non esse competentem in causa civili reconventionis contra Clericum: tamen concludit valere contrariam consuetudinem, cùm ille articulus sit valde controversus, ut refert supra *num. 35.* Item jura, quæ tollunt consuetudinem, non videntur tollere interpretativam, ut dixi in cap. 1. *n. 35. & 36. sup. de consuet.*

Nec prædictis obstat consideratio Bartol. & Anchar. quod si hæc Decretalis intelligeretur etiam in quæstione facti, paucæ lites essent, quas judex secularis posset per se expedire, & sequeretur correctio multarum legum, quæ tractant de patria potestate, vel de ejus effectu, ut sunt tractatus de existentia sui hæredis, de liberis exhibendis, & educandis, de liberis agnoscendis, item tractatus de acquisitione usus fructus in bonis filii, & ipsorum administratione: omnes enim hujusmodi causæ, in quibus revocaretur in dubium matrimonium, à quo causatur patria potestas, ex quo descendunt prædicti, & alii infiniti effectus, essent de foro Ecclesiæ, & sic per hunc modum indirectum infinitæ causæ laicorum deducerentur ad ecclesiasticum forum, & per consequens tota jurisdictio secularis absorberetur: quod esset valdè absonum. Quoniam ut formaliter responder Bald. in d. l. *Quoties, num. 5. vers. Aliàs nisi sic, C. de judic.* cum ista causa incidens sit causa spiritualis, & pertineat ad diversum forum de jure Canonico, articulus iste necessariò est probandus coram Episcopo, secundum regu-

60 las Canonistarum. Nec propterea sequuntur absurda, quæ Ancharan. considerat: nam, ut inquit Innocen. *hic circa medium*, certus præfigetur terminus à Papa, vel alio Superiore, infra quem judex ecclesiasticus natalium quæstionem prosequatur, & de hæreditate nullatenus se intromittat, sed Regi dimittat: & probatur clarè in cap. *Lator, Qui filii sint legit.* atque ita in nihilo absorberetur jurisdictio secularis, sed solum ad modicum tempus suspenditur.

Ex contrario autem multò plures sequerentur absurditates: nam plerumque oporteret coram judice laico disceptari de quæstionibus an ad matrimonium probandum requiratur vera probatio per desponsationem in facie Ecclesiæ: an verò sufficiat præsumptæ: & in specie an probetur per annuli subarrationem, vel per instrumentum dotis; Item an probetur per famam vicinæ, vel per confessionem, & tractatum conjugum; & quid si fama opponatur confessioni,

& tractatui, vel è converso; item an probetur ex copula subsequuta post sponsalia, vel ex osculis, amplexibus, & mulieribus, an ve ex traductione mulieris ad domum viri post sponsalia de futuro; an ve testes super his recipiendi debeant esse omni exceptione majores. Hujusmodi enim articuli non respiciunt quæstionem juris an matrimonium sit validum, sed quæstionem facti an matrimonium fuerit contractum; & ideo si de his testes deponerent, utique oporteret judicem laicum cognoscere an inde resultaret matrimonii probatio: & tamen nemo sani capitis non videt quam sit absurdum, & hæc, & consimiles quæstiones discutiantur, & terminentur in foro secutari.

61 Postremò non obstant Authores citati pro contraria sententia: nam de authoritate Bart. alioquin gravissima non multum est curandum, cum hæc materia sit decidenda secundum regulas Canonistarum: & nihilominus illi opponitur Baldus, & alii complures Juristæ citati n. 41. Ex Canonistis verò Joan. Andr. ad Speculat. supra citatus num. 40. debuisset potius allegari pro hac sententia: nam declarans dictum Goffredi, quod si uxor sui controversiam facit marito illam repetenti, locum habeat officium judicis etiam secularis, dicit hoc esse intelligendum, ubi matrimonium sit contractum, officium judicis secularis locum non habet. Gemin. quamvis videatur sentire pro opinione contraria; tamen innititur authoritati Goffredi, & Joan. Andr. qui clare dicunt oppositum ejus, ad quod per eum allegantur Felinus disputat quæstionem de usura, & inde infert ad matrimonium absque ulla articuli discussione, & tamen casus non sunt similes, ut ostensum est supra n. 55. Marian. Socin. similiter non loquitur de quæstione facti super matrimonio, sed super usura. Et ita etiam loquuntur Authores citati ab Alexan. & Menoch. & præcipuè Abb. in cap. *Post inserabitur, in 1. notab. de usur.* & in c. *Cùm sit generale, n. 17. de foro compet.* Covarr. potuisset aptius allegari pro hac sententia, quia tandem concludit consultius fore, ut pars, cujus interest, petat à judice ecclesiastico, ut ubi assumat cognitionem an matrimonium sit contractum, & judici laico inhibeat, quod etiam consulit Gerardus *sing. 96.* Anchar. verò hic videtur voluisse contrarium ejus, quod voluit in dict. cap. *Ea quæ*, ibi enim tenuit coram judice laico posse fieri probationes super matrimonio etiam quando contentiosè agitur an matrimonium sit contractum; & reprobat dictum Speculatoris, qui dicebat judicem laicum non posse cognoscere de causa matrimoniali, quando contentiosè agitur an aliqua sit uxor, vel non; sed solùm quando nulla est contradictio, vel disceptatio: hic verò tenuit hujusmodi probationes tantum valere uti factas extrajudicialiter. Itaque ex Commentatoribus solus Anton. de Butr. ex professo amplectitur opinionem contrariam, cui ego oppono Goffredum, Host. Joan. Andr. & reliquos Canonistas ferè omnes. Ex quibus patet non esse tutum in practica ab hac opinione discedere.

DE CAVSA POSSESSIONIS & proprietatis.

Cap. Cum Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Possessorio, & petitorio si spoliatus simul agat & possessionem, & spoliationem probet, sed non dominium obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio.*
2 *Spiritus sancti invocatio non est de substantia electionis, nec de jure, sed ex laudabili consuetudine introducta.*
3 *Missa non est de forma electionis Papæ.*
4 *Solemnitatis levis omissio actum non vitiat.*
5 *Hymni Te Deum laudamus decantatio non est de substantia electionis.*
6 *Inventarium non vitiatur ex omissione signi Crucis.*
7 *Unanimiter fieri dicitur quod fit nemine discrepante.*
8 *Concorditer fieri non dicitur si vel unus contradicat.*
9 *Conventualis Ecclesia ex proprietate vocabuli dici potest Collegiata tam secularis, quàm regularis, & num. 11.*
10 *Et quid ex communi usu loquendi.*
11 *Conventus dicitur Religiosorum, Capitulum secularium.*
12 *Petitorium, & possessorium per quæ verba censeatur cumulatum in eodem libello, & num. seq.*
13 *Consuetudinem intentans videtur utrumque cumulare.*
14 *Petitorium, & possessorium an, & quibus casibus possint simul intentari.*
15 *Probatio plena per contrariam pleniorem conquassatur.*
16 *Probatio probationem non excludit nisi publicatis attestationibus.*
17 *Probans semiplenè, aliquid probante, dicitur plùs probare, sed non plenius.*
18 *Instrumentum in supplementum defertur semiplenè probanti.*
19 *Nisi adversarius habeat juris assistentiam, aut jurare velit se non debere.*
20 *Testium fidei detrahitur si sint varii, si vacillant, si satagunt probare negativam.*
21 *Negativa quid, quotuplex qualiter coarctetur, & quibus modis probari possit, remissivè.*
22 *Beneficiatus Apostolicum non intercessisse probatur ex registris, in quibus non reperitur descriptum.*
23 *Ius eligendi Episcopum una cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis potest præscribi à Clericis inferiorum Ecclesiarum, etiam sine titulo.*
24 *Præscriptio cumulativa juris instituendi an requirat titulum, & num. seq. usque in fin.*
25 *In Præscriptione juris eligendi titulus non requiritur, si sit cumulativa, secus si privativa, & num. seq.*
26 *In Præscriptionibus contra jus titulus est necessarius.*
27 *Præscriptio cumulativa non est contra jus, si actus sint simultanei, alias secus.*

28 *Institutionum res sunt species.*
29 *Institutio corporalis pertinet ad Archidiaconum de jure communi.*
30 *Institutio authoritabilis non potest fieri ab Archidiacono.*
31 *Nec præscribitur sine titulo, aut immemorabili.*
32 *Institutio collativa quamvis spectet ad Episcopum, tamen Canones non resistunt quin competat inferiori.*
33 *Præscriptio non habens vehementem juris resistentiam, titulum non requirit.*
34 *Mala fides non præsumitur in eo, qui possidet jure non resistente.*
35 *Centenaria possessio titulum non requirit.*
36 *Et quod hoc acquaratur immemorabili.*
37 *Mala fides superveniens non interrumpit præscriptionem jam completam.*
38 *In præscriptione juris instituendi scientia, & patientia Episcopi est loco tituli.*
39 *Error juris dubij dat justam causam præscribendi, & æquipollet erroris facti.*
40 *Enunciativa antiquissima probant famam, quæ est loco tituli.*

1 CUM ECCLESIA SUTRINA. Si spoliatus possessorio, & petitorio simul agens, possessionem, & spoliationem probet, sed non dominium, obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio: hoc dicit secundùm Joann. Andr. cui subscribunt omnes; & est Decretalis fertilissima habens materiam subtilem, & quotidianam, ut ait Ripa in princ. Dividitur in duas partes principales: In prima ponitur facti, & processus narratio: In secunda distinctio ibi, *nos igitur*. Prima pars subdividitur in quinque, & secunda in duas, ut per Joann. Andr.

2 Nota primò ibi, *ut moris est*, invocationem Spiritus Sancti, quæ secundùm Joann. Andr. *hic in princ.* fit per decantationem Hymni, *Veni Creator*, vel Missæ de sancto Spiritu, non esse de substantia electionis, nec de jure, sed ex laudabili consuetudine introductam. Ad hoc cap. *Quia propter, suprà de elect.* & hic firmant
3 Abb. & Ripa uterque *in 1. notab.* Neque obstat quod in Constitutione Gregorii XV. quæ incipit, *Æterni Patris Filius, in §. Mutata tota*, cautum sit electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse quàm in Conclavi, & eo clauso, & post celebratum in eo prima die solitum Missæ sacrificium (scilicet de Spiritu Sancto) & illa verba, fieri aliter non posse, inducant formam, secundùm Felinum in cap. *Dilecta, num. 6. vers. Septimum signum, de rescr.* pt. Dec. *cons. 528. num. 11* Paris. *cons. 19. n. 20. lib. 2.* & actum contrarium ipso jure inficiant, ut notat Bart. in l. *fin. num. 7. ff. de fer.* Jas. in l. *Non dubium num. 60. C. de legib.* cùm præsertim celebratio Missæ sub unica determinatione cumuletur cum clausura Conclavis, quæ proculdubio est substantialis, ad l. *Item hoc jure, §. Sed si*, & ibi Bart. *num. 1. ff. de ville. & pupill.* Id, inquam, non obstat, quia in §. *Quod si electio*, ubi perstringitur forma substantialis electionis cum decreto irritanti, non repetuntur illa verba, *post celebratum Missæ sacrificium*, quod clare demonstrat hanc solemnitatem ad electionis validitatem non pertinere. Quare de hoc defectu sicut excipi non potest contra electionem inferiorum, ita nec contra electionem Papæ. Ad hoc cap. *Licet de vitanda*, & quod ibi dixi in 3. *notabili suprà de elect.*

4 Ratio suprascriptæ decisionis est, quia hæc levis solemnitas, cujus omissio actum non vitiat, l. 1. §. *fin. ff. de ventr. inspic.* Aym. *cons. 182. Videtur, num. 17. vers. Similiter omissio.* Unde in simili quamvis in publicatione electionis decantari soleat Hymnus Ambrosii, & Augustini, scilicet *Te Deum laudamus*; tamen si omittatur, non vitiatur electio, Specul. *in tit. de elect. §. 1. vers. Consequenter, num. 36.* Bertrachin. *in tract. de Episcop.*
6 *q. 9. lib. 3.* Similiter quamvis in inventario præmittendum sit signum Crucis, hæc tamen solemnitas levis est, cujus defectus inventarium non inficit. Bart. & alii post eum in l. *fin. §. 1. num. 3. vers. Hæc est forma, C. de jure deliber.* & eodem modo etiì in instrumento præmittenda sit invocatio nominis Domini, ut notat glossa 1. in l. *Generali, C. de Tabular. lib. 10.* & in Auth. *Ut præpon. nomen imper. in ver. Authore*, tamen omissa non invalidat instrumentum, secundùm Bart. in l. *Si quis ex argentario. § Si vitium, num. 7. ff. de eden.* & Ripa *hic in 1. notab.* Sed an hoc ultimum sit verum, & an procedat ex consuetudine, plenè notavi in cap. *In nomine Domini, in 1. notabili, n. 7. infrà de testibus.*

7 Secundò nota ibi, *unanimiter elegistis*, hoc verbum, *unanimiter*, innuere actum nisi celebratum nemine discrepante. Quod apertius probatur in cap. *Bona, il secondo*, & in cap. *Etsi unanimiter, suprà de postul. Prælat.* & sentit hic Innoc. dum ait commendabile esse ut fiat unanimiter, ut in cap. *Innotuit, de elect.* licet raro sic fiat, cap. *Nec novum, 8. quæst. 1.* Et quamvis Anton. de Butr. in cap. *Ad aures, in 1. notab. suprà, Quod mec. cap.* ex eo textu deducat unanimiter factum dici posse quod factum est à majori parte Capituli, seu Collegii aliquibus contradicentibus: tamen revera ex illa Decretali colligitur oppositum: nam ibi non dicitur simpliciter electionem fuisse unanimiter celebratam, sed unanimiter uno excepto. Quæ exceptio frustrà fuisset adjecta, si verbum *unanimiter* verificaretur in majori parte Collegii, ut bene ibi per imolam in 1. *notab.* & Abb. *num. 1.* Ergo igitur idem importare aliquid fieri unanimiter, nemine dissentiente, prout hic firmant Abb. Barbat. & Ripa *in 2. notab.* Felin. in cap. *Non potest, nu. 8. vers. Idem de verbo unanimiter, de re judic.* & consentit Bald. in l. *fin. in 1. col. de impub.* & in l. *un. §. Illuta, in 1. col. C. de Caduc. tollen.* dum ait hanc dictionem *unanimiter*, seu unà, esse valde conjunctivam, & importare summam
8 conjunctionem, & unitatem. Eodem modo concorditer aliquid fieri non dicitur, si vel unus contradicat, ut notat gloss. in Clem. *Ne Romani, in ver. Concorditer, de elect.* & in cap. *Capientes, in eodem ver. eodem tit. lib. 6.* Di quo tamen vide ad saturitatem Felinum contra à jura concilianem in dicto cap. *Non potest, num. 8.* & hæc nota pro scholaribus, qui in Collegio dicuntur unanimiter, seu concorditer approbati, secundùm Abb.

9 Tertiò nota ibi, *Clerici Conventualium Ecclesiarum*. Collegiatas Ecclesias sæculares; o Se appellari Conventuales; & sic verbum Conven-

tur congruit non tantùm Collegio Religiosorum, sed etiam Clericorum secularium, ut ibi per Abb. *in 3 notab.* & Ripa n.4. Adquod facit etymologia vocabuli: dicitur enim conventus à conveniendo, ut cap. 1. 13. *disposit.* Item facit text. in Clem. *1. de statu*, ibi, Collegiatis secularibus, vel regularibus Ecclesiis, *de statu, & qualit.* & Concil. Trident. *cap. 4. in prim. sess. 22.* Subdit tamen Abbas hoc procedere de jure, & ex proprietate vocabuli. Secus de communi usu loquendi, quo Ecclesiæ Religiosorum tantùm appellantur Conventuales. Quod ipsum asserit idem Abbas in cap. *Educerit in ultimo notab. de res-*
11 *script.* & sequitur Ripa, *vbi supra.* Et addit Archid. in cap. *Quia sæpe, num. 2. de elect. lib. 6.* ubi ait Conventum dici Religiosorum. & Capitulum secularium: hæc enim duo ponuntur ut diversa in Clem. 1. *de magistr.* licet quandoque ponantur promiscuè, ut ibi notat Cardin. *in 2. notab.* Non obstat quod Gemin. *consil. 131.* incip. *Quæsitum venerit. num. 4.* decidat Constitutionem Papæ disponentem Prioratus Conventuales vacare, si electi non fuerint infra sex menses promoti ad Ordines requisitos, non comprehendere ecclesias collegiatas seculares, eò quòd appellationis Ecclesiarum Conventualium de proprietate sermonis non contineantur Ecclesiæ clericorum secularium: Etenim ut respondet Ripa, decisio Gemin. est vera, quia verba illius Constitutionis sunt intelligenda secundùm communem usum loquendi; sed ejus ratio falsa est per prædicta. Hic tamen usus non est ubique uniformis. Unde in Cathedrali Ecclesia S. Angeli in Vado collegium Spiritus Sancti, quod est clericorum secularium, ex communi usu loquendi appellatur Conventus: & adde quod notatur per Joan. Andr. & Calder. in cap. *Capitulum, supra de rescript.*

12 Quartò nota ibi, *postulabant*, petitorium, & possessorium reintegrandæ censeri in eodem libello cumulatum per hæc verba, *cùm consueverimus electioni interesse, petimus electionem nobis absentibus fallam, cassari*: secundùm Innoc. *hic in prim.* cui Bart. *num. 10.* & cæteri additipulantur. Rationem reddit Bald. *num. 3.* quia consuetudo est tam juris, quàm facti; & ideò quintentat consuetudinem videtur simul intentare petitorium, & possessorium. Generaliter autem quibus verbis utrumque judicium censeatur cumulatum in eodem libello, plenè hic prose-
13 quitur Innocentius, & reliqui post eum. Hæc
14 tamen procedunt in possessorio reintegrandæ, seu recuperandæ, quod ut hic patet, in eodem libello cumulari potest cum petitorio, sicut & possessorium adipiscendæ, ut notant omnes in l. *Neque si ter, §. Nihil commune, ubi in specie* Ripa *num. 142. ff. de acquirend. possess.* Menoch. *de adipiscend. remed. 3. n. 161.* & plenius *remed. 4. q. 64. à num. 510.* Verùm an hæc cumulatio cum petitorio fieri possit in possessorio retinendæ, ardua, & perdifficilis est quæstio, de qua consule eumdem Menoch. *de retinen. remed. 3. quæst. 66. à num. 511.* ubi novem casus distinguit, & materiam satisfaciè prosequitur.

15 Quintò nota ibi, *plenam probassent*, probationem plenam per contrariam plurimorem vinci, & conquassari. Ad idem l. *Observatum, §. Si testes, ff. de testib.* Bartol. in l. *Si duo, num. 4. ff. Vti possid.* textum in cap. *Licet causam*, & ibi gloss. & Doctores *infra, de probat.* Surd. *cons. 135. n. 94. lib. 1.*

16 Rota *decis. 366. num. 2. part. 5. recentior.* Aliàs tamen probatio probationem non excludit. Ægid. *decis. 624. num. 2.* Cassad. *decis. 2. de dilat.* Rota *decis. 587. num. 5. par. 4. diversi.* nisi publicatis attestationibus, ut in Clem. *Secunda de testib.*

17 Addit Bald. *hic num. 6.* quod ille, qui semiplenè probat, alio nihil probante, dicitur plus probare, non tamen plenius: & ideo in defectum
18 probationis deferendum est Sacramentum semiplenè probanti, juxta textum in l. *Bonæ fidei, C. de rebus creditis.* Præterquam in duobus casibus.
19 Primus est cùm adversarius habet pro se juris dispositionem, seu assistentiam. Secundus cùm adversarius vult jurare: cùm enim ambo sint ejusdem authoritatis, & uterque pariter sciat veritatem, si reus offert se paratum jurare se non debere, non debet deferri juramentum actori. Secus si non vult jurare. Hæc est gloss. *vn. in jure*, in l. *Maritus, in ver. Absente, ff. de quæst.* secundùm Bald. qui tamen subdit eam glossam de facto non servari. De materia hujus juramenti suppletorii, seu necessarii, consule Bart. & Doctores in l. *Admonendi, ff. de jurejur.* & Mascardum plura cumulantem *de probat. conclus. 954. vol. 2.*

20 Sextò nota in ver. *Nos igitur.* tria quæ detrahunt fidei testium videlicet si sint varii, si vacillant, si satagunt probare negativam. Quid sit variare, & quid vacillare, notatur in cap. *Præterea, de testium cogen.* & per Bart. in l. *Eos, ff. de fals.* & Felin. in cap. *Cùm in tua, de testibus.* Et de ne-
21 gativa vide quod notatur in cap. *Bonæ, ii secundo, de elect.* & latissimè *hic* per Ripam *à num. 70.* ubi primò præmittit quid sit negativa, quot sunt illius species, & qualiter coarctetur. Deinde ponit regulam quòd negativa sit improbabilis per rerum naturam, eamque dupliciter ampliat. Demum à *num. 79.* prosequitur octo modos probandi negativam: & quoad quartum videlicet
22 per registrum, vide Constitutionem Urbani VIII. *super præservatione jurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum*, quæ incipit, *Romanus Pontifex, editam die 5. Junii 1641. post princ.* ubi dicitur (Confirmationes, approbationes, & beneplacita Papæ, præsertim ubi agitur de præjudicio perpetuo semper consuevisse in scriptis expediri, præcipuè per litteras Apostolicas, sive sub plumbo, sive in forma Brevis sub annulo Piscatoris; ideò si in registris Apostolicis, quæ fideliter custodiuntur, non reperiuntur descripta, vel registrata, vel non exhibentur originalia litterarum Apostolicarum, aut transumpta, juxta formam alterius Constitutionis ejusdem Pontificis editæ die prima Junii 1635. inde deducitur Romanos Pontifices hujusmodi confirmationes, approbationes, aut beneplacita numquam concessisse) Hæc ibi. Quamobrem quod asserunt Doctores, & millies resolvit Rota ex cursu rigoris annorum cum observantia subsequitur præsumi beneplacitum Apostolicũ, hodie cessat, quia hanc præsumptionem sustulit Urbana Constitutio in his, quæ sunt Ecclesiis, aut personis ecclesiasticis præjudicialia. Probatur enim negativa eo ipso, quòd beneplacita hujusmodi in rescriptis Apostolicis non reperiuntur *de scripta*, ut scripsi plenius in c. 1. *n. 45. & seqq. sup. de consuet.*

In glossa in ver. *Temporis diuturnitatis*, nota cle-
23 ricos inferiores nomine fratrum Ecclesiarum posse præscribere jus eligendi episcopum una cum Canonicis Ecclesiæ cathedralis, ad quos pertinet de jure communi, & in hac præscriptione titulum non requiri. Sed an hoc sit verum, plenè examinabitur in quæstione sequenti.

24 Ex facto quæritur est utrum in præscriptione cumulativa juris nominandi requiratur titulus, necne.

Inter episcopum Burgi S. Donnini, & Præpositum Buxet jam S. Congregatio censuit Præpositum præscripsisse jus nominandi cumulativè cum episcopo ad Canonicatus, beneficia, & ecclesias in litteris Eugenii IV. designatas, si modò verè de jure patronatus existant, ad præscriptũ Concilij Tridentini *cap. 9. sess. 25.* ut plenè scripsi in cap. *Audito, n. num. 2. vers. in fin. infra de præscript.* Et quamvis ante diffinitionem hujus causæ actum esset de singulis requisitis ad præscriptionem judicandam, quia tamen ex parte episcopo opponebatur Præpositum non habuisse titulum coloratum ad quartum Canonicatus, & duo beneficia suæ Præposituræ vocatis partibus in contradictorio concordatum est in dubio, An in præscriptione hujusmodi requiratur titulus, ac si requiratur, an de eo constet. Quod S. Congregatio proximè habita justè ut proponeretur in sequenti, rejecta oppositione episcopi, quod prius cognoscendum esset in Rota an constaret de jure patronatus,

25 Quoad primam partem dubii Doctores conciliantes hanc Decretalem, quæ in præscriptione juris eligendi titulum non requirit, cum Constitutione Bonifacii VIII. in cap. 1. *de præ-*
26 *script. lib. 6.* ubi in præscriptionibus contra jus diuturnum necessarius titulus, qui possessori justam causam tribuat præscribendi, censent in terminis hujus Decretalis non fuisse necessarium titulum, quia agebatur de præscriptione juris eligendi cumulativè cum Canonicis, ad quos electio de jure pertinebat: quæ quidem præscriptio non est contra, sed præter, vel secundum jus commune, quia non privat Capitulum jure eligendi, sed alium adjungit, qui una cum Capitulo eligat. Constitutio autem Bonifacii expressè loquitur de præscriptionibus contra jus. Atque ita adscripsit Joann. Andr. *hic prope fin. num. 22.* in hæc verba: Dic quod præscribere contra Canonicos ne eligant est contra jus commune, & ibi necessarius est titulus, sed præscribere quod cum ipsis eligant illud est præter jus, vel secundum jus, 63. *dist. cap. Obeuntibus*; & ideo talis præscriptio procedit sine titulo: quæ opinio Joan. Andr. placuit etiam Anchar. *hic num. 28.* & Ripæ *num. 122.* qui eam tuetur ab objectis Abbatis, & sequitur Felin. in cap. *si diligenti, num. 5. ad fin. de præscript.* ibi, quia non possidebatur jus eligendi ad exclusionem Capituli; illud enim esset contra jus, sed erat præscriptum ut fieret electio simul ab extraneis, & Capitulo: & idem Joann. Andr. in cap. *Ad decimas, num. 4. ad fin.* & sic etiam Franc. *num. 6. in fin.* & Gemin. *cons. vers. secundò, de rebus spectantibus lib. 6.* Quo circa hanc opinionem quod præscribere contra eum, qui habet intentionem fundatam de jure communi, ita demum egeat titulo, si privativè præscribat, non si cumulativè, dicit videri magis communem, & tenendam Bald. *de præ-*
script. par. 1. 2. part. principalis q. 8. n. 4. in fin. & n. 5. cui eum sequitur est Rota Capuraq. *par. 3. decis. 306. num. 8.* & in *causa Placentina post 20. Novembris* 1602. coram Penia. Ex his contendit Præpositus suam præscriptionem procedere absque titulo, quia non privat Ordinarium facultate instituendi, cùm ut tantùm cumulativa, ut tam censuit S. Congregatio.

27 Verùm hoc primum Præpositi fundamentum non videtur tutum, quia ita demum cumulativa præscriptio dicitur præter, vel secundum jus commune, si concurrat in eodem actu simultaneo, puta ut extraneus interfit electioni una cum Collegio, ad quod spectat eligendi facultas; atque in his terminis procedit hoc capitulum, & doctrinæ superius relatæ. Secus autem si cumulativa fit alis, ut unus faciat actum seorsim ab alio, & sit locus præventioni, ut in casu Præpositi. Ratio differentiæ est, quia in primo casu jus commune non prohibet, imò approbat, & commendat ut plures interfint electioni, quò maturius, & prudentius perficiatur, ut c. *Obeuntibus, 63. dist.* Quem citat Joan. Andr. & c. *Prudentiam*, ibi: (Cùm sicut Canones arcessantur integrum sit judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur) *de offic. deleg.* Quod citat Anchar. loco suprà citato. Hæc autem ratio minimè viget cùm unus eligit, aut instituit seorsim ab alio, quia actus institutionis tunc non absolvitur judicio ut ita; quinimò facultas instituendi pro illa vice abdicatur ab Episcopo in totum, & transfunditur in inferiorem præventorem, in quo non est tanta præsumptio prudentiæ, & maturitatis. Unde præscriptio hoc casu tanquam contraria juri communi non videtur procedere absque titulo, per reg. *il. cap. 1. de præscript. lib. 6.*

Neque obstat dicta decisio Capuraq. ubi decidit titulum non esse necessarium, quando beneficiatus non intendit excludere Rectorem, & perceptorem decimarum in totum, sed ut tantùm concurrere. Quia ibi non agebatur de perceptione decimarum per vices, ita ut semel illas percipiat beneficiatus, semel Rector Parochialis; sed uterque concurrebat in eodem actu individuo perceptionis decimarum: hoc autem casu si Præpositus præveniat in institutione, non fit locus concursui, sed Episcopus quiescit, & nihil agit pro ea vice, atque ita decisio Capuraq. potiùs confirmat hanc distinctionem.

28 Verùmtamen ex aliis capitibus non videntur necessarius titulus in præscriptione, de qua nunc est quæstio. Quod ut clarius appareat, oportet primò distinguere tres institutionum species a
29 sacris Canonibus constitutas. Prima species est institutionis corporalis, hoc est immissionis in possessionem: & hæc competit Archidiacono de jure communi absque ulla præscriptione; ut est textus ad litteram in c. *Ad hæc, de offic. Archid.* ibi (Institutio corporalis tam super beneficiis, quàm etiam dignitatibus ad ipsum (hoc est ad Archidiaconum) debeat pertinere) & tradit Abb. in c. *Cùm venissent, n. 10. & seq. de testib.*

30 Secunda species est institutionis authorizabilis, id est approbationis ad curam animarum: & hanc jura prohibent, ac vehementer cessiunt fieri posse ab Archidiacono, ut in cap. *Cùm sicut*, ubi

ubi notatur de offic. Archid. ob quam juris resi-
31 stentiam hæc institutio vel nullo modo prætermittitur, vel certè requirit, aut quadragenaria cum titulo, aut immemorabilem, ex traditis per Bellam. *consil.* 10. *Fallum est tale, num.* 5. *cum pluribus seqq.* & aliis *col.* 3. *circa med. vers. Secundo requiritur, & col.* 17. *in prin. vers. Circa quintum,* Aym. *cons.* 134. *scripti actis, n.* 14. & sequitur Rota *diversi part.* 1. *decis.* 803. *n.* 3. *or.* 4. & hanc Præpositus consentire fieri debere ab Episcopo.

32 Tertia species media inter corporalem, & authorizabilem institutionem, est quam vocant collativam, de qua nunc controvertitur, & hæc quamvis de jure spectet ad Episcopum tantum, cap. *Cum ex injuncto, in fin. de hæret. lib.* 6. Canones tamen non resistunt quominus comperat ex consuetudine Archidiacono. Quinimò huic consuetudini affirmat, ut probatur in cap. *In plebium, 63. dist.* in cap. *Super ea,* juncta gloss. in ver. *Archidiaconum, de offic. deleg.* cap. *Ad hæc,* cum glossa in ver. *Consuetudines, de excess. Prælat.* in cap. *fin.* ubi etiam glossa in ver. *Archid.* gloss. & Doctores
33 in dicto cap. *Cum venissent.* Unde fit ut hæc institutio absque titulo possit præcribi, quia quotiescumque præscriptio non habet vehementem juris resistentiam, non requirit titulum, cap. *Plaza 1, 9. Potest, 16. q.* 3. cap. *De quarta,* ubi DD. cap. *Si diligenti,* ubi glossa in ver. *Instituto,* & Felin. post alios *num.* 8. *vers. Est verum, de præscript.* Dec. *consil.* 134. *Vis. puncto, sub num.* 41. *vers. Et ad hæc facit,* dicens decisionem cap. 1. *de præscript. lib.* 6. procedere ubi fortiter jus commune resistit præscribenti. Covarr. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 7. & decidit Rota in *dicta causa Florentina*
34 coram Penia. Ratio est, quia titulus non requiritur in præscriptione, nisi ad excludendam malæ fidei possessionem; & mala fides non præsumitur in eo, qui possidet jure non improbante, aut resistente, Innoc. & Bald. in cap. *Per tuas, de testib.*

35 Alterum caput quod justificat hanc præscriptionem, est quia Præpositus instituit anno 1481. usque ad annum 1601. atque nic tur centenaria possessione, quæ titulum non requirit, Afflict. *decis.* 324. *num.* 6. & censuit Rota apud Seraph. *decis.* 707. *n.* 2. & Gabriel *communi. concl. de præscript. concl.* 1. *n.* 71. & 73. ubi aliis pluribus relatis dicit hanc opinionem communiter
36 approbari: quoad hoc enim immemorabilis, & centenaria possessio æquiparantur: Gemin. in d. cap. 1. *col.* 4. *vers. sed quæritur 1. ap.* & ibi etiam Anchar. *col. fin. vers. Quarto etiam, circa hoc, de præscript. lib.* 6. Gabriel. & Seraph. *locis citatis.*

Neque his obstat laudum anno 1565. latum ab Ormanetto inter Episcopum Cremonæ, & Præpositum Buxeti, quo decernuntur irrita ab ea omnia utrinque producta: nam uti jam respondit S. Congregatio in alia propositione hujus causæ dictum laudum quod pertinet ad institutionem, effectum non habuit, quia utraque pars pertexit instituere, ut prius consueverat. Ac præterea non justificat jus Præpositi acquisitum per præscriptionem annorum octuaginta.

37 Nam nec mala fides superveniens interrumpit præscriptionem jam absolutam, gloss. communiter approbata in cap. *Fugiendi, in ver. Noverit, de præscript.* & scripti plenius in cap. *Si quis n.* 10. *de regular.* Atque ex his videtur respondendum Præpositi præscriptionem non requirere titulum.

38 Sed quatenus titulus esset necessarius, quod pertineret ad secundam partem dubii, de eo tamen videtur constare sufficienter: nam cum Præpositi instituerint spatio longissimi temporis scientibus, & patientibus Episcopis Cremonensibus, ex quorum concessione acquiri poterat ius instituendi per ea, quæ notantur per Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 9. *n.* 69. & *lib.* 2. *part.* 3. *q.* 1. *art.* 10. Sola hæc patientia præbuit eis justam causam, ac titulum sufficientem ad præscribendum, ut hic tradit glossa in ver. *Brevitatem temporis,* Butr. *col. penult. vers. Vbi ergo patientia,* Cardin. *in* 1. *opposit.* Imola *num.* 25. *vers. Secundo modo,* Archid. in cap. *Quia cognovimus,* 10. *quæst.* 3. Gemin. in dicto cap. 1. *in fin. de præscript. lib.* 6. Felin. in dicto cap. 1. *Si diligenti, n.* 6. *vers. Secunda restrictio,* & in terminis institutioni præsuppositæ episcopi scientia admittit, ac verum censet Ægid. d. *cons.* 10. *col.* 10. *vers. De quarta autem quæstione,* & *col.* 13. *vers. Quoad secundam difficultatem.*

Scientia autem, & patientia Episcoporum satis justificatur non solùm ex annuis visitationibus, ex actibus multiplicatis, ac temporis diuturnitate, verùm etiam ex actibus positivis, ut fuit satis dictum in alia positione hujus causæ. Qui quidem actus positivi in materia hujus præscriptionis magis, & enixius operantur, quam sola taciturnitas, cap. *Exore, de hæreticis. 6. minor. par. Cap.* & tradit Abb. *hic n.* 5. Ac præterea cùm Præpositus ex privilegio Eugenii IV. habeat jus destituendi cum jurisdictione, hinc potuit probabiliter putare fuisse sibi concessum jus instituendi, quod est minus. Ita enim inferit in puncto Abb. in cap. *Si quis contra Clericum, n.* 53. & in cap. *Cùm contingat, n.* 32. *in fin.* ubi etiam Anton. de Butr. *col.* 5. *n.* 12. *vers. Nisi forte, de foro compet.* Lambert. *de jurepatr.* 14. *art.* 1. *quæstione principali* 3. *par.* 2. *libr.* Et quamvis illatio hujusmodi forte non sit juridica, præbuit tamen Præpositus bonam fidem, ac justam causam præcribendi;
39 quia error juris dubii dat titulum sufficientem ad præscribendum, & æquipollet errori facti, Cort. Sen. *cons.* 71. *Princeps defunctus, n.* 14. Alex. *cons.* 214. *Ponderatis, col.* 2. *lib.* 6. Joan. de Imola, *cons.* 98. *in quæstione, n.* 15. Quinimò Felin. in cap. *De quarta, n.* 27. *de præscript.* ubi docet titulum erroneum juris dubii ignoranti sufficere ad præscriptionem, *num.* 28. exemplificat in eo, qui habuit a perito malum consilium, & citat Angel. in l. *Si lege, §. Scire, ff. de petit. hæredit.*

40 Præbuerunt etiam Præpositis justum titulum antiquissimæ enunciativæ, quia probant famam, quæ est loco tituli, Capitaq. *decis.* 356. Incip. *Titulum ad præscribendum jus instituendi,* Rota *decis.* 91. *n.* 2. *part.* 1. & *decis.* 290. *n.* 11. *par.* 5. *recent.* & fuit decisum in causa *Tirasonen. juris præsentandi,* 26. *Octobris* 1592. coram Blanchetto, & in *Eugubina S. Petri de Vignoto* 21. *Maii* 1590. coram Bubalo.

DE

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

Cap. Conquerente.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus etiam à judice juris ordine prætermisso ante omnia restituitur.*
2 *Clericus ut beneficio suo privari possit, tria requiruntur.*

CONQUERENTE. Spoliatus etiam à judice juris ordine prætermisso ante omnia restituitur. Hoc dicit secundùm Joan. Andr. & omnes.

2 Nota ex textu tria requisita secundùm Abbatem num. 2. ad hoc ut clericus beneficio suo licitè privari possit. Primò enim requiritur causa rationabilis. Secundò ut causa hujusmodi sit manifesta. Et hæc duo requisita habentur in textu ibi; *Non decet honestatem suam Clericus, sua jurisdictione sine manifesta causa, & rationabili sui beneficio spoliare.* Et expone ver. *Manifesta,* id est notoria, ut cap. *Nos in quemquam,* 2. *quæst.* 1. & *ver. Rationabili expone,* id est gravi: nam pro levi causa non debet quis privari beneficio suo, cap. *Inventum,* 15. *quæst.* 1. Tertiò requiritur, ut privatio fiat in judicio, seu juris ordine servato; & hoc vult textus ibi: *Sine judicio spoliasti.* Nam ut inquit Hostiensis in cap. *Licet Heli, num.* 5. *infra de simonia.* Hic nullus ordo fuit servatus, sed episcopus non citatum, non consilium, non convictum, nec aliqua præmissa inquisitione istum clericum voluntate capitanea beneficio spoliavit; Et ideo quia ex hoc meritò reddidit se suspectum, datur et judex. Et idem dicunt ibi Joan. Andr. *n.* 7. *post med. vers. Nec obstat.* Butr. *n.* 13. *in fin.* Anchar. *n.* 7. *vers. Non obstat,* & reliqui omnes. An autem hæc vendicent sibi locum in Papa, ita ut sine justa causa, & juris ordine non servato possit clericum suo beneficio, vel officio privare, scripsi latissimè in cap. *Consistentibus, à n.* 24. *usq. ad n.* 83. *infra de Clericis egrotant.*

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

Cap. Gravis.

SVMMARIVM.

1 *Valentes res cum fructibus etiam qui percipi potuissent restituere, damna resarcire, & de injuria satisfacere compelluntur, & n.* 7. *cum quatuor seqq.*
2 *Fructus intelliguntur deducti impensis, quæ quærendorum, colligendorum conservandorumque eorum gratia fiunt.*
3 *Impensæ pro quærendis, colligendis, & conservandis fructibus deducis etiam præda.*
4 *Et nullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impedias si impensæ sint necessariæ. & n.* 5.
Fallit tamen in Decimis prædialibus. n. 6.
5 *Redditus proventus, & obventiones incertas significant.*
6 *Decimæ prædiales solvi debent sine ulla deductione sumptuum, & alterum sumptuum, quæ fiunt in agricultura.*
7 *Interdictum recuperandæ ad quos se extendat.*
8 *Spoliato faciendæ est integerrima restitutio etiam quoad locum, in quo res posita erat.*
9 *Item refarcienda sunt damna illata in spoliatione.*
10 *Item de illatis injuriis competenter satisfaciendum.*
11 *Item restituendi sunt fructus etiam qui percipi potuissent.*
12 *Spoliato non satisfit de injuriis, nisi de iis specialiter agatur: sed restituto fructuum, & refarcis damnorum veniunt etiamsi non fuerint petita.*
13 *In fructibus perceptis ante motam litem regulariter non fit condemnatio, nisi expressè petantur in libello. & n.* 15.
14 *Fallit quando agitur de vi expulsiva, aut coimpulsiva vel petitione hæreditatis.*
16 *Fructus quando accessorij petuntur in libello, si in eis non fiat condemnatio, non potest de eis amplius agi, nec super omisso sententia ferri.*
17 *Secùs si petantur principaliter, & jure actionis.*
18 *Fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij civiles.*
19 *Fructus naturales qui sint.*
20 *Fructus industriales qui.*
21 *Fructus an judicari debeant naturales, vel industriales, relinquitur arbitrio judicis.*
22 *Ex quomodo hujusmodi arboricum sit regulandum.*
23 *Olivæ, & alcum sunt fructus industriales.*
24 *Fructus omnes, qui seminantur, industriales sunt.*
25 *Fœnum, & palea fructus industriales dicuntur.*
26 *Item lana, & lac.*
27 *Item aucupia, venationes, & piscationes.*
28 *Item lapidicinæ, & cretofodinæ.*
29 *Item cerrofia.*
30 *Pascua sunt fructus naturales, nisi falce secentur.*
31 *Fructus civiles qui dicantur. & n.* 59.
32 *Pensiones domorum, navis, vecturæ navium, mercedes jumentorum, & opera servorum dicuntur fructus civiles. & n.* 59.
34 *Pensiones domorum quo sensu ab aliquibus vocentur fructus industriales.*
35 *Fructus civiles magis accedunt naturalibus, quàm industrialibus.*
36 *Pensiones Ecclesiastica absq. dubio inter fructus civiles computantur.*
37 *Possessor mala fidei dicitur verè, & jurè præsumpsisse.*
38 *Possessor mala fide verè dicitur qui possidet rem, quam pro certo scit esse alienam. & n.* 108.
39 *Item is, qui pro certo scit rem non esse suam.*
40 *Possessor mala fide juris præscriptione dicitur ille, cum quo superare, seu dominio res ita fuit contestata, & n.* 108. *& latius n.* 110. *& 111.*
41 *Possessor mala fidei an quo efficiatur per solam denunciationem.*
42 *Possessor bona fidei dicitur qui ignorat se alienam possidere, & cogitat rem dominio possidet.*
43 *Item qui credit se dominum.*
44 *Possessorum bona, vel mala fide multiplicia diviso.*
45 *Possessor bona fidei semper fructus suos fructus indu-*

ubi notatur de offic. Archid. ob quam juris resi-
31 stentiam hæc institutio vel nullo modo prætermittitur, vel certè requirit, aut quadragenaria cum titulo, aut immemorabilem, ex traditis per Bellam. *consil.* 10. *Fallum est tale, num.* 5. *cum pluribus seqq.* & aliis *col.* 3. *circa med. vers. Secundo requiritur, & col.* 17. *in prin. vers. Circa quintum,* Aym. *cons.* 134. *scripti actis, n.* 14. & sequitur Rota *diversi part.* 1. *decis.* 803. *n.* 3. *or.* 4. & hanc Præpositus consentire fieri debere ab Episcopo.

32 Tertia species media inter corporalem, & authorizabilem institutionem, est quam vocant collativam, de qua nunc controvertitur, & hæc quamvis de jure spectet ad Episcopum tantum, cap. *Cum ex injuncto, in fin. de hæret. lib.* 6. Canones tamen non resistunt quominus comperat ex consuetudine Archidiacono. Quinimò huic consuetudini affirmat, ut probatur in cap. *In plebium, 63. dist.* in cap. *Super ea,* juncta gloss. in ver. *Archidiaconum, de offic. deleg.* cap. *Ad hæc,* cum glossa in ver. *Consuetudines, de excess. Prælat.* in cap. *fin.* ubi etiam glossa in ver. *Archid.* gloss. & Doctores
33 in dicto cap. *Cum venissent.* Unde fit ut hæc institutio absque titulo possit præcribi, quia quotiescumque præscriptio non habet vehementem juris resistentiam, non requirit titulum, cap. *Plaza 1, 9. Potest, 16. q.* 3. cap. *De quarta,* ubi DD. cap. *Si diligenti,* ubi glossa in ver. *Instituto,* & Felin. post alios *num.* 8. *vers. Est verum, de præscript.* Dec. *consil.* 134. *Vis. puncto, sub num.* 41. *vers. Et ad hæc facit,* dicens decisionem cap. 1. *de præscript. lib.* 6. procedere ubi fortiter jus commune resistit præscribenti. Covarr. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 7. & decidit Rota in *dicta causa Florentina*
34 coram Penia. Ratio est, quia titulus non requiritur in præscriptione, nisi ad excludendam malæ fidei possessionem; & mala fides non præsumitur in eo, qui possidet jure non improbante, aut resistente, Innoc. & Bald. in cap. *Per tuas, de testib.*

35 Alterum caput quod justificat hanc præscriptionem, est quia Præpositus instituit anno 1481. usque ad annum 1601. atque nic tur centenaria possessione, quæ titulum non requirit, Afflict. *decis.* 324. *num.* 6. & censuit Rota apud Seraph. *decis.* 707. *n.* 2. & Gabriel *communi. concl. de præscript. concl.* 1. *n.* 71. & 73. ubi aliis pluribus relatis dicit hanc opinionem communiter
36 approbari: quoad hoc enim immemorabilis, & centenaria possessio æquiparantur: Gemin. in d. cap. 1. *col.* 4. *vers. sed quæritur 1. ap.* & ibi etiam Anchar. *col. fin. vers. Quarto etiam, circa hoc, de præscript. lib.* 6. Gabriel. & Seraph. *locis citatis.*

Neque his obstat laudum anno 1565. latum ab Ormanetto inter Episcopum Cremonæ, & Præpositum Buxeti, quo decernuntur irrita ab ea omnia utrinque producta: nam uti jam respondit S. Congregatio in alia propositione hujus causæ dictum laudum quod pertinet ad institutionem, effectum non habuit, quia utraque pars pertexit instituere, ut prius consueverat. Ac præterea non justificat jus Præpositi acquisitum per præscriptionem annorum octuaginta.

37 Nam nec mala fides superveniens interrumpit præscriptionem jam absolutam, gloss. communiter approbata in cap. *Fugiendi, in ver. Noverit, de præscript.* & scripti plenius in cap. *Si quis n.* 10. *de regular.* Atque ex his videtur respondendum Præpositi præscriptionem non requirere titulum.

38 Sed quatenus titulus esset necessarius, quod pertineret ad secundam partem dubii, de eo tamen videtur constare sufficienter: nam cum Præpositi instituerint spatio longissimi temporis scientibus, & patientibus Episcopis Cremonensibus, ex quorum concessione acquiri poterat ius instituendi per ea, quæ notantur per Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 9. *n.* 69. & *lib.* 2. *part.* 3. *q.* 1. *art.* 10. Sola hæc patientia præbuit eis justam causam, ac titulum sufficientem ad præscribendum, ut hic tradit glossa in ver. *Brevitatem temporis,* Butr. *col. penult. vers. Vbi ergo patientia,* Cardin. *in* 1. *opposit.* Imola *num.* 25. *vers. Secundo modo,* Archid. in cap. *Quia cognovimus,* 10. *quæst.* 3. Gemin. in dicto cap. 1. *in fin. de præscript. lib.* 6. Felin. in dicto cap. 1. *Si diligenti, n.* 6. *vers. Secunda restrictio,* & in terminis institutioni præsuppositæ episcopi scientia admittit, ac verum censet Ægid. d. *cons.* 10. *col.* 10. *vers. De quarta autem quæstione,* & *col.* 13. *vers. Quoad secundam difficultatem.*

Scientia autem, & patientia Episcoporum satis justificatur non solùm ex annuis visitationibus, ex actibus multiplicatis, ac temporis diuturnitate, verùm etiam ex actibus positivis, ut fuit satis dictum in alia positione hujus causæ. Qui quidem actus positivi in materia hujus præscriptionis magis, & enixius operantur, quam sola taciturnitas, cap. *Exore, de hæreticis. 6. minor. par. Cap.* & tradit Abb. *hic n.* 5. Ac præterea cùm Præpositus ex privilegio Eugenii IV. habeat jus destituendi cum jurisdictione, hinc potuit probabiliter putare fuisse sibi concessum jus instituendi, quod est minus. Ita enim inferit in puncto Abb. in cap. *Si quis contra Clericum, n.* 53. & in cap. *Cùm contingat, n.* 32. *in fin.* ubi etiam Anton. de Butr. *col.* 5. *n.* 12. *vers. Nisi forte, de foro compet.* Lambert. *de jurepatr.* 14. *art.* 1. *quæstione principali* 3. *par.* 2. *libr.* Et quamvis illatio hujusmodi forte non sit juridica, præbuit tamen Præpositus bonam fidem, ac justam causam præcribendi;
39 quia error juris dubii dat titulum sufficientem ad præscribendum, & æquipollet errori facti, Cort. Sen. *cons.* 71. *Princeps defunctus, n.* 14. Alex. *cons.* 214. *Ponderatis, col.* 2. *lib.* 6. Joan. de Imola, *cons.* 98. *in quæstione, n.* 15. Quinimò Felin. in cap. *De quarta, n.* 27. *de præscript.* ubi docet titulum erroneum juris dubii ignoranti sufficere ad præscriptionem, *num.* 28. exemplificat in eo, qui habuit a perito malum consilium, & citat Angel. in l. *Si lege, §. Scire, ff. de petit. hæredit.*

40 Præbuerunt etiam Præpositis justum titulum antiquissimæ enunciativæ, quia probant famam, quæ est loco tituli, Capitaq. *decis.* 356. Incip. *Titulum ad præscribendum jus instituendi,* Rota *decis.* 91. *n.* 2. *part.* 1. & *decis.* 290. *n.* 11. *par.* 5. *recent.* & fuit decisum in causa *Tirasonen. juris præsentandi,* 26. *Octobris* 1592. coram Blanchetto, & in *Eugubina S. Petri de Vignoto* 21. *Maii* 1590. coram Bubalo.

DE

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

Cap. Conquerente.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus etiam à judice juris ordine prætermisso ante omnia restituitur.*
2 *Clericus ut beneficio suo privari possit, tria requiruntur.*

CONQUERENTE. Spoliatus etiam à judice juris ordine prætermisso ante omnia restituitur. Hoc dicit secundùm Joan. Andr. & omnes.

2 Nota ex textu tria requisita secundùm Abbatem num. 2. ad hoc ut clericus beneficio suo licitè privari possit. Primò enim requiritur causa rationabilis. Secundò ut causa hujusmodi sit manifesta. Et hæc duo requisita habentur in textu ibi; *Non decet honestatem suam Clericus, sua jurisdictione sine manifesta causa, & rationabili sui beneficio spoliare.* Et expone ver. *Manifesta,* id est notoria, ut cap. *Nos in quemquam,* 2. *quæst.* 1. & *ver. Rationabili expone,* id est gravi: nam pro levi causa non debet quis privari beneficio suo, cap. *Inventum,* 15. *quæst.* 1. Tertiò requiritur, ut privatio fiat in judicio, seu juris ordine servato; & hoc vult textus ibi: *Sine judicio spoliasti.* Nam ut inquit Hostiensis in cap. *Licet Heli, num.* 5. *infra de simonia.* Hic nullus ordo fuit servatus, sed episcopus non citatum, non consilium, non convictum, nec aliqua præmissa inquisitione istum clericum voluntate capitanea beneficio spoliavit; Et ideo quia ex hoc meritò reddidit se suspectum, datur et judex. Et idem dicunt ibi Joan. Andr. *n.* 7. *post med. vers. Nec obstat.* Butr. *n.* 13. *in fin.* Anchar. *n.* 7. *vers. Non obstat,* & reliqui omnes. An autem hæc vendicent sibi locum in Papa, ita ut sine justa causa, & juris ordine non servato possit clericum suo beneficio, vel officio privare, scripsi latissimè in cap. *Consistentibus, à n.* 24. *usq. ad n.* 83. *infra de Clericis egrotant.*

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

Cap. Gravis.

SVMMARIVM.

1 *Valentes res cum fructibus etiam qui percipi potuissent restituere, damna resarcire, & de injuria satisfacere compelluntur, & n.* 7. *cum quatuor seqq.*
2 *Fructus intelliguntur deducti impensis, quæ quærendorum, colligendorum conservandorumque eorum gratia fiunt.*
3 *Impensæ pro quærendis, colligendis, & conservandis fructibus deducis etiam præda.*
4 *Et nullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impedias si impensæ sint necessariæ. & n.* 5.
Fallit tamen in Decimis prædialibus. n. 6.
5 *Redditus proventus, & obventiones incertas significant.*
6 *Decimæ prædiales solvi debent sine ulla deductione sumptuum, & alterum sumptuum, quæ fiunt in agricultura.*
7 *Interdictum recuperandæ ad quos se extendat.*
8 *Spoliato faciendæ est integerrima restitutio etiam quoad locum, in quo res posita erat.*
9 *Item refarcienda sunt damna illata in spoliatione.*
10 *Item de illatis injuriis competenter satisfaciendum.*
11 *Item restituendi sunt fructus etiam qui percipi potuissent.*
12 *Spoliato non satisfit de injuriis, nisi de iis specialiter agatur: sed restituto fructuum, & refarcis damnorum veniunt etiamsi non fuerint petita.*
13 *In fructibus perceptis ante motam litem regulariter non fit condemnatio, nisi expressè petantur in libello. & n.* 15.
14 *Fallit quando agitur de vi expulsiva, aut coimpulsiva vel petitione hæreditatis.*
16 *Fructus quando accessorij petuntur in libello, si in eis non fiat condemnatio, non potest de eis amplius agi, nec super omisso sententia ferri.*
17 *Secùs si petantur principaliter, & jure actionis.*
18 *Fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij civiles.*
19 *Fructus naturales qui sint.*
20 *Fructus industriales qui.*
21 *Fructus an judicari debeant naturales, vel industriales, relinquitur arbitrio judicis.*
22 *Ex quomodo hujusmodi arboricum sit regulandum.*
23 *Olivæ, & alcum sunt fructus industriales.*
24 *Fructus omnes, qui seminantur, industriales sunt.*
25 *Fœnum, & palea fructus industriales dicuntur.*
26 *Item lana, & lac.*
27 *Item aucupia, venationes, & piscationes.*
28 *Item lapidicinæ, & cretofodinæ.*
29 *Item cerrofia.*
30 *Pascua sunt fructus naturales, nisi falce secentur.*
31 *Fructus civiles qui dicantur. & n.* 59.
32 *Pensiones domorum, navis, vecturæ navium, mercedes jumentorum, & opera servorum dicuntur fructus civiles. & n.* 59.
34 *Pensiones domorum quo sensu ab aliquibus vocentur fructus industriales.*
35 *Fructus civiles magis accedunt naturalibus, quàm industrialibus.*
36 *Pensiones Ecclesiastica absq. dubio inter fructus civiles computantur.*
37 *Possessor mala fidei dicitur verè, & jurè præsumpsisse.*
38 *Possessor mala fide verè dicitur qui possidet rem, quam pro certo scit esse alienam. & n.* 108.
39 *Item is, qui pro certo scit rem non esse suam.*
40 *Possessor mala fide juris præscriptione dicitur ille, cum quo superare, seu dominio res ita fuit contestata, & n.* 108. *& latius n.* 110. *& 111.*
41 *Possessor mala fidei an quo efficiatur per solam denunciationem.*
42 *Possessor bona fidei dicitur qui ignorat se alienam possidere, & cogitat rem dominio possidet.*
43 *Item qui credit se dominum.*
44 *Possessorum bona, vel mala fide multiplicia diviso.*
45 *Possessor bona fidei semper fructus suos fructus indu-*

industriales suos, & naturales in quantum res consumpsit: sed naturales extantes nunquam facit suos.

46 Si verò habuit titulum fructus omnes facit suos etiam naturales non consumptos.

47 Consumptio in fructibus naturalibus idem operatur, quod industria, & cultura in industrialibus, & n.62.

48 Maximum per consumptionem reconciliatur, etiamsi quo causam habeat à furto, & prædone.

49 Possessor bonæ fidei etiam sine titulo suos facit fructus civiles, quos diligentia sua percepit, & si solvens liberatur. & n.63.

50 Si verò ex diligentia alterius, facit quidem suos, sed ei solvens non liberatur, nisi habuerit justam causam solvendi. & n.63.

51 Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus, quos non fecit suos, si extant, ex mora, quæ tenetur res ipsam restituere, & sic res vendicatione.

52 Si verò sunt consumpti, & ex eo factus est locupletior, tenetur illu restituere conditione sine causa, vel conditione generali. & n.seq.

53 Res vendicatio non datur contra dominum sed ipsi dominus. & n.56.

54 Possessor bonæ fidei an in dubio ex fructibus naturalibus consumptis præsumatur factus locupletior.

55 Possessor bonæ fidei in quibus casibus facit fructus suos, nisi omnino si extant, tenetur illos restituere ff. in judicio. & n.56.

56 Officio judicis ex æquitate succurritur ubi alia deest.

57 Possessor bonæ fidei post consumptionem fructuum, quos suos fecerat, etiam industriales, & civiles, seu illorum æstimationem restituere tenetur conditione sine causa, quatenus ex illis factus est locupletior. & n. seq. sed vide num. 60.

58 Conditio sine causa datur ex æquitate contra eum, qui factus est locupletior non modò ex re mea, sed etiam ex re mihi debita.

59 Locupletior factus quando quo dicatur.

61 Possessor malæ fidei etiam non violentus sive habeat titulum sive non, fructus etiam industriales non facit suos.

62 Fallit si sint consumpti.

63 Et quid in fructibus civilibus.

64 Possessor malæ fidei sive titulo tenetur de fructibus percepis, & qui percipi potuissent.

65 Et percepti si extant, perijssent rei vendicatione: si sunt consumpti, conditione sine causa, vel injusta, aut rei vendicatione utili. & n.seq.

Item conditione furtiva. num.67.

66 Res vendicatio utilis datur adversus eum, qui dolo desiit possidere.

67 Possessor malæ fidei sine titulo fructus consumendo dicitur furtum committere, non autem percipiendo. & n.69.88.& 133.

68 Contra furem omnis illicitè degenerat.

70 Possessor malæ fidei sine titulo de fructibus percipiendo convenitur officio judicis.

71 Possessor malæ fidei cum titulo tenetur de fructibus percepis, non autem de percipiendo.

72 Fallit in quatuor casibus, in quibus etiam de percipiendo tenetur.

73 Item fallit cum, qui fundum patitur fructus maturos corrumpi.

74 Item in eo, qui mala fide possidet rem minori.

75 Item fallit generaliter cum titulus est à jure reprobatus.

Titulus reprobatus à jure habetur pro non titulo. ibid.

76 Distributiones quotidianas perceptas, & quas percipere potuisset, an malæ fidei possessor restituere teneatur. & n.seqq. n.93.ad n.97.

77 Distributiones quotidianæ non computantur inter fructus, nec fructus dicuntur. & num. seqq. & n.83.

Contrarium. n.83.

Declaratur. n.84.

78 Distributiones quotidianæ nihil commune habent cum corpore beneficij, sed dantur in recompensam servitij.

79 Quandoque manualia, quandoque virtualia appellantur.

80 Dantur pro opere divino, & tanquam mercedes laboris.

Declaratur n.87.& 89.& 91.

81 Salariam debetur etiam exercenti ministerium alteri demandatum, si in tali ministerio non sit electa industria personæ, sed tantum officium operis. n.1..

82 Distributiones quotidianæ plenius acquiruntur, quam fructus Prebendæ, & idcò Clericus de eis testari potest.

83 Distributiones quotidianas, quas malæ fidei possessor percipit Divinis interessendo, tenetur restituere, etiamsi ex parte impediti nulla præcesserit protestatio. & n 95.

Et quid in percipiendo. n.99.

84 Distributiones quotidianæ non computantur in valore fructuum.

85 Sed tamen sub fructibus comprehenduntur.

86 Condemnatio in beneficialibus ex stylo Rotæ non fit nisi cum fructibus perceptis, & sub fructibus semper comprehenduntur distributiones quotidianæ.

87 Distributiones quotidianæ perceptæ sive titulo, vel cum titulis reprobato, & sine juris fomento restituenda sunt.

88 Et ea percipiens cum titulo reprobato committit furtum, vel rapinam.

89 Non debentur in servientibus nisi sint canonicè institutæ.

90 Demonium non sufficit ejicere per pœnitentiam in oratione, & jejunio, nisi restituantur fructus injustè percepti.

91 Servitium, & labor non attenditur à jure nisi in habentibus legitimum ingressum in casibus, locis, & temporibus permissis.

92 Mercedem pretendere non potest gerens negotia mea me invito, nec expensas repetit, licet gesserit.

94 Distributiones quotidianas, quas malæ fidei possessor Divinis interessendo percipere potuisset, non tenetur restituere, nisi præcesserit protestatio spoliati. & n. seq.

96 Fallit in casibus, remotis.

97 Possessor qui ab initio suit bonæ fidei, & postea effectus est malæ fidei, an faciat fructus suos. & num. seqq.

Quid si malæ fidei superveniat cum mutatione personarum. num.98.

Et quid si in eadem persona. n.100.

98 Hæres habens malam fidem, cùm defunctus haberet bonam, fructus suos non fecit.

99 Mala fides superveniens cum personarum mutatione impedit fructuum acquisitionem.

Mala

100 Mala fides tam præsumpta, quàm vera superveniens sine personarum mutatione non impedit acquisitionem fructuum. & n.seq.

Et quid operetur hujusmodi acquisitio, n.113.

Contrarium. n.106.

101 Quoad fructuum acquisitionem solum initium spectandum est.

Contrarium. n.106.

101 Intellectus l. Qui scit, §. Bonæ fidei, ff. de usur. & n. 127.

103 Intellectus l. Bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum dominio. & n.109.

104 Mala fides superveniens de jure Canonico impediat fructuum acquisitionem.

105 Argumentum ab acquisitione ad usucapionem non valet, & multo possunt acquirere, qui non possunt usucapere. & n.134

106 Fructuum quoad acquisitionem spectanda sunt singula tempora momenta bonæ, vel malæ fidei.

107 Intellectus l. Qui bona fide, ff. de acquir. rerum domin.

108 Mala fides præsumpta oritur post litis contestationem, mala fides verò post rem judicatam, seu sundum civilem.

110 Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus etiam industriales, & consumptos à die motæ litis. & n.seqq.

111 Possessores bonæ fidei post litem motam incipiunt malæ fidei possessores esse, & quasi prædones retenentur.

112 Et hæc est præsumptio juris, & de jure adeò, ut quantumvis justam causam litigandi habuerint, à fructuum restitutione non excusentur.

114 Et tenentur restituere non tantùm perceptos, sed etiam qui percipi potuerunt à die motæ litis.

115 Quod procedit si titulum non habeant.

116 Nisi occuparverint res ante pendente.

117 Distributiones quotidianas non tantùm perceptas, sed etiam quas percipere potuisset, bonæ fidei possessor tenetur restituere à die controversiæ motæ.

118 Sed quoad eas, quæ percipi potuissent, necessaria est præstatio.

119 Possessor bonæ fidei ante litem motam non solet condemnari à Rota ad restitutione fructuum. Nisi adhuc extent, vel ex consumptu factus sit locupletior. n.122.

120 Nec, ad hoc requiritur bona fides possessoris, sed sufficit abesse malam fidem.

121 Possessor, qui ante litem motam fuit in mala fide, condemnatur ad restitutionem fructuum à die occupationis, seu intrusionis.

122 Possessor bonæ fidei an teneatur restituere fructus extantes, vel consumptos, ex quibus factus est locupletior, aut ex æstimationem etiam ante motam litem.

123 Fructus, qui petuntur non accesserit, sed principaliter tanquam sors, & capitale, restituendi sunt à bonæ fidei possessore etiam ante motam litem. & n. 127.

124 Manutentio ex stylo Rotæ datur pro terminis pensionum decursis etiam ante motam litem, quando ad illas principaliter agitur.

125 Legata annua debentur decursa non modò ante motam litem, sed etiam ante apertam tabulam, & statim à die obitus testatoris.

Et insuper legata fuerint legatarijs quota.

127 Alimenta, & annua prestationes, quæ sortem principalem constituunt, debentur etiam decursa ante petitionem, & interpellationem.

128 Possessor, qui ab initio fuit malæ fidei, & postea effectus est bonæ fidei, an faciat fructus suos. & n.seq. vsque ad n.142.

129 Quid si bonæ fides superveniret cum personarum mutatione.

Et quid si superveniat sine mutatione personarum. n.140.

130 Bonæ fidei hæredis, qui successit defuncto malam fidem habenti, non prodest quoad fructuum acquisitionem.

131 Hæres succedit etiam in vitium, & malam fidem defuncti. & n. seq.

132 Hæres post litem contestatam teneatur de fructibus perceptis, & percipiendis.

133 Fructus percipiens cum mala fide dicitur furtum committere, & illos usucapere non potest.

134 Usucapere qui non potest, longè minus potest acquirere.

135 Successor singularis non succedit in vitium eius, à quo causam habet, & bona fides superveniens prodest ei quoad fructuum acquisitionem.

136 Prælatus non dicitur successor universalis sui prædecessoris, nec ejus personam repræsentat.

137 Et mala fides prædecessoris non impedit, quin successor habens bonam fidem faciat fructus suos.

138 Prælatus quamvis succedat in universum jus Prælaturæ, non tamen succedit in jus prædecessoris, nec ab eo causam habet, sed à superiore ipsum instituente.

139 Prælatus successor potest bona fide præscribere, licet prædecessor habuerit malam fidem.

140 Bona fides superveniens in eadem persona cum legitima causa putandi se bonæ fidei possessorem prodest quoad acquisitionem fructuum, etiamsi superveniat abiq; legitima causa. & n.142.

141 Possessor malæ fidei ab initio, qui postea ex sola cogitatione putat se habere bonam fidem, non facit fructus suos.

142 Possidendi causam nemo potest sibi mutare sine justa, & legitima causa superveniente.

1 GRAVIS. Violentus rem cum fructibus etiam qui percipi potuissent, restituere, damna relarcire, & de injuriis satisfacere compellitur. Hoc dicit. Jo: And: Bald: Bal. Jam: Butr. Anchar: Imol. Abb: Joan: de Anan: & Bero. Prima pars decisè ponit quærelam, super qua secunda dat judicem ibi, *mandamus*, cui quatuor tantùm mandat quæ per se patent. Jo: And.

2 Nota primò ibi, *Possessores veteres percepissent*. Fructus intelligi qui superfunt deductis expensis, quæ quærendorum, cogendorum, conservandorumque eorum gratia sunt: quod locum habet etiam in malæ fidei possessoribus, & si prædones sint, l. *Si à Patre*, §. *Fructus*, & l. *Fidei*, *in fin. ff. de petit. hæredit.* & l. 2. C. *de fruct. & lit. expens.* Imò nullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impediat, dicit text. in l. *Fundo qui data*, *in fine primi responsi*, *ff. famil. ercisund.* l. *Fructus*, junctis glossis in ver. *Impensa*, *ff. solut. matrim.* & hic notant gloss. 3. in *princ.* Hothom. n.2. *in ver. Percepissent*. Jo: And. 3 num.6. & Joan. de Anan. num.7. Nam reditus, proventus, & obventiones lucrum significant,

& loco

& ideo dicuntur deductis expensis, l. *Fundi Trebatianus, ff. de usufr. legat.* Bald: *hic num. 1. vers. Et ides vera*, scilicet necessariis, ut l. *Fructus, ff. de operis servor.* l. *Quod in fructu, ff. de usur.* l. *Qui mutuam, §. finali. ff. Mandati*, glossa. Hostient: & Joan: Andr: *loc. citat.* Et idem Bald: in l. *Si quis scierit, num. 11. vers. Quæ tamen quidam possidet*, C. *De rei vendicat.* Paul. de Castr. in l. *Certum, num. 1.* C. *eodem.* Cuvar: *in Rog. Decretum, 2. par. §. 6. n. 4.*

6 Hoc tamen fallit in decimis prædialibus, quæ solvi debent ex integris fructibus sine ulla deductione seminis, & aliorum sumptuum, qui sunt in agricultura, ut cap. *Tua nobis, infra, de decimis*, dicta glossa 3. *hic.* Et speciale in decimis est secundum Bald: *hic num. 1. in fin.* Secus enim in aliis casibus, ut l. *Si necessarius, §. finali, ff. de pignoratitia.*

7 Secundo nota ex text: *Latifundium interdicti recuperanda*, quia in eo venit primo integerrima
8 rei invasæ restitutio, ut patet ibi, *Cum omnis integritas*, adeo ut restitutio facienda sit etiam quoad locum, ut notat Archid: in cap. *Minor, num. 2. 17. quæst. 4.* id est ut reponatur in loco, in quo erat tempore spoliationis: ad quod allegatur textus in cap. *Reintegranda 3. quæst. 1.* Reintegranda sunt omnia expoliatis, & in eo loco unde abstulerunt, funditus revocanda: ubi glossa in ver. *in eo loco*: dicit etiam ultra notare: & omnia sunt revocanda simpectus spoliatoris.
9 Secundo in ea venit plenaria satisfactio damnorum illatorum in spoliatione, ut ini, *damna plenissime resarcire.*
10 Tertio venit competens satisfactio injuriarum ut ibi, *& de illatis injuriis competenter satisfacere.*
11 Quarto venit restitutio fructuum non modo perceptorum a violento possessore, sed etiam eorum, qui ab antique possessore percipi potuissent, ut in vers. *Transiit.* Et hic notant Butr: *num. 2.* Imolan. *n. 1. & 2.* Abbas *in 1. notab.* Bero. *n. 1. & seqq.* Joann: Andr. & omnes *in summaria text.*

12 Adverte tamen, quia Satisfactio pro illatis injuriis non venit, nisi de ea specialiter agatur. Sed reliqua id est restitutio rei, resarcio damnorum, & restitutio fructuum: veniunt etiam si petiram fuerint, cap. *Quæ relatum, de restit.* junct: *premissis, cum fin.* Et hic tenet glos: 2. & apertè tradit Innoc: *num. 2. in ver. Compellatis*, & Abbas
13 *eodem num. vers. Et ideo omnia prædicta*, & in fructibus perceptis ante motam litem, quamvis regulariter non possit fieri condemnatio, nisi expressè petantur in libello, ut l. *Item sciendum, ff.*
14 *de edilit. Edict.* l. *Partum, ff. de usuris*: tamen hoc fallit quando agitur de vi expulsiva, ut interdicto *Unde vi*, vel Constitutione. *Si quis tantum*, & idem si agatur de vi compulsiva. *Ut quod metus causa*: tunc enim venit omnis causa, etiamsi non petatur, l. 3. §. *Restituere*, & l. *Idem est, §. vitium*, & l. *Si plures, ff. de vi, & vi armat.* l. *Si quis in tantum, C. Unde vi*, l. *Sed & partus ff. Quæ mulier, cauf.* & cap. 1. *supra eodem tit.* Rursus idem est si agatur petitione hæreditatis, in qua similiter omnia veniunt ratione universitatis, l. *Item rem, §. fin.* & l. *Non tantum*, & l. *Item veniunt, §. Fructus, de petit. hæredit.* & hic tenent Innoc: *num. 1. vers. Sed licet.* Hostien: *in princip. in ver. Et damna, vers. Et hoc verum est*, Joann: Andr. *num. 2. eodem vers.* Bald: *num. 11.* Bellam: *n. 1. & 2.* & Bero. *n. 50. in fin. ver. Tertia sit conclusio, & n. 51.*

15 In aliis verò casibus secundum Innoc: *d. n. 1. vers. & nat.* Si in libello non petantur ea, quæ veniunt accessorie, ut fructus damna, & interesse; vel etiam si petantur, tec nihilominus sen-
16 tentia terminat super principali non habita mentione accessoriorum, de cætero de eis agi non potest, nec potest ferri sententia super omisso, l. 4. C. *de pœnis.* l. *Iterum bona, C. de usur.* l. *Qui per collusionem, §. fin. ff. de action. empt.* l. *Centum, ff.*
17 *de eo quod cert. loc.* Sin autem plura petantur non quasi accessoria, sed quasi principalia, & jure actionis; tunc secus est, ut in præallegat. l. *Centum*, & cum Innocentio concordant Hostl: *num. 1. vers. Dicitur*, Joann: Andr: *num. 3.* Butr: *num. 14.* Bellam: *num. 3. vers. Tunc ergo*, & alii communiter.

18 In glossa tertia inquirendum est, An, & quos fructus teneatur restituere possessor, qui convincitur injustè possidere. Ad evidentiam præmittendum est primo fructus esse in triplici differentia: alii enim sunt naturales; alii industriales; alii civiles, ut distinguunt Bartol: in l. *Et ex diverso, n. 1. ff. de rei vendicat.* & communiter Doctores. Licet glossa ponat tantùm duas species. Naturales sunt, quos natura sponte sua sine ulla, vel modica hominis industria producit, ut poma, ficus, & similia. l. *Fructus percipiendi, ff. de usur.* l. *Bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum domin.* glossa, & omnes *hic*, Menoch: plures cumulans, *de arbitr. cas. 210. num. 2.* Et secundum Bald: *hic num. 9. vers. Sunt autem*, fructus naturales sunt, in quibus percipiendis non requiritur cura, & cultura solemnis, licet in aliquibus requiratur aliqua modica, & perfunctoria cura, & modica expensa, de qua non est curandum. Item secundum eum, *num.* 10. Fructus naturales sunt, quando apparatus naturæ præcedit apparatum hominis, ut fructus arborum; nam poma in Divina Scriptura dicuntur, *Fructus, qui sponte nascuntur.* Genes. *cap. 1.* id est sine vi, & scultura aratri, & absque arte, & agricultura, quia totum, vel quasi totum sola natura perficit; ideò
20 dicuntur fructus naturales à prædominio. Industriales sunt, in quibus plurimùm versatur hominum industria, d. l. *Fructus, ff. de usur.* ut frumentum, vinum, & hujusmodi, quæ per solâ industriam accommodantur usibus hominum, l. *Si fundo, ff. de rei vendic.* & generaliter inquit Cyn. in l. *Certum, num. 1. C. eod.* Cum circa omnes fructus colligendos operetur natura, & industria hominis; in segetibus, & vineis major versatur industria, quàm in primis, & ideo nos vocamus segetes fructus industriales, & uvas, quam his exigitur multa industria, ut colere terram, seminare, sarculare, mundare, potare, ligare, herbam succidere, & hujusmodi, quæ sunt artis, facere. Poma verò, & pira, & his similia vocamus fructus naturales, ibi enim non oportet nisi vermes removere, & fructus colligere. De his autem fructibus, quinam propriè dicantur naturales, vel industriales, non potest dari certa doctri-
21 na: Sed hoc relinquitur arbitrio judicis, ut communiter dicunt Legistæ in l. *Certum*, ubi in specie Cynus *num. 2. vers. Posset tamen de aliquibus, C. de rei vendicat.* & in l. *Et ex diverso*, ubi Bartl: *num. 2. ff. eod.* Abb: *hic num. 3. vers. Et de*

ea, de fructibus, & Bero. *num. 9. vers. Secundò*, Socin: *Sen. consil. 234. & consil. 2. prosperi, num. 24. vers. Superest postremò*, Bald: *Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 6.* Menoch: *de arbitrar. casu. 210. num. 10.* Quod quidem minimè præcedant judex ita regulabit, ut industriales reputet in quibus magis versatur hominum industria, & labor, quam natura: & e contrario naturales, in quibus magis operatur natura, quàm industria, ut gen. in *Quæstionibus, §. fin. num. cap. de*
23 *cessis, §. item, quæ ad ea, §. 3. §. 4.* & tenent Doctores prælegati: unde oliva, seu oleum inter fructus industriales recensentur, quia per solam industriam accommodantur usibus hominum, ut l. *Et ex diverso, ff. de rei vendicat.* & notat Bartol: in d. l. *Et ex diverso, num. 2.* Bald: *hic num. 10. vers. Et ex qua vini, C. eodem*, Abb: *num. 3. vers. Indicatur ergo*, & Bero. *num. 10.* Item omnes fructus, qui seminantur, sunt industriales, quia cultus hominis magis præcedit opus naturæ, ut Bald: inquit *dict. num. 10 vers. Pero.*
32 Et similiter fenum, & palea, in quo percipiendo ut magna exercetur, inter fructus industriales computantur propter grandem asperitatem, quæ
25 requiritur, ut in illo fenum fiat. Et videntur cendi de lana, & latte propter emungentia, & tondentis operam, quia non sunt ex natura, sed terminantur inter aliquod industriosum, ut idem ait dicto *num. 10. vers. Item ita*, & *cæt.* Et notat glossa in l. *Si quis a non Domino, in rei Cuvar. Ex*, glossa, & omnes *hic*, Bart: in d. l. *Et ex diverso, n. 2. ff. de rei vendicat.* & Abb: *hic num. 3. vers. Ita lana.*
27 *& lacte*, sed & aucupia, venationes, & piscationes. Item apiducium, & cuniculorum in fructibus industrialibus computantur: quoniam ex hoc parte tantùm, tamen in hac comparandis magis versatur hominum industria, quàm natura, ut l. 1. et Bero. *n. 10. & de usufructu, n. 11*
29 *& seqq.* Illorum hæc poma sit cervina, minimè hæc natura, sed ex industria cultoris, & ea, quod detur natura, ex simplicia in eam accidentia, quod in sua radice est *universale*, & ideo cervinum mas; fructus naturales computantur
30 Bald: *vers. n. 10. vers. Item ex* propter dictum ponit inter fructus naturales, ut tales reventur, & in hæres reponantur, ut *in* Bartol: *Et ex diverso*, & concordat Bero. *n. 11.* Item inter industriales *quæstionum, in fin. ff. Quibus modis usufr. amit.* ubi patet, quantum cetum, spica sortis, hæc adempta, & oliva ex cuna.

31 Civiles dicuntur, qui non principaliter nascuntur ex re, sed ex ipsa actione hominum, hoc est propter illam rei jure certi percipiuntur, ut sunt pensiones domorum, ædium, vectura navium, merceder jumentorum, operæ servorum, & alia hujusmodi obventiones, ut probatur in l. *Domum, C. de rei vendicat.* & in l. *Si quis a non Domino, eod.* junctis l. *Si quis, ff. de rei vindic.* & l. *Fructus, ff. de usur.* Abb: *hic num. 3. vers. Et ex diverso.* Et quamvis Menoch: *de arbitrar. casu. 210. num. 29.* affirmet hanc communionem fructuum civilium communem esse, nec ullo jure probari, contra ea, quæ scripserat in tractatu *de recuper. possess. remed. 17. q. 40. n. 17.* tamen in vers. Sic poslunt fructus civiles, sunt legales, quia sunt à jure introducti, & inventi, idcoque non dicuntur fructus simpliciter, sed in legitur in d. l. *Usufructus*, vicem fructuum obtinent. & in l. *Prædiorum, ff. de*

usufr. & Bero. *num. 9. vers. Secundò*, Socin: *Sen. consil. 234. & consil. 2. prosperi, num. 24. vers. Superest postremò*, Bald: *Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 6.* Menoch: *de arbitrar. casu. 210. num. 10.* Quod quidem minimè præcedant judex ita regulabit, ut industriales reputet in quibus magis versatur hominum industria, & labor, quam natura: & e contrario naturales, in quibus magis operatur natura, quàm industria, ut gen. in *Quæstionibus, §. fin. num. cap. de*
23 *cessis, §. item, quæ ad ea, §. 3. §. 4.* & tenent Doctores prælegati: unde oliva, seu oleum inter fructus industriales recensentur, quia per solam industriam accommodantur usibus hominum, ut l. *Et ex diverso, ff. de rei vendicat.* & notat Bartol: in d. l. *Et ex diverso, num. 2.* Bald: *hic num. 10. vers. Et ex qua vini, C. eodem*, Abb: *num. 3. vers. Indicatur ergo*, & Bero. *num. 10.* Item omnes fructus, qui seminantur, sunt industriales, quia cultus hominis magis præcedit opus naturæ, ut Bald: inquit *dict. num. 10 vers. Pero.*
32 Et similiter fenum, & palea, in quo percipiendo ut magna exercetur, inter fructus industriales computantur propter grandem asperitatem, quæ
25 requiritur, ut in illo fenum fiat. Et videntur cendi de lana, & latte propter emungentia, & tondentis operam, quia non sunt ex natura, sed terminantur inter aliquod industriosum, ut idem ait dicto *num. 10. vers. Item ita*, & *cæt.* Et notat glossa in l. *Si quis a non Domino, in rei Cuvar. Ex*, glossa, & omnes *hic*, Bart: in d. l. *Et ex diverso, n. 2. ff. de rei vendicat.* & Abb: *hic num. 3. vers. Ita lana.*
27 *& lacte*, sed & aucupia, venationes, & piscationes. Item apiducium, & cuniculorum in fructibus industrialibus computantur: quoniam ex hoc parte tantùm, tamen in hac comparandis magis versatur hominum industria, quàm natura, ut l. 1. et Bero. *n. 10. & de usufructu, n. 11*
29 *& seqq.* Illorum hæc poma sit cervina, minimè hæc natura, sed ex industria cultoris, & ea, quod detur natura, ex simplicia in eam accidentia, quod in sua radice est *universale*, & ideo cervinum mas; fructus naturales computantur
30 Bald: *vers. n. 10. vers. Item ex* propter dictum ponit inter fructus naturales, ut tales reventur, & in hæres reponantur, ut *in* Bartol: *Et ex diverso*, & concordat Bero. *n. 11.* Item inter industriales *quæstionum, in fin. ff. Quibus modis usufr. amit.* ubi patet, quantum cetum, spica sortis, hæc adempta, & oliva ex cuna.

31 Civiles dicuntur, qui non principaliter nascuntur ex re, sed ex ipsa actione hominum, hoc est propter illam rei jure certi percipiuntur, ut sunt pensiones domorum, ædium, vectura navium, merceder jumentorum, operæ servorum, & alia hujusmodi obventiones, ut probatur in l. *Domum, C. de rei vendicat.* & in l. *Si quis a non Domino, eod.* junctis l. *Si quis, ff. de rei vindic.* & l. *Fructus, ff. de usur.* Abb: *hic num. 3. vers. Et ex diverso.* Et quamvis Menoch: *de arbitrar. casu. 210. num. 29.* affirmet hanc communionem fructuum civilium communem esse, nec ullo jure probari, contra ea, quæ scripserat in tractatu *de recuper. possess. remed. 17. q. 40. n. 17.* tamen in vers. Sic possunt fructus civiles, sunt legales, quia sunt à jure introducti, & inventi, idcoque non dicuntur fructus simpliciter, sed in legitur in d. l. *Usufructus*, vicem fructuum obtinent. & in l. *Prædiorum, ff. de*

de Iudiciis, in fine 1. *mulier* præsumit, num. 106.

41 Ad tamen per totum hoc mihi videtur, de re alienata bona possessor non tenetur ad malafide, vide Legem 1 mod. cuiusque 3. Abb. num. 16. & Bero. n. 20. hoc est illo quærere inter eum, qui habet rem, & eum qui non habet.

42 Secunda vero bona fide possessoris dicitur, qui putat se rem suam possidere, sed cogitatione dominii possidet. *cap. 2. vers. 1. ibi* 28 *vers. Item in l. Apud Iulianum, n. 2. ff. de act. & fortasse in l. fin. num. 4. C. de furt.* Abbas ibi n. 15 43 & Bero. num. 19. Item qui credit tradentem esse Dominum bona fide possessor dicitur. Bero in l. *Sempronius, ff. de acq. vel amit. possess.* Bald. *ubi supra.*

44 His ita constitutis de quarto principaliter est inquirendum, quod dictum fuerit in l. *Ex ea traditi, num. 6. ff. de rei vindicat.* Bero. in num. 21. Abb. num. 3. in *Rubrica, ff. de præscriptis, & Bero. n. 1. vers. Rubrica.*

Primum est de bona fide possessore, qui semper fuit in bona fide, ex facto fructus lucrat, & quos restituere negatur. Secundum de illo inter possessore, qui semper fuit in mala fide. Tertium de possessore, qui ab initio fuit in bona fide, & ex post facto *vel* in mala fide. Quartum de eo, qui ab initio fuit in mala fide, deinde factus est bonæ fidei. Primus quidem possidere eum tenetur quartum, quorum sunt similes. Item quod non sunt eadem, quorum sunt opposita, de re *Bero. in illud videndum.*

45 Circa primum membrum principale ex dictis Abbatis num. 4. colligimus conclusiones infrascriptas.

Prima conclusio est: Possessor bonæ fidei fecit per suos similes civiles, seu indiciales fructus, & necessarios, quorum ex consumptis, sed tamen extantes, & non consumptos non potest fieri dominus, *vel Tradita per num. 2. ff. de usufr. & vide quæ dixi in* 8. *in d. l. Ex diversis, nam. Hæredem, ff. de re vindic.* & in 3. *quæ dixi Domino restituendo, ff. de rebus creditis.* Innocentius *in cap. 1. vers. Et de rebus, de rebus creditis* posset. *supra ed.* Bart. in d. l. *Ex diversis, num. 7.* Nam si malæ fidei possessor tales fructus civiles facit suos, licet revocabiliter, quia tamen teneatur illos restituere: ergo multo magis bonæ fidei possessor eiusmodi civiles. & sequuntur Bart. n. 1. 2. Anchar. num. 5. de Bart. num. 23. *vers. Secundo, de condictio.*

46 Tertia conclusio est: Possessor bonæ fidei facit etiam suos fructus civiles, quos diligentia, & opera, vel contractus alterius percipit, propter bonam fidem, sed est, quod non teneatur illos restituere, nisi habuerit pretium eorum solvendum ex diligentia, & ita tenet Bartol. in d. l. *Ex ea, num. 4. ff. de rei vindic. & multis.* & vult eum Abbas *Sicut, num. 1. vers. Secundo, & ibi* Bero. *num. 1. vers. Tertia conclusio.* Angel. in 3. *in qua Dominus, num. 4. ff. de rebus creditis.* Menoch. *de retinendis possessionibus, n. 2. 3.* Similes dantur fructus in mala fide possessorem, de perceptis ante litis contestationem. Ecclesiastici vero quod extra dictum n. 123.

47 Ex eorum autem ratione, & quando bonæ fidei possessor fructus suos fuerit nactus, inquirendum est, & quando restituere illos teneatur, & quis actionem, & exceptionem Abb. *ibi n. 5. vers. Ita intelligo, & conclusione.*

Prima ergo conclusio: Ut illa actione in multum bonæ fidei possessor non teneatur fructus suos quod regularitas contingit in naturalibus, si fructus fructus extant, & non sint consumpti, illos restituere teneatur eo modo, quo res ipsam, seu capitale, & consequenter rei vindicatione, plus magis in *prima lectio, de officio judic.* Etiam potestis legi rem in *l. Ex ea in num. ff. de rei vindic.* Si vero tales fructus non extent, quia consumpti sunt, non dolo malo, sed bona fide, consultus præsupponimus possessorem semper esse bonæ

fidei: tunc vendicatione possunt ex quo non extant in rerum natura, & possessor consumpto

53 ne effectus fuit dominus secundum ea, quæ dicta sunt supra, *num. 46. & 47.* & ita vendicatio non datur contra Dominum, seu ipsi Dominio, ut d. l. *In rem, & l. unic. C. de action. judic. mutuat. transf. facta.* Verum si possessor ex huiusmodi fructibus consumptis factus sit locupletior, tunc contra eum ex æquitate agi potest. l. *si me, & Titium, ff. Si certum petatur*, videnda ad æstimationem ea tenus, quatenus locupletior factus fit, conditione sine causa: Vel melius forte certi conditione generali, l. *Certi condictio*: cum ibi notat. *ff. si certi petat.* juncta d. l. *Si me, & Titium*, Abb. *hic num 6.* & Bero. *num. 29. vers. Primo fit.*

54 In dubio autem bonæ fidei possessor, qui fructus naturales consumpsit, non præsumitur ex illis factus locupletior, ut voluit Angel. in l. *in insulam 3. Factum, num. 1. ff. solut. matrim.* & *in cons. 160. Dominus Catharicus, in fine*, & *cons. 123. super primo puncto, num. 2. in fine.* Alex. in l. *Mater. 3. Cum proponatur, in fine ff. Ad Tabel.* cum quibus videtur tenere Bero. *hic num 30.* licet contrarium temerit idem Angel. in l. *Verum, num. 4.* post Jullianu *1. 101. ff. de petit. hereditat.* Tuvius Menoch. *de præsumptionum. 2. l. 6. præsumpt. 27. n. 6.* ubi plures citat pro utraque sententia: & in tota dicit facta apertè probari in l. *In pupill. ff. de solut.* quam etiam probat aliis pluribus relatis Thomas Sanchez *super Decalogo, tom. 1. lib. 2. cap. 23. num. 37. 38. & 39.*

55 Secunda sit conclusio, quod in illis casibus, in quibus bonæ fidei possessor facit fructus suos, non tamen facit illos suos irrevocabiliter, quia si extant, & non sunt consumpti, tamen teneatur eos restituere. ut l. *Certum, sit bonæ fidei verò extantes, C. de rei vindic. & 5. Si quis non dominus. Instit. de rerum divis.* ubi si pervenit Dominus superveneritque, & rationem vendicet, de fructibus sub no consumptis agere non potest. Ergo contrario sensu *potest* de non consumptis. Ad idem text. in l. *Bona fide, ff. de acquir. rerum domin.* ibi, suos interim facit, quia quod fructus attinet, loco Domini pene sit: & cum mysteriodixit, loco Domini pene est, ut innuere eum non esse perfectè, & irrevocabiliter Dominum. Item dixit suos interim facit, id est ut notat ibi glossa in ver. *interim, si scilicet*, donec durat bona fides, ad significandum dominium

56 hoc esse revocabile. Ex quatuvis illos extantes non teneatur restituere per viam actionis, puta per rei vindicationem, quæ hoc casu competere non potest, ut proxime dictum est *n. 53.* ut illominus ad illorum restitutionem cogi potest per officium judicis ex quadam æquitate: nam cum ex re mea bona fidei possessor factus sit locupletior, & fructus extantes ex re mea penes se habeat æquitas postulat, ut illos mihi restituat: & ideo cum actio mihi non competat, succurritur per officium judicis, quod in plorantis est impertiendum, quod ex judicio æquum videbitur, argum. d. l. *Si me, & Titium, parte cap. 2. de offic. judic.* & text. in l. 4. 5. *ibi autem judicium* cum ibi notatis *ff. de dolo. Scient. l. 1. ff. de jurisdict. omnium judic.* dixi in cap. *Quoniam, à n. 54. usq. ad num. 58. supra de decim.* & ita deter-

minat Innoc. in cap. *In litteris, num. 1. vers. Ex ea, supra eodem*, nam possessorem fructus ut bona hujus possessoris facere fructus indiscriminatim fuos sive habeat jus, sive non per jura ibi allegat: possit jubere, quod si aliquid de fructu remanserit penes ipsum, postquam constiterit, quod proprietas ad alium pertinet, officio judicis restituendum est l. *Certum, §. Sane, C. de re vindic.* quod etiam reperit *num. 4. vers. Et etiamsi est.* Idem tenet Bartol. in d. l. *Ex ea diversis, num. 1. ff. de rei vendicat.* Bald. in l. *2. num. 6. vers. Ex quo si fructus extent, C. de fruct. & lit. expens.* ubi quod bonæ fidei possessor tenetur ad fructus extantes etiamsi fuit commixti cum aliis ejusdem speciei, puta frumentum cum frumento, argum. l. *In rem, ff. locat.* Idque vel conditione sine causa, vel officio judicis mercenario, l. 4. 5. *restitutio, ff. bonis regendis.* & hic tenuit Bart. *num. 12. vers. Si autem quæritur.* Abb. *num. 4.* Et est communis opinio, ut attestatur Bero. d. *n. 30. vers.* Pollet tamen opinio, licet ipse sentat hoc esse fructus, posse condici certa conditione generali, & non non competere officii judicis, quod est remedium extraordinarium, tuti in casu, ut ibi per eum.

57 Tertia sit conclusio, quod bona fidei possessor post consumptionem fructuum, quos suos fecerat, etiam indiciales, & civiles, seu minorem æstimationem restituere teneatur, quatenus ex illis factus est locupletior, l. *Item teneatur, §. Frater hæc*: ibi, Eos autem, qui judicis causa habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, usque eo dumtaxat, quo locupletiores ex earum facti essent, condemnandos esse, *ff. de petit. hereditat. l. Sed si lege, §. Idem si rem distraxerit, l. Si rem, & pretium*: & l. *Sup. ff. rem. & l. Non hæc natura, ff. de condit. indeb.* & ad illorum restitutionem teneatur, & convenirì potest condictione sine causa, quia illa actio, seu con-

58 dictio, quæ datur ex æquitate datur non solum adversus eum, qui factus est locupletior ex re mea, sed etiam contra eum, qui locupletior factus est ex re mihi debita, quæque nondum mea erat. ut colligitur ex l. *Item si rem*: & ex d. l. *Si me, & Titium*, ibi non quæ pecuniam mihi credidi, sed quia pecunia mea ad te pervenit, eam mihi à te reddi bonum, & æquum est, *ff. de certi. petat.* maxime quia glossa in ver. *Pecunia mea*, quæ exponit mea, id est mihi debita. Quæ conclusio est Innocentii in cap. *In litteris, num. 1. vers. Sed & si dictis, supra ed.* Item Bart. in d. l. *Ex ea diversis, num. 6. & 7. ff. de rei vendicat.* Antonius de Butr. *hic num. 12. ext. 3. ita tamen. vers. Bartolus dicit*: & Abbas *n. 6. vers. Bartolus*, in d. l. *Ex ea diversis*, ubi sequitur hanc opinionem tanquam æquissimam. Soc. Sen. *cons. 251. Quoniam, n. 2. lib. 2.*

59 Locupletior autem dicitur, quando occasione rei hic consumptæ patrimonium suum est aliquo modo auctum, ut quæ sumptus non fecit, quos alioquin ex suo patrimonio facturus fuisset, vel aliquid lucratus est illius rei occasione: secus si propterea lautius vixit, aut splendidius, quam alias victurus esset, ut l. *Sed & illegit, §. Quod autem quæ ex hereditate, ff. de petit. hereditat.* & l. *Item servandum, ff. de legat. 2.* ibi, non enim abluitur quid in corpore patrimonii retinetur, quia de re plura congerit Thom. Sanchez *su-*

per Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 23. à num. 7. usq. ad n. 20.

60 Sed tu adverte, quia proposita conclusio ex mente Bart. Butr. & Abb. non est communis, sed singularis ipsorum: nam glos. & DD. communiter tenent bonæ fidei possessorem in tantum facere fructus indulciales suos, ut si ab illo sint consumpti, quamvis ex eis factus sit locupletior, tamen nullo modo teneatur illos restituere; quamvis esset extantes restituere deberet, ut dictum est supra in alia conclusione, n. 17. tamen postquam consumpti sunt, ad illorum restitutionem nullo cum adstringitur, quia illos ex cultura, diligentia, & labore irrevocabiliter lucratus fuit, §. *si quis à non Domino, instit. de rer. divis.* & ita tenere communiter DD. affirmat Bero. *hic n. 33 vers. Ita certe*; quibus adde Rotam *in Romana seu Ostiensis Portarum, 2. coram Sovernero 1165.* coram Gipso, in quadrinumeratis Doctoribus pro utraque sententia, sequitur sententiam Accursii, & Azonis in d. l. *Res ex diversis, ff. de rei vendicat.* contra sententiam Bartoli, hoc est bonæ fidei possessorem etiam fructum locupletiorem non teneri restituere fructus, quando agitur in judicio particulari, sed tantum ubi agitur in judicio universali, veluti petitione hæreditatis. Postea tamen Rota in *Mediolanen. Pensionis, 13. Januarii 1632.* coram Merlino, quæ habetur in impressis, *decis. 1. n. 28. per 7. ceterer.* ponderavit, quod in prælegata decisione Gipsi affirmat non fuisse disputam, sed inter Dominos multum controversum, an illa opinio esset vertior, & solummodo continuum illam esse communiorem; sed hodie numerando Recentiores Doctores, qui post decisionem Gipsi plerique, fuit ab esse non esset communis. Et tamen de opinione Bartoli, non obstat ratio consumptionis ex adversa, in confederata: quoniam tractatus non dicuntur consumpti ex quo in corpore patrimonii retinentur, ut dicitur in dicta l. *ita servandum, ff. de legat. 2.* & declarat Bald. in l. *Pro actione causa, vers. item per gloss. C. de iure deliberandi.* Necrefert, quod ille text. & alia jura superius in conclusione allegata loquantur in petitione hæreditatis, & sic in judicio universali. Quoniam in hoc nulla constituenda est differentia, ut optime deducit Bero *hic n. 33.* quemadmodum videtur. Et pro hac opinione ferè innumeros tam Jurisperitos, quam Theologos commulat Thomas Sanchez *super Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 23. n. 27. & 77.*

61 Circa secundum membrum principale de malæ fidei possessore, qui semper fuit in mala fide, an faciat fructus suos, vel illos restituere teneatur, & quo remedio? Licet glossa *ult.* hic breviter se expediat dicens cum teneri ad restitutionem fructuum omnium, qui probantur ad eum pervenisse tam ante, quam post litem contestatam, sed non adeo, qui percipi potuerunt, nisi per violentiam: tamen hæc glossa communiter non tenetur, ut dicit Abbas *hic n. 7.* Unde ex ejus dicto continuantur sunt sequentes conclusiones.

Prima conclusio, quod malæ fidei possessor sive bonæ violentus, sive non, & sive possideat sine titulo, sive cum titulo, fructus etiam indulciales non facit suos: nam mala fides non operatur, textus est in l. *Qui scit*, ibi *Si rectum nondum alienum qui scienti possidetur*, nulla ex parte fructus suos faciet, quoquomodo fati fuerint. *ff. de usur. 56. l. vectigalia prima, ff. de rei vindic.* Ad idem text. in l. *Domum, l. si fundum, & l. Certum, C. de rei vindic.* ubi fructus vendicantur. Ergo quos sunt malæ fidei possessoris, & in hoc nullum est dubium, ut inquit Bero *hic n. 34.*

62 Hoc tamen intelligas, illi fructus sive naturales, sive industriales à malæ fidei possessore effecti consumpti, quia consumptione suos faceret. Quod enim operatur translatio dominii ab initio, idem operatur consumptio rei ex post facto, l. *si filius familias cum similibus, ff. si certum petatur*: & ita est de mente Bartoli in d. l. *Res ex diversis, n. 11. ff. de rei vindic.* Abb. *hic n. 7.* & Bero. *d. n. 34. vers. Hic tamen intelligas*, dum dicunt contra malæ fidei possessores ad fructus consumptos agi conditione sine causa, quæ præsupponit dominium ex parte rei conventi, §. *Sed mas, instit. de action.* & hoc de fructibus naturalibus, & industrialibus.

63 In civilibus verò distinguendum est, ut legitur, & notatur in l. *Si Titius, ff. de condict. indeb.* nam quandoque malæ fidei possessor suos fructus recipit ex contractu inito cum seipso, quandoque ex contractu inito cum Domino. In primo casu solvens liberatur, sed recipiens tenetur. Secundo verò casu solvens non liberatur, nisi habuerit probabilem causam ipsi solvendi, puta quia injuste fuit electus, vel confirmatus per Superiorem, & putabatur confirmatio legitima, cum non esset secundum Innocentium in cap. *Ex litteris, n. 4. in fin. vers. Nisi forte, supra eodem*, Abb. *hic n. 8.* & Bero. *num. 34. vers. Fraudem verò cessiat.* Similis distinctio in bonæ fidei possessore facta fuit supra *num. 49. & n. 50. in 2. & 3. conclusione.*

64 Nunc videndum an malæ fidei possessor fructus quos fecit suos, restituere teneatur, & quo remedio? & in hoc similiter constituendæ sunt conclusiones infrascriptæ.

Prima conclusio: malæ fidei possessor sine titulo teneatur de fructibus, quos percepit, & qui percipi potuissent, & sic de perceptis, & percipiendis, ut hic probatur, licet hæc littera loquatur de violento. Ad idem sunt jura clara in l. *Domum*, ibi: Præses Provinciæ cum pensionibus, quas percipit, aut percipere poterat, & omni causa damni dati, restituere jubebit, *Cod. de rei vindicat.* in l. *Fructus*, & in l. *Si mare, ff. eod.* & firmat glos. in cap. *Non licet Papæ, in ver. Et etiam fructus, 12. quæst. 2.* Item glossa in l. *Res ex diversis, in ver. Non habendum, ff. de rei vendicat.* Abbas *hic n. 7. vers. Distinguendum est, & n. 13.* Jas. in l. *Apud Julianum, §. Breviter ff. de legat. 1.* & sequitur Rota apud Pur. *decis. 383. num. 5. & decis. 1170. n. 1. part. 1. diversi.* ubi quod intrusus in beneficio teneatur restituere etiam fructus, quos percipere potuisset, licet violentus. Et idem servat quando spoliator non habet justam causam, quare spoliavit, ut in decis. *vit. de restit. spoliat., in antiq.* Pur. *ubi supra.*

65 Quo verò ad remedia, quæ dantur adversus malæ fidei possessorem ad restitutionem fructuum, Distinguendum est: nam aut quæritur de fructibus perceptis, aut de percipiendis. Si de perceptis, referentur adhuc extent, vel sint consumpti. Si extent, petitionem rei vendicatione: Si sint con-

consumpti, conditione sine causa, vel ingressa, ut est casus in l. *Mala fide, C. de condict. ex lege*, & in l. *diversa*, ibi: Sed extantes quidem vendicari, consumptos verò condici posse procul dubio est, *C. de crimin. expilat. hæredit.* Item de

66 consumptis agi potest rei vendicatione perinde ac si extarent, quia ex quo erat malæ fidei possessor, & hæc sciebat, sciscire debebat, illos fructus non esse suos, utique eos consumendo dicitur dolo desiisse possidere, & ideo rei vendicatione illos restituere tenetur, ut in l. *Qui dolo, & in l. Patrem, ff. de regul. jur.* nam ex possessione dolus est, ut dicitur in d. l. *Qui dolo*, ubi glos. unica exemplificatio convenit rei vendicatione, vel petitione hæreditatis. Advertè tamen, quia hoc casu propter dolum, & malam fidem datur rei vendicatio utilis, non directa, arg. l. *Ebrius, §. Si in quam, ff. de non cal.* & declarat glos. in d. l. *Mala fide, & l. Qui dolo, & Bero. hic num. 34. vers. Item de confusione.*

67 Rursus contra malæ fidei possessorem ad consumptos agi potest etiam conditione furtiva tanquam contra furem, quia fur dicitur rem alienam scienter contrectando, l. 1. *ff. de furt.* junctis l. *In rem, §. final. ff. de condict. furt.* quia

68 contra furem omnis actio degenerat, ut *§. sin. utraque, instit. de action.* Bero. *ubi supra vers. Item*

69 *contra.* Quimimò malæ fidei possessor fructus percipiendo non facit furtum, sed consumendo facit furtum, & tenetur furti, ut est casus in d. l. *Mala fide*, & ibi Salicet. *in summario, C. de condict. ex lege.*

70 De fructibus autem percipiendis, qui nunquam fuerunt in rerum natura, malæ fidei possessor sine titulo conventus officio judicis, ut §. *Illorum, institut. de offic. Iudic.* Glos. Bald. Salicet. & Paul. de Castro in l. *Dominum, C. de rei vendicat.* Abb. *hic num. 7. vers. De percipiendis autem*, & Bero. *d. num. 34. eodem vers.* Rota *decis. 1170. num. 3. part. 1. diversi.* Nam rei vendicatio non datur, quia nihil extat, ut supra, nec conditio sine causa, quia nihil ad eum pervenit, arg. d. l. *Si eum servum*, & l. *Me & Titium ff. si cert. petat.*

71 Secunda conclusio. Malæ fidei possessor cum titulo teneatur de omnibus fructibus perceptis, sed non de percipiendis, quia titulus eum excusat, ut l. *Si fundum, C. de rei vendicat.* ibi (Fructus, quos cum mala fide percepisse fuerit probatum aditus Præses Provinciæ restituere jubebit) ubi glossa *ult.* & Bart. *num. 3.* ideo dicit *percepisse*, quia de percipiendis non tenetur propter titulum, quem habet. Idem tenet glossa in l. *Sed & patrem, in ver. Petuit, ff. de eo quod met. caus.* & in l. *Sumptus, §. final. in fin.* Generaliter, in l. *Fructus non modo, in ver. Percurant*, & in l. *Res ex diversis, in ver. Non habendum, ff. de rei vendicat.* Item glossa in cap. *Non licet Papæ, il primo, in fin. 12. quæst. 2.* Specular. *in tit. de fructibus, & interess. §. Item ipsum, num. 3. & 4.* Bart. in d. l. *Fructus non modo, num. 1. in 1. opposit.* Bald. in d. l. *Si fundum, num. 2. in 3. notab. & in 3. opposit.* & ibi etiam Angel. *num. 3.* Hostiens. in cap. *Cum causam, ad finem, supra de offic. Iudice Delegat.* ubi etiam Joan. Andr. *num. 8.* & Abb. *num. 5.* & hic tenent glossa *ult.* Hostiens. *num. ult.* Butr. *num. 1.* Cardin. *num. 1. ad fin.* Anchar. *num. 12.* Imol. *num. 5.* & Abb. *num. 7.* Ex quibus constat

hanc esse communem opinionem: licet Cyrus in dict. l. *Certum, num. 3. in fin.* Paul. de Castro in dict. l. *Si fundum, num. 5. C. de rei vendicat.* & alii nonnulli opinati fuerint malæ fidei possessorem tenere indistincte ad restitutionem fructuum, qui percipi potuerunt, sive titulum habeat, sive non. Sed non bene, quia jura per eos allegata loquuntur aperte in malæ fidei possessore, qui titulo carat.

72 Fallit tamen supradicta conclusio in quatuor casibus, in quibus malæ fidei possessor cum titulo etiam de percipiendis tenetur, quos ponit glos. *ult. in d. l. Si fundum, C. de rei vendicat.* & Abb. *hic num. 7. ante medium, vers. Et communiter exceptantur quatuor casus.* Primus est in eo, qui in fraudem creditoris emit, l. *In Prætor. §. Porro, ff. de bon. quæ in fraud. creditor.* Secundus in eo, qui scienter contra legis intentionem, l. *quem admodum, C. de agricol. & censit. libro 11.* Tertius in eo, qui emit à fisco non solemniter vendente, l. 1. *C. de fid. instrum. & jur. Hypothecar. 10. & Vide num. 4. item ff. de usur.* Quartus in emente per metum, d. l. *Sed & patrem ff. Quod met. caus.* Et quamvis Ultramontani teneant oppositum, tamen glossa prælegata communiter tenemur, ut inquit Butr. in l. *Res ex diversis, num. 11. ff. de rei vendicat.* addit glos. & quin-

73 tum casum, videlicet in eo, qui fructus patitur fructus maturos corrumpi, & contenet glos. Joan. *in cap. Non licet Papæ, in ver. Et cum fructibus*, ibi, vel qui culpa sua non fuit perceptis, 12. *quæst. 2.*

74 Sextum addit Bero. *hic num. 34. vers. Fallit tamen*, videlicet in eo, qui mala fide possidet rem minoris etiam cum titulo, de quo est glos. in l. *Patri pro filio §. Item ex diversis, in ver. Fructibus, ff. de usurpat. illum rem, junctis §. pro edente*, quam glossam ad hoc pro singulari allegat Rota *num. 10. singular. 542.* Quibus addo Crescentium *decis. 8. de caus. possess. & proprietat.*

75 Cæterum quatuor primi casus excepti reducuntur omnes ad unum, videlicet quando titulus est inscitus, & à jure reprobatus, tunc enim habetur pro non titulo, ac proinde malæ fidei possessor non excusatur à restitutione fructuum, qui percipi potuerunt, ut declarat Hostiensis in cap. *Cum causam, ad fin. supra de offic. Delegat.* post eum Joan. Andr. *ubi num. 8.* & Abb. *num. 5.* & idem Abbas *hic num. 7.* Fulgosius *cons. 190. Visis, cum pluribus, num. 4. vers. Ad secundum autem, & cons. 176. Quia ex solo, num. 2. vers. Ad secundum*, & ita reducit omnes ad hunc casum adverunt, Faber in d. l. *Certum, C. de rei vendicat.* & Joan. Garz. *in tract. de expens. cap. 23. n. 43.*

76 Sed numquid malæ fidei possessor teneatur restituere distributiones quotidianas, quas reddendo, & divinis interessendo percepit, quas-

77 ve percipere potuisset. Non videtur, quia distributiones quotidianæ non computantur inter fructus, nec fructus dicuntur, cap. *Inter, vers. Nolumus autem ut distributiones quotidianæ, tempore de probend.* & in cap. *de Cæter. non residentibus libro 6.* & in cap. *final. de concess. probend. eodem libro*, & in Extravag. *Cum nonnulla, In primis, vers. Præterea, de probend.* plenissime Oldrad. *consil. 118. Ex virtute gratiæ*; Joann. Andr. *in Addenda, de concess. probend.* qui transtulit integrum consilium Oldradi, auctore tacito, Felin. in cap. *ad aures, num. 14. de rescript.* & consulit Rota in quam plurimis decisionibus, quas cumulat Gonzalez

ad reg. 8. Cancellariæ in princ.n. 7. *numer.* 1. 2. & addantur *ad decis.* 176. *num.* 1. *part.* 4. *num.* 3. *rerum.*

78 Et merito, quia distributiones nihil commune habent cum corporis obsequio, sed dantur ratione servitii, & in recompensam solicitudinis divinorum officiorum *d. cap. Inter de cler. non resid. lib.* 6. & quandoque Maniralia, quandoque vilitalia appellantur, *ut ipsum*, & in cap. *Tis cleric. resid. ut infra eodem*. & *d. cap. Inter, infra, de prebend.* Felin. in cap. *Cum olim, in princ. de rescript.* Item debentur pro opere diurno, & ratione laboris impensi in vinea Domini, & dantur tanquam merces Patri *cons.* 133. *num.* 3. *vol.* 4. Cirgas poll. alios *cons.* 144. *num.* 6. & 15. Rota *decis.* 30. *num.* 6. & 17. *part.* 9. *recent.* Boca. *decis.* 193. *num.* 18. *dequo ad eum pertinet merces.* *decis.* 1. ad 3. *numer.* 5. *cap. Quamque*, 12. *quæst.* 2. nec debentur fraudari debent in vinea Domini *ut inde* 12. *num.* 1. *cap. Sicut. De magistris. Item ut bovem qui non debet triturare.* Deuter. 25. *cap. Ecclesiæ, vers. Item non alligabis*, 15. *quæst.* 1. *cap. Cum ergo, de, de prebend.* Et qui ad onus eligitur, re, etiam non deoeat a mercede, *cap. Cum fundum de prebend.* & *cap. Charitatem*, 12. *quæst.* 2. Hoc pactum namque est, ut illi contequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare repræsentant obsequium & *cap. Ecclesiæ, 10. ex conf. & quæst.* & *cap. Clerici*, 1. *quæst.* 2. *Nemo enim militat suis stipendiis.* 1. ad Corinth. 9. *cap. Ex hac*. 2. *quæst.* 1. & *cap. Cum ex officio de prescript.* Quamvis non videatur quis fraudandus mercede laboris, etiamsi de facto officium occupaverit, ut probat text. in *l. Titia, ff. ad municipal. & de incol.* ubi exercens ministerium alteris demandatum sub certo salario, potest, ac debet salarium illud contequi. Facit text. in *l. 17. in 1. responsio. ff. de munerib. & honorib.* & in *l. Cum duobus, 3. de venatione*, ibi, Pretium enim operæ est. *ff. Transactio*, cum aliis in punctio allegat. per Franc. Vivian. in *tract. commun. opin. in verb. Distributio, opin.* 374. *numer.* 5. *vers. Quæ datur pro servitio.*

82 Porrò limum autem hæc venitam sibi locum in ut distributionibus quotidianis, quia cum in ipsis acquirendis magis sit elaborandum, inde est, ut plenius acquirantur, quam fructus prebendæ, idem ut Clericus quamvis de fructibus beneficii stellari nequeat; tamen cum distributionum sit absolutus Dominus, de illis bene stellari potest, ut post Gulielm. in Extravag. *Suscepti*, Joann. XXII. firmat Genuin. in cap. *unico*, §. *Qui vero, num.* 3. in 1. *notab.* & ibi etiam Franc. *num.* 1. *de clericis non residentibus, libro* 6. Ludov. Bologn. *tractat. ad tract. de Annat. cons.* 87. *sed numer.* 5.

83 Sed his non obstantibus Rota sæpissime resolvit malæ fidei possessorem teneri, & condamnandum esse ad restitutionem quotidianarum distributionum, quas interveniendo, & divinis interessendo percepit, etiamsi ex parte impedit nulla præcellerit protestatio. Cassador. *decis.* 5. *num.* 3. *de prebend.* Pinzus *decis.* 83. *num.* 7. *libro* 1. Rota *decis.* 618. *num.* 1. *part.* 1. & *decis.* 1176. *part.* 1. *recent.* Coccin. *decis.* 21. *num.* 3. & 4. & sequitur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. in proem.* §. 7. *num.* 161. *vers. Quæro hinc*, & Grat. *discept. forens. cap.* 391. *numer.* 41. Idque jure optimo, ne ex facto, & culpa sua malæ fidei possessor locupletetur cum alienæ jactura, ut per Pint. 2. *de* 84 *tit.* 15. *num.* 2. & Coccin. *d. decis.* 21. *numer.* 2. Et quia licet in valore fructuum non computentur distributiones quotidianæ, Rota *decis.* 35. *num.* 2. *de sentent. & re judicat. & decis.* 19. *numer.* 1. *de prebend.* ut dicit. (in quibus verbis loquitur Oldrad. Joan. A. Andr. & Felin. *in loco supra citato.*) tamen hujusmodi distributiones comprehendunt sub fructibus. Aliud enim est dicere, quod distributiones quotidianæ comprehendantur sub valore fructuum, & non comprehendantur; & aliud, quod sint de fructibus, & sunt quia tales distributiones quotidianæ dantur residentibus Canonicis, etsi Canonicus esset impeditus habetur illos. Ratio ergo postulat, & æquitas ingerit, ut sub nomine fructuum comprehendantur; quæ sunt formalia verbi Mobedani *decis.* 6. *num.* 2. & 3. *de prebend.* & sequitur Rota *decis.* 1176. *num.* 2. *part.* 3. *decis.* Et propterea condemnatur ad restituendos fructus Canonicatus, & præterea ceseretur etiam condemnatus ad restituendas distributiones quotidianas, ut resolvit ibi Mobed. dicens *nu.* 1. hunc esse communem stylum, & practicam Rotæ, ut in casibus Beneficialibus super Beneficiis Capitularibus non fiat alia condemnatio nisi cum fructibus perceptis; & sub verbo *Fructibus* semper comprehendantur distributiones quotidianæ: & apud Pint. *d. decis.* 38. *n.* 5. & 6. *lib.* 1. & *d. decis.* 618. *num.* 1. *decis.* Gonzal. & Gratian. *loc. cit.*

87 Nec obstat quod distributiones quotidianæ sine mercede servitii, & laboris diurni. (Quoniam, ut diversis verbis respondet Cassador. *dict. decis.* 6. *numer.* 1. *de prebend.* si Canonicus non esset Canonicus, aut non reputaretur pro Canonico, procul dubio eos non habuisset; quia tanquam tali cum stallo in Choro, & loco in Capitulo conceslæ fuerunt. Unde quasi ablique titulo perceperat, tenebatur restituere. Idem ergo si cum titulo reprobato, & sine juris fomento, quia hæc parta sunt, *l. Nulla, ff. de Barber. Tutor. cap. Ita de Cler. non resid.* Facit etiam cap. *Cum olim, de Præbat.* ubi non est differentia, quod non sit constitutus Procurator, vel quod minus sufficienter constituatur. Et ita Abbas ibi colligit. Pro hoc facit, quia negari non potest, quin res alienam contrectaverit furtum committendo, vel rapinam, ut dicitur in cap. *Dudum, de elect.* Sciebat namque, aut certe debuit (cum juris ignorantia non relevet, *l. Legati, C. de leg.* 3.) quod non erant suæ, nec ei debitæ distributiones, nisi esset institutus, *reg.* 1. *de reg. jur. libro* 6. & quod vitiose percipiebat, quod Canon prohibet, cap. *omnis, dees qui mit. in possess. cum seq. vel fere. redim. libro.* Quodque ad illum spectabant, *l. Cum quæreretur, C. Fide* 91. & 90 necesse habebat injuste habere restituere. Quoniam non sufficit hujusmodi dæmonium agendo pœnitentiam in sola oratione, & jejunio ejicere, ut inquit Hostien. in d. cap. *Dudum, num.* 17. & illud de servitio personali non excludit, quin in casu d. cap. *omnis, de Cleric. non resid. lib.* 6. cogatur ad restitutionem distributionum, quarum dominium non acquisivit, nec suas fecit. Et idem esse debet in omni casu malæ perceptionis, non considerato quod servivit, & laboravit; & quod os bovis triturantis ligari non debuit cap. *Extirpande, post princ. de prebend.* quia labor attenditur

juxta habentibus legitimam intentionem, & residentibus in capitulo, *l. Ex superiori, de restitut. spoliat.* Ut probatur ex *cap. Cum olim, de præbend.* & *cap. Ex hac parte, de rescript.* & *l. 2. cum Scol. C. de caudic. tolleng.* (Hodiernus verba Cassadori in prædicta decis. 5. Quinetiam quod gerunt negotia magna mortis, mercede non excedere non possunt; quia nec expendere possunt, licet stallet gerere, *l. fin. Cum quæ. 13. de iterum in integ. restitut. l. Laborem, 6. de usufr. 12. de leg. ff. de ædem.*

91 Non obstaret, *in d. l. Nemo, ff. de munerib. & honorib.* quia loquitur in prædicta ratione, seu in munere consulum, & similibus, & ne in modo munerio Stali, in quo nulla erat stalla indulsa personæ, sed stallum tantum, juxta illum textum nec datur Stalla in *cap. 1. part. 2. decretal. num.* 1. *de rescript.* Hinc de distributionibus percepitis.

94 Quin verò ad percipiendas, tamen si Rota semel, atque iterum consuerit malæ fidei possessorem teneri restituere etiam distributiones quotidianas, quas divinis interessendo, & opere juvando etiam nullatenus adesse prestitantur, ut refert Cassador. *in prædicta decis.* 5. *num.* 3. *de prebend.* Posset tamen contra quo extra prætellari dicere, quod spoliator non restituit, & illa retinere sibi, aut possidere non debuerat. Et hinc condemnandum Rotæ alias multas veterum Pizcorum edicta interpretantur, quibus vacavit, aut *l. Ex autem, ff. de in jus vocando*, ut ad effectum, in quo tenetur ad distributiones quotidianas, quas percipere potuisset, ibi ala in prædictar. Rotæ, ut *decis.* 14. *n.* 6. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Et hunc illum poterit semper retinere, velutetur, ut quæ illi tempore, ut percepit quod illius, quæ percepit per illum, in *decis.* 1. *numer.* 1. *part.* 1. *recent.* & 3. poll. Pint. *d. decis.* 38. *n.* 5. & Coccin. *d. decis.* 21. & sequens Gonzal. *d. reg.* 8. *Cancell. in proem.* §. 7. *num.* 161. *vers. Quæro hinc*, & in *d. decis.* 21. *numer.* 1. & 2. *part.* 1. *recent.* & quamvis in casu Mobed. *d. decis.* 6. *numer.* 1. de illis tantum percepit, tamen ibi potest dicitur protestationem non fuisse necessariam dicunt; 95 formaliter dixit non obstante illa ratione, litteras protestante ut, quod non ad retinendum sibi, sed non ad illendum illi juris esset, si protestatio non fuisset, ut *l. 19. n. 1. ff. de condit. & demonstr. & l. Ex ea ratione, 3. ff. de mortis causa. ff. de rebus dubiis.*

96 Albus casus, in quibus non requiritur dicta protestatio recedere addentes ad Rotam. *decis.* 1. *numer.* 10. *part.* 1. poll. Gonzal. *d. reg.* 8. *Cancell. in proem.* §. 7. *n.* 16. *num.* 161. *in fine.* 1. *vers.*

97 Extra rectitudinem tamen omnis videtur, quando quis a principio bona fide possidet, *l. 42. poll. Sotto.* *ff. de publ. fidei*, Abb. *d. cap. 9. de dilationib.* Aut super eum malæ fidei cum perditionem mutationis, ut quod habet habet malæ fidei cum delinquitur habere: Inanum; & hinc licet postea in tanta malam 99 fidem fructus sine non fuit. Hæc cum mala fide superveniens cum mutatione personarum

impedit in fructuum ratione, *decis.* 18. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Verum, *in prædicta decis.* 21. *Rotæ*, *n.* 2. *vers. Quæ autem*, & *n.* 3. *vers. Quæ autem*, & *n.* 4. *vers. Quæ autem*, & *n.* 5. *vers. Quæ autem*, & *n.* 6. *vers. Quæ autem*, & *n.* 7. *vers. Quæ autem*, & *n.*

acquisitione momentanea, & sine electione [illegible] non [illegible]. Nec ratio argumentum [illegible] quia nulla possunt acquirere, [illegible] quia nulla possunt acquirere, [illegible] acquirere, [illegible] in dicta l. *Bona fide*, 3. in principio, *ff. de usurp. et usuc.* & [illegible] observat Dario, [illegible] 57.

108 A fortiori, & fortè melius, idem quod Eudemon conclusione in quadrante efficaciaque [illegible] ratione, & circa [illegible] perpetua, & continuata tempora bonæ noti judicandum sit eodem modo, quo de possessore bonæ fidei, adeo ut percepta vero, & continuato tempore malæ fidei loco de possessore malæ fidei. Et hanc conclusionem tenuerunt plurimi ex recentioribus, & in specie Fetz. Lorenzo in l. *[illegible] ad [illegible] ff. de regul. jur.* Eugenius Bart. [illegible] *de rep. [illegible]* Joann. [illegible] Cavat. *var. resolut. [illegible]* [illegible] *de expens. [illegible] ff. [illegible]* [illegible] Menoch. *de retin. [illegible] num. 15* [illegible] *cons. [illegible] num. 11, & [illegible] de expens. [illegible] num. 3.* Fetz. Navar. *de [illegible] cap. 4. in [illegible] num. [illegible] de [illegible] & [illegible] 5, 6 [illegible] Quando aliquid* [illegible] *ff. [illegible]* [illegible] & alii nonnulli, quos citat, & sequitur Menoch. *de retin. [illegible] lib. 2 cap. 24 num. 17. 18.* & *de [illegible] num. 5 de [illegible] Quando, in [illegible]*, ubi dicit bonæ fidei possessorem tandem malam esse ad restitutionem fructuum percepturum, & die motæ litis, quia tunc incipit habere malam fidem, nec facit distinctione. Sed si ab initio habuit malam fidem, & restituendum percepto ab die occupationis, seu usurpationis, Et idem dicunt sequitur Caput. *aq. dict. 27. par. 1. par. 2.* & clare omnium opinionem probavit *decis. 3. num. 27. vers. [illegible] restituat, [illegible] par. 3. num. [illegible] ubi citatur Ille [illegible] ff. [illegible] num. 22 [illegible] 10. ff. [illegible]* [illegible] Fetz. *cap. 13 [illegible]* ubi consilium [illegible] quod quantum [illegible] *dict. [illegible] 12* [illegible] & Covarr. *[illegible] cap. 8 [illegible] 34 [illegible]* ibi (Et omnis quoque bonæ fidei possessor restituere dicunt, quo ratione possit fieri [illegible] quod [illegible] [illegible] 20 [illegible] possessor, nec restituere, tunc malæ fidei possessor perhibetur) & in l. *Qui bona fide, ff. de usurpat. et usuc.* ibi (Malæ fidei equiparatur & quantum malæ fidei servit) Ceterum si caperit (id est tum Alienum esse, vel liberum, videamus an ea acquirat. Quæ illa non est, nisi [illegible] [illegible] [illegible]

cis.289.num:11.ubi attestatur de stylo Rotæ dari manutentionem pro terminis decursis etiam
131 ante motam litem quando ad illos principaliter agitur, juxta prælegatam *decis.* 5. Paleotti, & Seraphini & coram S.D.N.Innocentio X. in *Tertiana pensione 26.Februarii, 1618.* & novissimè coram Merlino in *Mediolanen. pensione die 6. Iunii 1633.* Et in eadem *19. Ianuarii 1635.* quæ est *decis.5.à num.6.usque ad num:23. par.7. recent.*
132 ubi aliæ concordantes allegantur, & tenet Gig. *de pens.quæst.47.num:8.*

Ratio est, quia cùm ipsæmet pensiones judicio possessorio petantur, non potest dici facta plenaria restitutio juxta propositam actionem, nisi solvantur omnes in præteritum subtractæ, ut declarat Innoc. in cap. *Querelam, num:3. vers. Et nota, de elect.* & Rota *in d. Mediolanen. fructuum* coram Plazio. Et quemadmodum si petatur fundus, & ad illius restitutionem reus condemnetur, totus est restituendus, alioquin non diceretur restitutum totum, & integrum capitale: ita dicendum in pensionibus, annuis legatis, & redditibus, quia non tanquam fructus accessorie ad fundum, vel subjectum distinctum, sed principaliter tanquam sors petuntur, & debentur
133 non ex mora, aut ex causa malæ fidei, sed jure dominii, vel subjectum, ut in dicta *decis.5.num:7. part.7.recent.* Et in specie in legatis annuis quod
134 debeantur decursis nedum ante motam litem, sed etiam ante apertas tabulas, & ad tam hæreditatem, statimque à die mortis testatoris legantis, esse ex apertis in *l. Nec semel in princ. vers. Idem censuit, & vers. seq.* & ibi gloss. in ver. *Omnium, ff. Quando dies legati cedat*: quem ad hoc pondet
126 rat Rota in *d. decis.5.num:8.* Quinimo hoc locum habet etiamsi hujusmodi legatum ipsi Legatario ignotum fuerit: nam adhuc debentur termini omnes decursi, ut respondit Bald. *cons.* 235. *Bartholomæus legavit, per totum, libro* 1. Bimius *cons.240.numer.51.libro* 2. & per illum textum fuit judicatum in Consilio Neapolitano,
127 telle Vincentio de Franchis *in decis.634.* Et generaliter in omnibus fructibus, qui considerantur de per se, & principaliter, ut alimenta, & annuæ præstationes, quæ sortem, & capitale constituunt non autem sunt accessiones alterius sortis, ne-
135 que producti ab alio capitali distincto, quod debeantur etiam decursi ante petitionem, & interpellationem, deducitur ex *l. Liberis, §. Manumissis, ff. de alim. & cibar. legat.* & ibi notat Bart. *in 6. cons. num:2.* ubi rationem assignat; quia non tanquam utura, sed tanquam sors considerantur; & sequuntur Franch. *in d. decis.634. ad fin.* Socin. Sen. *cons.41. In præsenti consultatione, numer.8. libro* 4. & alii allegati in *d. decis.3 num:12. part.7. recent.*

128 Circa quartum & ultimum membrum principale, videlicet quando quis à principio fuit
129 malæ fidei, sed ex post facto fuit effectus bonæ fidei, duo casus sunt distinguendi secundùm Abb. *hic num:* 10. ut in mala fide distinctum est supra *num:98.*

130 Primus casus est, cùm supervenit bona fides cum personarum mutatione. Et hoc casu subdistinguendum est: nam aut personæ hujusmodi in universum jus succedunt, & personam, cui succedunt repræsentant, prout contingit quando defunctus fuit malæ fidei, & ei successit hæres, qui rei alienæ scientiam non habuit, sed credidit defunctum esse dominum: & tunc dicta bona fides non prodest hæredi ad fructuum acquisitionem; quoniam cùm succedat jus omne defuncti, & in omnibus ejus personam repræsentet, ut in Auth. *de jurejur. Anonym. præstit.* sequitur, ut succedat quoque in vitium, ac malam fidem defuncti, quæ propterea sibi e-
132 tiam nocet, ut est text. in *l.2.C. de fruct. & lit. expens.* polleaquam statuit possessorem post litem contestatam teneri de fructibus perceptis, & percipiendis, immediatè subjungit (hæredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est.) Et in *l. Cùm hæres, ff. de diverb. & tempor. præscript.* ubi Papinianus ait: (Cùm hæres in jus omne defuncti succedit, ignoratione sua defuncti vitia non excludit) & infra: nec enim defendetur, cùm exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur: & in terminis nostris voluit gloss. in *l. Sequitur, §. Fructus, in ver. Non fuerint, ff. de usucap.* reddens rationem, quia hæres vitiorum, & culpæ defuncti est successor, *l. Si ergo, §. Sed hæres, ff. de publician. in rem action.* & dict. *l. Cùm*
133 *hæres.* Et quia defunctus, qui erat malæ fidei, fructus percipiendo commisit furtum, cùm rem alienam contrectaverit invito, seu ignorante domino; ac proinde nec ipse, nec illius hæres illos usucapere ullatenus potest, ut *l. Sequitur,*
134 *§. quod autem*, quod si non potest usucapere, ergò longè minus acquirere, ut d. *l. Bona fides, §. In contrarium, ff. de acquir. rer. domin.* Idem firmat Bart. in *l. Et ex diverso, in princ. num:12. ff. de rei vendicat.* Abb. *in d. num:10.* & Bero. *num: 38.* Ruin. *cons. 50. Super themate, num:12. vol.5.* Socinus *regul. 250. mala fides possessor, si quis à principio fuerit; in 3. fallentia.* Afflictus *decis. 240. num:10.* ubi refert, quemdam hæredem à Consilio Neapolitano condemnatum fuisse ad restitutionem fructuum ad exonerandam conscientiam defuncti. Socin. Jun. *cons.182. Anno præterito, numer:28. 29. & 30. vol.2.* Menoch. *de recuper. possess. remed:15. numer.617.* quicquid in oppositum levitus rationibus scripserit Joan. Copus *in tract. de fruct. libro 2. titul.4.cap.3. in fine.*

Aut personæ, quæ in jus alterius succedunt, non repræsentant in omnibus personam, 2 qua causam habuerunt, nec ab ea habent causam universalem, sed particularem, seu singularem, ut si quis à malæ fidei possessore emerit, aut dono acceperit non bona fide: & tunc talis bona fides in successore superveniens prodest ad fructuum acquisitionem, nec inspiciendum est exordium personæ, à qua causam habuit, quia in illius vitium non succedit, ut colligitur ex dicta *l. Si ego, §. Partus, ff. de publician. in rem action.* ubi text. constituit differentiam inter successorem singularem, & universalem: & ibi hoc tenuit gloss. *in ver. Sed hæres*, Abb. *hic num:10. vers. Et idem dicit in alio*: & Bero. *d. n. 38. vers. Et ex prædictis*; Menoch. *ubi supra n.120.*

136 Et ex prædictis infertur, ut quod dictum est de hæredè, qui succedit in vitium authoris, minimè locum habent in successione Prælaturæ, quia successor Prælaturæ non dicitur successor universalis sui prædecessoris, nec illius personam repræsentat, ut *cap. final. Ne Prælati vices suas*, cum ibi not. & ideo quamvis prædecessor fuerit in mala

mala fide, & fructus acquirere non potuerit; tam-
138 men Prælatus successor, qui est in bona fide, fructus suos facit, quia licet in Prælatura, seu in illius jure universali succedat, non tamen succedit in jus ipsius Prælati prædecessoris; quoniam jus suum non cadit, neque consequitur à defuncto, sed à Superiore ipsum instituente; ideoque instituens, & conferens dignitatem & Prælaturam ecclesiasticam dicitur illi donare, & ab eo tanquam à donatore dicitur jus provenire, ut cap. *Relatum*, cum ibi notatis: & cap. *Inter ca-*
139 *tera, de probend.* Et ideo successor in Prælatura potest præscribere, & bonam fidem habere, & consequenter fructus acquirere, quamvis prædecessor hoc non potuerit, & malam fidem habuerit: quare mala fides prædecessoris Prælati non nocebit successori, qui in vitium, & culpam prædecessoris succedere non dicitur, ut not. in cap. *De quarta, de præscript.* & in cap. *Cura, de jurepatr. in glossa magna*: & habetur in cap. *Si diligenti, de præscript.* & per Dyn. in cap. *Possessor, de reg. jur. lib.6.* & sequuntur *hic* Abb. *dicto n. 10. vers. Secus pare in Prælato*, & Bero. *n. 39.*

140 Secundus casus est, quando bona fides supervenit sine mutatione personarum: & hoc casu similiter subdistinguo: nam quandoque supervenit ex justa, & legitima causa putandi se bonæ fidei possessorem; & tunc bona fides superveniens prodest ad acquisitionem fructuum, nec spectandum est initium possessionis malæ fidei, sed bonæ fidei supervenientis ex justa, & legitima causa: nam à tempore supervenientis bonæ fidei possessor incipit acquirere fructus post-ea perceptos, non autem antea perceptos tem-
141 pore possessionis malæ fidei. Quandoque verò nulla supervenit justa causa, sed possessor solâ cogitatione existimavit esse bonæ fidei; & tunc talis simplex cogitatio bonæ fidei nihil operatur, nec efficit, ut quoad juris effectus possessor dicatur esse bonæ fidei, quia sine justa & legiti-
142 ma causa superveniente nemo potest mutare sibi possessionem, *l. Non solum, §.1. ff. de usucap. l. Cùm nemo*, cum ibi not. *C. de acquir. possess.* & *l. 3. §. Illud, ff. eod. l. Bona fides ex justa causa, & legitimo titulo*: & ideo potest incipere illud usucapere, quod prius non poterat propter malam fidem, quam habebat, ut in citatis juribus: & in hac distinctione residendo hic Abbas *num. 10. vers. Quandoque supervenit*, & Bero. *n.40. vers. Secunda sit conclusio*, & *n. 41.* & est ex mente Bart. in *d. l. Sequitur, §. Fructus, circa medium, ff. de usucap.* Et ex his expolita sunt quatuor membra superiùs proposita.

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

Cap. Literas.

1 LITERAS. Si contra petentem restitutionem conjugis opponatur consanguinitas in gradu prohibito, & offerantur probationes paratæ, recepto ab opponente juramento de malitia, negabitur restitutio quoad thorum, & fiet quoad reliqua. Si ve-
2 rò probationes promptè non fiant, fiet plena restitutio, nisi sit magna vitiositas. Hoc dicit secundùm Jo. Andr. & omnes; & sunt duæ partes principales. Prima ponit thema, & consultationem. Secunda respondet, ibi, *nunc*, & hæc subdividitur, ut per eum.

Pro intellectu hujus Decretalis vide quod scripsi in *c. Ne innotuit, n.339. & seq. supra de restitut.*

DE PROBATIONIBVS.

Cap. Ex Epistola.

SVMMARIVM.

1 *Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur.*
2 *Imperator in causa cum suo subdito in temporalibus subest Papæ tantum, non autem inferiori; in spiritualibus verò subest etiam Episcopo suo.*
3 *Pacta inita à Principe cum subdito servanda sunt etiam per successores.*
4 *Reges multi sunt, qui superiorem in temporalibus non recognoscunt.*
5 *Species extranea de genere non perimit genus.*
6 *Obsequiorum necessitas subjectionem arguit.*
7 *Princeps legem facit tanquam Princeps; contractum verò tanquam privatus. & n.23.*
8 *Contractus etsi ab initio sint voluntarii, tamen postfactum etiam cum Principe sunt necessarii. & n. 23.*
9 *Canonicus non potest redimere officia, & loca montium pro pretio, quo ea prima erectione vendita fuerant, vel potius pro pretio ultimarum venditionum. & n. seq. usq. in fin.*
10 *Pactum de redimendis in Bulla erectionis officiorum non apponitur expressè; sed supponitur redimendi facultas.*
11 *Emptor in redemptione officij recuperare debet nedum pretium, sed etiam pretij accessiones.*
12 *Pretij accessiones est ejusdem naturæ cum principali.*
13 *Ecclesiæ, & populus tenentur in eo, in quo facti sunt locupletiores.*
14 *Clausula, rebus sic stantibus, semper in contractibus subintelligitur.*
15 *Idem in privilegijs.*
16 *Pretium insurgit de tempore venditionis, non autem promissionis de vendendo.*
17 *Loca montium cessantis pacto de redimendo, an possint per Canonicum redimi. & n. seq. usq. in fin.*
18 *Privilegium concessum ex causa onerosa non potest per principem revocari.*
19 *Privilegia Auditorium Rotæ concessa in remunerationem laborum sunt irrevocabilia.*
20 *Contractus à Principe initus etiam cum subditis irrevocabilis est.*
21 *Quod maximè procedit in Principe Ecclesiastico.*
22 *Deus quoque ex sua promissione obligatur.*
23 *Imperator, vel Papa sic de plenitudine potestatis possunt contravenire contractui.*
24 *Idem in successore.*
25 *Nihil est quod lumine clariore præfulgeat, quàm*

recta

rejpa fides in Principe.

26 *Princeps sup. omnes contractum à se initum infringere, cæteros hominum omnimode in contrahendo.*

27 *Pœna maxima est inter homines esse, & hominum carere consortio.*

28 *Contractus omnes, quæ à Principe celebrantur, habent naturam bonæ fidei.*

Princeps debet habere unum calamum, & unam linguam, & esse immobilis sicut lapis angularis, & palma in cœlo.

30 *Princeps est solutus à legibus, tamen à naturali ratione & æquitate, quæ contractibus insit, non est solutus.*

31 *Papa contrahendo obligatur jure naturali, æque ac quilibet æquitas obligatoria.*

32 *Contractus rationi consentiunt sunt de jure naturali, cui etiam Princeps subjicitur.*

33 *Regularium concessio non valet in præjudicium Successoris, nisi sint facta concedente per Principem.*

34 *Princeps ex justa & rationabili causa rescindere publicam utilitatem potest contractum rescindere, & causa præsumitur in Principe.*

35 *Declaratur procedere si publica utilitas alias haberi non possit, quam si auferatur certus jus quæsitum ex contractu.*

1 EX EPISTOLÆ. Res actoris sua propria instrumenta edere non tenetur. Hoc dicit: Dividitur in duas partes. In prima petitio. In secunda ipsius repulsio, ibi, *sed ad hoc.*

2 Nota primò ex text. in causa inter Imperatorem & subditum ejus, Papam esse judicem, & non inferiorem, quia Imperator alium non recognoscit. Quod est verum in temporalibus secundùm Butr. & Imol. *hic.* Sed in spiritualibus subest etiam Episcopo suo, c. *Novit, suprà de Iudic.* c. *Episcopi*, 11. q. 3.

3 Secundò nota ibi, Inter Justinianum Principem, & Prædecessores suos pacta inita inter Imperatorem cum subdito servanda esse etiam per Successores, prout hunc textum ad hoc allegat Cyn. in leg. *Digna vox, C. de legibus*, & notant hic Joan. Andr. Butr. Card. Felin. Dec. & alij communiter. Sed communis intellectus videtur obstare, quòd non apparet Regem Tancredum fuisse subditum Imperatoris; & multi sunt Reges non recognoscentes Imperatorem, ut de Rege Francorum est textus in cap. *Per venerabilem*, ibi, (Cùm Rex Superiorem in temporalibus minimè recognoscat,) *cujus qui sint legitimi*, Et quamvis glos. verbum illud *recognoscat*, intelligat de facto, & non de jure; tamen contra eam tenet ibi Innoc. n. 3. *in ver. Recognoscat*, & Host. n. 6. Vincent. & Joan. de Deo in c. *Ubi res sit, de donat.* Spec. *in tit. de appellat.* §. *Nunc tractatum.* Et de Rege Hispaniæ tradit glos. *penult.* in c. *Hadrianus*, 63. *dist.* dicens Hispaniæ Reges non subesse Imperio, quia Regnum ab hostium faucibus suo sanguine ereuerunt, Oldrad. *consil.* 69. *Conjuvat*, n. 9.

4 At respondetur, cùm Imperator de iure in temporalibus sit Dominus totius mundi, l. *Deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact.* Regem Vincelitæ, de quo textus loquitur, esse subditum Imperatoris, quamdiu non apparet de exemptione, ut observat Barbat. in cap. 1. *col.* 13. & post eum

5 Dec. *hic n.* 2. 1. *de Constitut.* facit quod not. Bellam. *cons.* 42. *Dominus Hugo, n.* 8. 9. & 10. ubi ait, Imperatorem non deinere esse universalem ex eo, quòd Rex Franciæ, & alij Reges eum non recognoscant, quia species extracta de genere non perimit genus. De quo tamen vide plenè per Oldrad. *consil.* 69. incip. *Consuevit dubitari an omnes Reges & Principes debeant de jure subesse Imperatori, per tot.* Aude hanc subjectionem Regis insinuari hic in textu, quia secundum expositionem glos. & DD. in pactis initis cum Justiniano Principe continebantur quædam obsequia Imperatori exhibenda à Prædecessoribus Regis, & absque: obsequiorum autem necessitas subjectionem arguit, cap. *Ecclesia 5. Marie in princip. de Constit.* Præterea secundùm Dec. *hic citato*, etsi non constaret de subjectione Regis; tamen ratio naturalis consensus, ob quam Princeps tenetur ad observantiam contractus, æquè militat si contractus celebretur cum subdito, ac secum alio.

Deinde contra communem intellectum videtur obstare, quòd cùm Princeps sit solutus legibus, leg. *Princeps, ff. de leg.* & leg. *Digna vox, C. eodem*, non videtur obstrictus ad observantiam contractus, cùm potentius sit jus statuti, quàm pacti, Bart. in l. *Ait*, §. *Eleganter, ff. Solut. matrimon.*

7 Cæterùm responderi potest, militare diversam rationem, quia legem facit tanquam Princeps, cui soli talis facultas competit, l. *fin. C. de legib.* Sed contractum facit tanquam privatus, quia utitur jure communi, & non consideratur ut Princeps, ut per Dec. *hic n.* 16. & in d. c. 1. *n.* 22. *de Constit.* Item Deus subjecit Imperatori leges, & non contractus, ut Bald. inquit in c. 1. *de natura feud.* Item sine injuria beneficium sua provisione quæsitum alicui tolli non potest, licet secus sit in provisione legali. Hinc dicitur, lex non tuum, sed suum tibi denegat auxilium, ut not. in l. *Agidius, C. Qui potior. in pign. habeant.* Ita Anchar. *cons.* 2. *Vt tactum est, n.* 4. Stante igitur rationis diversitate non procedit hic casu argumentum de lege ad contractum, ut not. in l. *Non impossibile, ff. de pactis.*

8 Stat igitur conclusio, quòd Princeps obligatur ex contractu inito etiam cum ibi subjectis: nam etsi ab initio contractus sint voluntatis, tamen post factum etiam in Principe sunt necessitatis, ut ait Christophor. Castilion. *consil.* 8. *in facto n.* 21.

9 His expeditis, QUÆRO, positis Bullis Officiorum, & Montium vacabilium, in quibus adest pactum de redimendo: & posito quòd tandem Officia, & loca Montium sæpius vacantia per obitum, aut alio modo à Camera Apostolica majori pretio, quàm in primæva erectione vendita fuerint. An vigore editi primi pacti possit Camera Apostolica redimere officia, & loca Montium prædicta pro illo pretio, quo in prima erectione vendita fuerunt, vel potius pro pretio ultimarum venditionum.

Secundò posità erectione Montium tam vacabilium super redditus Cameræ Apostolicæ: & quòd in illorum erectionem non adit aliquod pactum de redimendo, vel de non redimendo:

An

An loca Montium prædicta redimi possint à Camera Apostolica:

10 In prima difficultate supponitur in Bullis erectionis Officiorum, & Montium adesse pactum de redimendo, super quo puto animadvertendum, in prædictis Bullis hoc expressè non legi, sed tantùm hoc colligi ex ea parte, ubi Camera obligat bona sua pro cautela & securitate emptoris: & inter alias obligationes exprimitur ut in eventum revocationis, seu alterationis officij, seu extinctionis Montium teneatur ad restitutionem pretij; & sic potius in illis supponitur extinctio facto Principis, seu alio modo, quàm disponatur ut possint redimi, ex vulgari regula, quod verba, quæ supponunt, regularitet non disponunt, l. *Ex facto, ta prima, ff. de hæred. instit.* Clem. 1. *de præb.* Rota *decis.* 23. *de Proc. in antiq.* Præsertim quia hæc pretij restitutio est posita ad favorem emptoris, & pro ejus cautione in eventum evictionis. Et ideò non debet in ejus odium retorqueri; ut ex eo, quod promittatur restitutio pretij in eventum evictionis, seu redemptionis, censeatur data facultas evincendi contra mentem contrahentium, l. *Non omnis, ff. si cert. pet.* l. *Quod favori, Cod. de leg.* c. *Quod ob gratiam, de reg. jur. lib.* 6.

11 Deveniendo ad primum dubium, videtur dicendum redemptionem fieri debere pro pretio, quo hujusmodi officia, & loca Montium fuerunt ultimo loco vendita per Cameram, non autem pro pretio, de quo in prima erectione; quia cùm hujusmodi officia, & loca Montium per obitum illa obtinentium, aut alio modo reversa fuerint ad Cameram, & deinde revendita majori pretio, si primum tantùm pretium restitueretur, emptor esset in damno, quia non consequeretur pretium à se solutum Cameræ Apostolicæ, & Camera locupletaretur cum alterius jactura,

12 quorum neutrum fieri debet; nam quòd emptor indemnis esse debeat, & sic recuperare nedum primum, & principale pretium, sed etiam hanc pretij accessionem, seu augmentum, probat tex. in leg. *Debet, ff. de edil. edic.* ubi facta redhibitione venditor tenetur restituere emptori non solùm pecuniam, quam dedit, sed etiam si quid accessionis nomine solverit. Facit text. in leg. *in tantum, ff. de liberal. caus.* ubi is, qui se passus erat venundari, si in libertatem proclamet, tenetur non solùm pretium, sed etiam quod pre-

12 tio accessit, restituere. Et ratio est, quia hujusmodi accessio, seu augmentum pretij est ejusdem naturæ, & eodem jure regitur cum primo. Cui additur, l. *Etiam*, & ibi Bald. *de jure dot.* Tiraquell. qui alios allegat, *de retract. Lign. n.* 5. 1. *in glos.* 18. *num.* 50. *cum seq.* Quod autem Camera non debeat locupletari cum aliena jactura, probatur ex cap. *Locupletari, de regul. jur. lib.* 6. not. Innocent. & DD. in cap. *Quia plerique, de immunit. Ecclesiarum.* Et quia Ecclesia tenetur in eo, in quo est facta locupletior,

13 glos. & Bart. in Authent. *Qui res, C. de Sacrosanct. Eccles.* Abb. in cap. *Si quis presbyterorum, in fin. de rebus Eccles. non alienand.* prout in simili videmus de pupillo, cui Ecclesia assimilatur, l. *Orphanotrophos, C. de Episc. & Cleric.* Qui si velit recuperare rem venditam absque tutoris authoritate, tenetur restituere pretium quatenus est factus locupletior, l. *fin. de Usucapion.* l. 1. *ff. de*

auctor. tutor. Dec. *consil.* 282. *n.* 4. qui plura congerit.

Neque obstat quòd emens ultimo loco à Camera pro majori pretio potuerit cogitare hujusmodi officia, & Montes redimi posse pro pretio statuto in Bulla erectionis: Et ideò imputet sibi si majori pretio emit. Quia potius stantibus supradictis verisimilius est eum cogitasse se recuperaturum à Camera pretium nedum in ipsa erectione, sed etiam ultimo loco solutum d. l. *Debet*, & l. *In tantum.* Idque non obstante pacto, de quo in Bulla erectionis: quia intelligitur rebus sic stantibus; & sic dummodo postea ad manus Cameræ non pervenerit majus pretium,

14 quam fuerit in prima erectione statutum: Semper enim in contractibus subintelligitur clausula, *rebus sic stantibus*, l. *Quæro*, §. *Inter locatorem, ff. de*

15 *loc. et.* l. *Cùm quis, in princip. ff. de solut.* Quod procedit in qualibet materia, & etiam in privilegijs, c. *Suggestum, de decim.* latè jat. in l. *Quod servus, ff. de cond. ob caus.*

16 Et hæc facilius procederent, si in pacto de redimendo non esset expressum certum pretium, quia hoc casu non intelligeretur de eodem pretio, sed de justo ac legitimo inspecto tempore retrovenditionis, quia, ut inquit Bald. in l. 1. *col. penult. vers. idem nota, C. Communia, de legat.* pretium inspicitur de tempore venditionis, non autem promissionis de vendendo. Et faciunt notata per Bart. in l. *Titius, ta prima, n.* 4. *ff. de action. empti*, videlicet pretium inspici de tempore evictionis, non autem de tempore, quo fuit facta venditio. Et in terminis retrovenditionis ex pacto tradit glos. in l. 1. *in ver. Non actum*; & ibi Salic. *n.* 6. *C. quan. lic. ab empt. discedere.* Anton. de Burgos in cap. *Ad nostram, n.* 45. *de empt. & vendit.* Gozad. in leg. 2. *quæst.* 17. *num.* 131. & Cagn. *n.* 41. *in* 8. *not.* & *in alia repet. n.* 93. *C. de pactis inter empt. & vendit.* Tiraquell. *de retract. conven.* §. 1. *glos.* 3. *n.* 2.

17 Quantum ad secundam difficultatem, cessante pacto de redimendo, loca Montium non videntur posse per Cameram redimi, sive verse-

18 mur in privilegio, sive in contractu: nam privilegium si sit concessum ex causa onerosa, & sic mediante solutione magnæ quantitatis pecuniarum non posse per Principem revocari, tradit Bald. in leg. *Qui se Patris. n.* 34. *C. Vende liber.* Alex. *consult. n.* 18. *lib.* 4. Socin. *cons.* 87. *n.* 12. *lib.* 3. Gabr. *consil.* 7. *de jure quæsit. non tollend. n.* 5. Berous *hic n.* 16. & 17. Quia censetur hoc casu orta mutua obligatio ex consensu utrusque partis, quæ alterâ invitâ, & renuente tolli non potest, Bart. in leg. *Quod semel, ff. de decret. ab Ordin. facien.* & in leg. *Omnes populi, in* 3. *quæst.*

19 *principali de just. & jur.* Felin. in c. *Cùm olim, col.* 3. *de res judic.* Facit quod scripsit Rom. *consil.* 436. *Quod indultum, n.* 14. *in fin. vers. Septima principalis*, ubi ex facto consulunt privilegia Auditoribus Rotæ concessa in remunerationem laborum, quos jugiter patiuntur pro Reipublicæ utilitate, esse irrevocabilia, quia transeunt in contractum. Cujus dictum sequitur Rebuff. *super concord. in præfat. ad rub. de collation. ante fin. vers. Item quando privilegium.* Idemque generaliter de privilegijs concessis propter benemerita, respondit Oldrad. *consil.* 266. *In Christi nomine, num.* 7. *vers. Præterea.*

20 Contractum verò cum Principe initum etiam cum subditis esse irrevocabilem, probat textus hic. Et est communis opinio, ut testatur Jas. *cons. 1. in principio lib. 1.* & patet ex dictis *supra in 2. notab.*

21 Quod præcipuè habet locum in Principe ecclesiastico quæ Ecclesia est cultrix Justitiæ, quæ quicquam, injustum non patitur in se, vel alium fieri, ut cap. 1. §. *Sed dicetur, de alienat. feud.* Ita Rom. *cons. 352. Quæritur, q. 16. vers. Et hoc maxime.* Et multò magis procedit in Summo Pontifice, ut dicit *hic* Bero. *n. 29.*

22 Quinimmò etiam Deus obligaretur ex promissione, ut verbis Baldi utar in leg. 1. *in principio ff. de pact.* ubi Magistrum sententiarum refert ita

23 dicentem. Quod adeo verum est, ut necetiam de plenitudine potestatis possit Imperator, vel Papa contravenire contractui, ut idem Bald. not. in cap. 1. §. *Ad hæc, vel: 5. ff. de pac. juram. firmam.* Paul. de Castr. in leg. *Digna vox, C. de legibus,* Soc. *cons. 86. n. 14. lib. 4.* ubi allegat eundem Paulum de Castr. in leg. *fin. C. de transactionibus.* Decius cap. 1. *n. 20. de constit.* Unde Gemin. *cons. 74. attento, in princip.* sit: (non obstare si dicatur, Papa est Princeps habens supremam potestatem: ergo sibi est possibile tale vitium tollere, cap. *Cunda per mundum.* & cap. *Per Principalem, 9. q. 3.* cum simil. quia illud non procedit in contractibus, vel pactis gestis per Principem etiam cum sibi subjectis, quia talia per Principem sunt servanda.) Hæc Gemin. subdens de hoc elle textum hic. Idem ex facto respondit lare Card. Zabarell. *cons. 147. Dominus noster Papa,* dicens: (Licet Papa dicatur habere Summam potestatem in tantum quòd contractum nullum validate potest, tamen procedit quatenus consideratur Papa tanquam Summus Pontifex; sed quandò contrahit, tunc consideratur tanquam privatus, & tenetur observare, allegat textum hic. Et infra. Non subest ergo honestas si contravenire velit, cùm de jure non possit. Imo sicut in privato contractus à principio est voluntatis, ex post facto est necessitatis, leg. *Sicut, C. de action. & obligat.* Ita & in Principe à paritate rationis.) Hæc Card. qui latius ibi prosequitur, & loquitur de plenitudine potestatis, ut patet in Bulla Bonifacij ab eo relata in themate, quemadmodum etiam loquuntur in cap. 1. *de constit.* Abb. *n. 7. vers. Et idem dicit,* & Dec. *n. 20. vers. Et ista limitatio.*

24 Et idem juris est in successore: nam nec ipse potest resilire à contractu per prædecessorem inito, ut initio diximus de plenitudine potestatis, ut scripsit Paul. de Castr. in l. *Digna vox, C. de legib.* cum aliis allegatis per Gabriel. *concl. 5. de jure quæs. non tollen. n. 18.* Nec audiendi sunt, qui dicunt Principem id posse etiam sine causa de potestatis plenitudine, sed tamen graviter peccare, ut hic per Bero. *num. 22.* Quoniam ad peccatum non se extendit potentia Principis; imo nec potentia Dei. S. Thom. *in 4. part. q. 25. art. 3. ad 2.* Iare Card. *cons. 142. Pontius quæstionis, n. 2. vers. Sed his litteris non obstantibus,* & scripsi plenius in cap. *justitiæ, nu. 46. 50. & 77. de Cler. ægrot.*

Propè ista autem assertionis multiplex ratio

25 affertur à Doctoribus.

Primam ponit Anchar. *cons. 2. Vere ratum est, n. 3.* quia nihil est quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe. Epist. *inter clarissimos, C. de summa Trinit. & fid. Cathol.* Unde dicit Bald. *cons. 24. Im Abbatiatu dignitatis, nu. 1. lib. 2.* fides contractûs & à Papa, & à Cæsare servari debet, imò & Deus astat seipsum ex lege promissionis; & non servare fidem contractûs est mentiri, l. *Dolus, ff. mandati.* Abominabile autem est mendacium, & stellionatus in ore Vicarij Jesu Christi, & horribile; & ideo tenetur promissa servare.

Secundam rationem ex absurdo adducit Card. in *dict. cons. 147. n. 91. vers. Præterea hoc esset graviter,* Quia ex eo quòd Princeps deciperet illos, qui cum illo contraxerunt, scandalizarentur Catholici, quod Papa non intendit, cap. *Nihil, de præscr.*

26 Tertia ratio, quæ ex præcedenti consequitur, affertur à Baldo in l. *Princeps, in fin. ff. de legibus, & Rom. cons. 352. Quæritur primò, n. 24.* Quia si esset in solâ Principis voluntate contractum, quem cum subdito facit, infringere, nullus verisimiliter contraheret cum ipso; & sic hominum commercio careret in contrahendo: esset autem absurdum, ut qui Princeps est omnium, careret commercio hominum. Et sumitur hæc ratio ex textu ad propositum notabili in l. *Quod si minor, §. Non semper, ff. de minor.* Inter majores enim pœnas revocatur inter homines esse, & hominum carere commercio, leg. *Hique ad Sanctam,*

28 *C. de Apost.* Quæ ratio indicat hoc in favorem Principis introductum esse. Sed tamen ob utilitatem privatorum potius videtur principaliter constitutum, ne cum ipsorum jactura decipiantur. Et ideo omnes contractus, qui fiunt à Principe, habent naturam contractûs bonæ fidei, ut inquit Bald. in c. 1. §. *Si qui vero, in princ. de pace Constan.*

29 Quartam rationem ponit idem Bald. *cons. 327. Prædic. num. 4. lib. 1.* quia Princeps debet habere unum calamum, & unam linguam, & non plures linguas; quia scriptum est: *Quæ procedunt de labris meis, non faciam irrita.* Et ideo debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo.

30 Quinta ratio est ejusdem Baldi in l. *Ex imperfecto, ad fin. C. de testam.* & Decij *hic n. 3.* quia in contractibus æqualitas requiritur; & ideo Princeps jure communi utitur d. l. *Ex imperfecto.* Et quamvis Princeps lege positivâ sit solutus, tamen ut formaliter inquit Bald. in l. *Si aquam, n. 45. vers. Hoc facit ad propositum nostrum, C. de servit. & aqua.* Lege positivâ Princeps obligatur à dictamine rationis; quia est animal rationale; ideo eâ non est Princeps solutus. Nulla enim authoritas neque Principis, neque Senatûs potest facere, quòd Princeps non sit animal rationale mortale, nec eum absolvere à dictamine rationis l. 2. *ff. de usufruct. ear. rer.*

31 Ultima & potissima ratio in hac materia est, quam adducit Card. *in d. cons. 147. num. 7.* Abb. in d. cap. 1. *n. 7. de Constitut.* & Doctores communiter hic, quia Papa contrahendo obligatur jure naturali, à quo surgit æquitas obligationis, l. *prima, ff. de pact.* Quod autem habet subsistentiam, de jure naturali à Principe tolli non potest, l. *fin. C. Si contra jus, vel utilit. publ.* & not. Innocent. in cap. *Quæ in Ecclesiarum, de constitut.* Ad idem quod

quod erat dictum fiebat in dict. cap. *Pontius, vel: 3.* & Dec. *num. 24. de consti. 1.* dum dicitur Principem obligari ex contractu ratione consensûs, quicquid de jure naturali, cui etiam Imperator, & Papa subjiciuntur. Clem. *Pastoralis, de re judic.* Et in idem recidit quandò Rolan. à Va. le *consil. 6. n. 4. lib. 2.* Contractus enim de jure gentium, quod est immutabile, & non potest tolli per Principem.

31 Nec applicatur quod in præjudicium successoris non valeat concessio facta de Regalibus, Baldus *in tract. de pace Constant. in vers. Ampliùs contraxerunt:* quia præterid, quòd non versamur in Regalibus, quæ in signum dominij, & ratione jurisdictionis competunt, de quibus loquitur Bald. & alij, qui ipsum sequuntur. Hæc conclusio non procedit in regalibus, quæ solùm sunt concedi per Principem. Cland. de Seissel. *in tract. qui feud. dare possit, n. 3.* præsertim ubi non inducitur notabilis diminutio Principatûs, ut post alios tradit Gabr. *d. concl. 5. n. 18.*

34 Neque obstat si dicatur saltem ex justâ, & rationabili causâ respiciente publicam utilitatem princeps potest rescindere contractum, Aym. *cons. 5. num. 4.* Quia ex justâ causâ potest dominium rerum auferre uni, & dare alteri, leg. *Bene à Zenone:* & ibi Bald. *C. de quadriennio. præscript.* J. Lucas, *ff. de evict.* Innocent. in dict. cap. *Quæ plerique, num. 5. de immunit. Eccles.* & in cap. *Debitores, de jureju.* Unde sicut potest ex causâ collere jus quæsitum; ita & contractum rescindere, quæ causa benè præsumitur in supremo principe. Ita Alex. *cons. 1. num. 11. & 12. vers. Venio ad secundum lib. 1.*

35 Id, inquam, non obstat, quia intelligitur quando aliàs publicæ utilitas haberi non posset, nisi auferretur tertio jus quæsitum ex contractu, ut post Hostiensem, & alios declarat Gabriel *dict. concl. 2. n. 4. de jure quæsito non tollen.* quod non verificatur hoc casu, ubi agitur de privato interesse Aerarij ipsius Principis, & nulla adest causa, quæ Principem cogat ad redimenda loca Montium in præjudicium eorum, qui bonâ fide cum Principe contraxerunt. Unde aliud dicendum esset, si verè hujusmodi ratio vigeret per supradicta. Quæ tamen correctioni ac judicio S. D. N. Papæ in omnibus, & per omnia submitto.

DE PROBATIONIBVS.

Cap. Sicut.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non valet ultra probationem plenam exigens juramentum. & n. 8.*

2 *Intentionem suam fundare quæ dicitur, quando plenè probat id quod intendit, vel quando habet pro se veri assistentiam.*

3 *Testes & instrumenta eandem vim habent ad plenam probationem faciendam.*

4 *Probatio per scripturam in quibus casibus requiratur.*

5 *Juramentum suppletorium tunc demum est deferendum, cum alia probationes deficiant, dum-modò tamen saltem semiplena sit probatum.*

6 *Ex habito respectu ad qualitatem personæ, & qualitatem causæ. & n. seq.*

7 *Juramentum in suppletorium, ut deferri possit, quæ requisita illiusmodi concurrere, & in quibus casibus non sit deferendum.*

8 *Consuetudo existens juramentum ultra plenam probationem adstruens, non naturali, sed ligis, & divina.*

9 *Consuetudo introducens eam probationem, aliam eam restringens non valet.*

10 *Pactum juratum de conservanda inventario rerum restituendarum non facta mentione an impedat probationem per testes. & n. seq.*

11 *Pactum ut probatio rerum restituendarum solutæ matrimonio aliter per non possit, quam per inventarium, an firmetur juramento. & n. 16. & seq. usq. in fin.*

12 *Inventarij conficiendi obligatio non impedit, quin res veritas aliunde probari possit.*

13 *Scripturæ ex re quæ de illa conficienda partes participantur, non efficiunt de substantia actus.*

14 *Probationum enumeratio non præsumitur, nisi probetur.*

15 *Pactum & rerum traditio aliter quam per inventarium probari non potest ex nudum. & n. 18.*

16 *Et an firmetur juramento. & n. 18. & 19. seqq. usq. in fin.*

19 *Juramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

20 *Item contra bonos mores non est obligatorium.*

21 *Nec de re veritatis publicum utilitatem.*

22 *Juramentum contra publicam utilitatem secundario, non autem principaliter valet.*

23 *Pactum ut non liceat probare nisi per scripturam, est contra bonos mores.*

24 *Judex officio potest recipere testes non obstante pactum juramento, quod veritas aliter probari non possit, quam per scripturam.*

25 *Juramentum de testibus non indicendis non obstat, quin produci possint exuberantem fidem, & author-tatem.*

26 *Probatio per quinque testes æquipollet probationi instrumentali.*

27 *Verisimilitudo in probationibus præsertim spectanda est.*

SICUT. Actor qui plenè probavit, non debet compelli jurare. Joan. Andr. Bald. & Anchar. Subandi etiamsi hoc habeat consuetudo, ut in textu Bellam. Card. & Aretin. Vel sic, & formaliùs non valet consuetudo ultra probationem plenam exigens juramenta. Hoc dicit Butr. Abb. Aretin. & Decius. Addunt Abbas & Felsin. sine causâ rationabili. Sed hoc non colligitur ex textu. Dividitur in duas partes. Prima narrat consuetudinem, quam secundò improbat ibi. *nec cum.*

2 Nota primò ibi, *Intentionem suam fundaverit,* quòd aliquis dicitur intentionem suam fundare, cum plenè probat id quod intendit, secundum Abb. *hic in 1. not. ab.* Aliàs dicitur quis fundare suam intentionem, quando habet pro se juris communis assistentiam, ut legitur & notatur in cap. *cum per ea, de privileg. lib. 6.* & scripsi plenè in cap. *Nullus, à n. 27. infra de Pareth.*

3 Secundò nota ibi, *Instrumentis, aut testibus.* Eandem vim ad fundandam intentionem, & plenam

nam probationem faciendam obtinere tenetur, & [illegible] contra [illegible] cap. Cum [illegible], & Petrus infra de fid. instrum. [illegible] eosdem vim obtinere testium, cap. Pro, de Cleric. peregrin. l. Inter, ut ait C. de fideiussorib. Hostiens. hic n. 1. in verb. instrumenta, aut testibus. Falso in calibus, in quibus tex. non constat de testibus, & requirit scripturam quos enumerat; quod in cap. 1. de crimin. fals. 6. in verb. in scripto, ad quem quoniam recurrunt, Speculat. in tit. de instrum. edition. §. restat, verf. Sed si [illegible], Alex. cons. 107. Paleotus, an. 5. lib. 7. plene Condopap. decis. 582. Expertus affirmantium multitudinem, n. 3. Et his adde Contil. Ubi [illegible] in [illegible] cap. 9. ibi, authenticis Scripturis probetur.

5 Tertio notabis, *Cum alia legitima probationes deesse videntur*. Tunc demum esse recurrendum ad suffragium juramenti supplectorii, cum aliæ legitimæ probationes existentium, ut hic, & in log. in hanc sententiam, C. de rebus creditis, & in leg. Admonendi, ff. de jurejurando; cum concordantia, de quibus hic in glos. 1. dummodo tamen saltem semiplenè sit probatum; alias enim non defertur hoc juramentum in supplementum, cap. Ex insinuatione 2. & ibi glos. in verb. Clerici, de Procuratori. Et hic notant hunc contra fin. Hostiens. n. 2. in fin. verf. Tertio, ubi semiplene probatum est, & num. 3. Joan. Andr. n. 5. eodem verf. Bellam. nat. 8. & reliqui omnes, Bald. in dict. leg. Admonendi, n. 57. Et hic etiam Jason in prima lectura, n. 75. & n. 118. & in repetitione 259. ubi etiam actor nihil probat, absolvendus est reus, l. fin. C. de rei vindicat. etiam si nihil præiterit, cap. unico §. 1. in principio fin. de Ecclesiastic. fabric. Si actor plene probat, reus condemnandus est, cap. Ex litteris, verf. Quam etiam, in fin. & cap. in præsentia, infra eodem cap. Graves, & cap. Accepta, de restitut. spoliat. Restat igitur, ut cum solum sit recurrendum ad medium subsidiarium juramenti, cum semiplenè probatum est, ut hic, & in dicto cap. Ex insinuatione, & cap. fin. supra quod metus causa, secundum Hostiensem, & reliquos post eum; habito tamen respectu ad qualitatem personarum, & quantitatem causæ, l. Si quando, C. Vindic. cap. ultimo de jurejur. l. Legitimos, ff. de legitim. tutor. glos. hic in fin. Ad hoc enim, ut tale juramentum deferatur, debent concurrere legalitas personæ, parvitas causæ, fori præjudicii, & aliæ qualitates, quas latè enumerant Cyn. in dict. l. in hanc sententiam, C. de rebus creditis, Joan. Andr. & Canonista in d. cap. ultimo. Socin. Sen. consil. 136. Prosper. Farinac. Doctor. an. 5. lib. 1. Et quinque requirit recentior Menoch. de arbitr. iudic. casu 190. per tot. & vigintiseptem causas, in quibus non est locus delationi hujus juramenti supplectorii; cumulat Seraphim. de privilegiis juramen. privileg. 33. & Moderni Collect. hic d. n. 17. ad fin. [illegible]

6 Ultimò notabis ibi; *talem consuetudinem reprobamus*, non valere consuetudinem, secundum quam actor, qui intentionem suam plenè probavit, non omnino compellitur præstare juramentum, eoque remotio aliud subire, ejus probationis fides non examinetur, ut hic est casus ad litteram secundum omnes. Ratio est multiplex secundum Doctores. Prima est, quia est contra naturalem rationem, quæ non admittit superflua.

Secunda ratio, quia est contra ordinem judiciorum, & adversatur juri scripto, cap. 1. de confirmatione, l. 2. Quæ sit longa consuetudo, cap. 1. & cap. Consuetudines, 11. distinct. cum concordantiis, de quibus hic in glos. 1. ad hoc cap. 2. de Cap. Monach. lib. 6. Tertia ratio est, quia ex quo à principio semel juratum est de calumnia, seu de veritate dicenda, saltem in causis civili, non fuit amplius cunctandum, ut in Authent. hoc sacramentum, C. de juram. calum. & §. 2. in Authent. Ne hi qui ingrediuntur ad appellat. & hanc rationem ponit hic Bernard. in glos. 2. sed cum merito impugnat Bellam. n. 2. in fin. verf. Aliam rationem, & infra Dec. n. 3. Quarta ratio est, quia cum actor plenè probavit contentionem suam in instrumentis, aut testibus, juramentum est superfluum, & temerarium; inde consuetudo, quæ cogit eum temere, & sine causa jurare, est peccati nutritiva, & contra mandatum divinum, cap. Ego Christus, de jurejurando; & ideo valet cap. fin. de consuetud. Ad hoc bonus tex. in casu converso in cap. Ad nostram in fine eodem, & has rationes excepta tertia adducunt hic Abb. Antiq. in verb. Consuetudinem, Hostiens. n. 4. circa finem, in verf. Reprobamus, Joan. Andr. eodem n. Collect. in princip. Bald. n. 2. Bellam. eodem n. & reliqui omnes. Ex pondera, quia cum textus dicat reprobamus, ex hoc inferitur, ut talis consuetudo non valeat, etiam si in supra hominum memoriam, quia ubi Canon non simpliciter derogat consuetudini, sed eam damnat, & reprobat, nunc censetur sublata etiam immemoriabilis, ut post Felin. in cap. Cum ex, fin. n. 13. de præscript. Aretin. in l. Cum populus, fin. n. 6. eodem, n. 3. ff. de verb. Oblegat. & alios plures declarat Covarr. var. resolut. lib. 3. cap. 13. n. 5. verf. Adnotandum tamen, n. 6. Quanquam enim immemoriales habeat vim civili, seu privilegii, ut l. Hæc jura §. secundum Aquæ, ff. De aqua quotidiana & æstiva, hoc tamen fallit quando est à jure reprobata, ut notat Philipp. Franc. in c. 1. in 2. not. 3. verf. in tertio. Hostient. de conjurat. lib. 6. Pia. decis. 266. n. 4. lib. 2. & Felin. loco citato. Item quia lex consuetudinis contra jus naturale, & divinum, in dictum est, nullo unquam tempore potest præscribi, cap. Regula, 30. q. 7. dicto cap. fin. cum ibi notat. de consuetud. & adde quod in proposito scripsi latissime in cap. Cum esset, d. n. 13. in fide testum.

9 Quemadmodum autem non valet consuetudo, quæ invalidat plenam probationem, vel plenæ probationi aliquid detrahit, aut eam restringit, ut dicunt Doctores secundum Anton. de Butr. hic n. 1. n. 2. & Aretin. n. 5. per text. in dic. Ad nostram, in fin. ubi talis consuetudo appellatur pestis contraria omni juri: Ita nec valet pactum, quo quis probationibus renuntiat, vel ea restringit ad certam speciem, ut per eundem Butr. num. 3. Tu verò an hujusmodi pactum sit validum, & an firmetur juramento, dic plenius ut in quæstione sequenti.

10 QUÆRO, an pactum juratum, ut de auro, argento, & margaritis à viro uxori donatis, ac solito matrimonio restituendis inventarium conficiatur, obster quominus res ejusmodi per testes probari possint.

11 Anve pactum, ut rerum restituendarum probatio aliter, quàm inventarium fieri non va-

12 valeat, roboretur juramento. Matrimoniales pactiones inter inter Serenissimum Ducem, & ejus uxorem nullum continent renunciationem probationis testium, nec certam probandi formulam præscribunt, sed eisdem tantùm cavetur, ut rerum solutò matrimonio restituendarum inventarium conficiatur. Frustra igitur in hac causa stringuntur quæstiones, an liceat probationibus renunciare, an ve observanda sit obligatio, quæ quis se ad certum probandi modum alligavit. Nam cum solum habeamus conventionem de inventario conficiendo, eis partes compelli poterunt ad illius confectionem, non tamen ex eo quod conficere præterm dederit, permittit substantia obligationis, aut impediuntur contrahentes aliunde, quàm inventario rei veritatem legitimè probare: ex notat. per Salicet. in l. Contractus, vol. 2. Code fide instrument. ubi vult, ut si res nullo jure scripturam requirat, partes de ea conficiendi pactiscentes videantur prospexisse probationibus non contractis, cujus substantia à Scripturis non pendet. Demus, qui Scaliceo refert, & sequitur in rubrica de confessatis, n. 6. cons. Paul. de Castro cons. 52. Visa scriptura, n. 1. & 2. in 2. vol. Aretin. consil. 159. n. 2. num. 8. cum seq. Dec. ex communi in consil. 240. n. 3. Decian. consil. 64. n. 2. & vol. 3. Hæc igitur quæ ad probandam hujusmodi pacti validitatem congesta sunt, cum aliquid ponderis habere possent quando probationibus testium esset renunciatum, aut convenium, ut alio modo, quàm per inventarium rerum donandarum traditio probari non posset. Quæ renunciatio cum in contractu matrimoniali non legatur, nostrum non est eam subintelligere, nisi probetur. Bald. in l. 1. n. 2. C. de edict. Divi. Adrian. tol. Decius in l. 1. in ultima lectura n. 17. C. Qui admitti. Neque ad rem pertinet, quod partes de contractione inventarii agentes, usæ sint verbis inducentibus necessitatem, ibi: Se habituros fac. inventarii. Ex eis enim necessitas respicit solam confectionem inventarii, & non probandi modum, de quo partes nihil prorsus convenerunt, quemadmodum expressissent si voluissent, ad l. omnem, §. In omnem ad desertores, C. de calum. tol. Verum esto parces convenissent, ut solo inventario non autem testibus rerum traditio probari posset, ex abundanti dicimus id pactum iritum, & nullum uno ore passi à Doctoribus pronuntiari, Speculat. tit. de renuntiatione, §. Videndum restat, n. 4. post Hugun. & Azzon. glos. in §. Preterea, in verb. sentiam. Auch. ut fin. probationum. Hostiens. in summa de renuntiat. §. Quæ possunt, vel possint, verf. Quod de pacto. Roman. vol. Tale pactum, in fine, ff. de pactis, ubi Ang. & Cass. n. 5. Butr. Imol. & Abbas in cap. Si non eam, de foro competent. Butr. in Authent. hoc non, ubi Ang. & Cass. n. 5. C. de Iudic. Imol. & Aretin. hic, & d. Auch. Inter nos, n. 5. ubi Jacob. de Belunio, & Angel. in hanc sententiam adducit Roman. consil. 204. Capol. qui alios citat cons. 251. Marill. in rubr. de probat. n. 33. Imol. ex communi in dicto cap. Si diligenti, de foro compet.

16 Neque obstat quod hujusmodi pactum firmatum fuerit à juramento, quod partes præstiterunt ex Fulgos. consil. 208. Alexan. Imol. & Seraphin.

Primò enim respondemus hanc limitationem minus esse attendendam cum adversetur receptissimæ Doctorum opinioni superius citatorum quorum aut nullus, aut certe paucissimi hanc limitationem annectunt. Alex. consil. 102. vol. 5. in meo Codice est præterminum, eo quod expertum esset cons. 12. vol. 1. quo loco de hujusmodi pacto nullum verbum. Seraphim. in tract. de privilegiis, juramenti privileg. 140. in hac opinione vacillat, & cogitandum eimquit.

17 Quin etiam Seraphim agnoscit hanc limitationem difficultatem, quam tamen ellere nunquam visus est, & ex qua desinere nobis licet aliam responsionem, nempe hujusmodi limitationem ex diametro pugnare cum communi opinione Doctorum negantium id pactum esse validum. Multiplices enim rationes in idem tendentes reddunt, videlicet quod hujusmodi pactum sit à bonis moribus alienum, indicatque iniquitatem, ut quis cum aliena jactura debeat locupletari, l. 4. de condict. indebit. quod angustet probandi facultatem, l. Quantum, C. de heredit. Quod sit contra jus publicum, quo usus testium tanquam necessarius laudatur, & recipitur l. 1. ff. de testib. Id autem publicum jus privatorum pactionibus nequeat immutari, l. In publicum, ff. de pactis. Quibus de causis non temere effugient, asserit in loco superius citato id pactum esse contra legem, & communem utilitatem, & mortale peccatum inducere.

18 Quæ planè rationes obiqua in hac materia à Doctoribus inculcatæ hujus pacti vires usque adeo profligarunt ut nec etiam juramento confirmetur, non solum à omnes limit. sed etiam

19 quamlibet singillatim perpendamus: nam si id pactum est iniquum, illius vires non adiicit juramentum, quod non debet esse vinculum iniquitatis, cap. Quanto, de jurejur. & à veritate, judicio, & justitia distingi non debet. cap. Animadvertendum, 22. quæst. 2. Si autem quod plerique asseruerunt, inter quos Speculat. posit alios in tit. de probat. §. fin. n. 6. in fin. non congruit cum bonis moribus,

20 non est utique obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum, cap. Nos est obligatorium, de regul. jur. lib. 6. Quod si iadit publicam utilitatem, quod omnes fatentur, ob id quoque non dubii juris est non valere juramentum præstitum de re vera ex causa publica utilitatis, cap. Si diligenti, de foro compet. in fine.

21 Neque obstat quod in hac prohibitione censetur publica utilitas secundario, non autem principaliter, ideoque juramento contractus confirmetur, ut per Butr. in l. Ut quæ pro eo, n. 7. & 8. ff. de Relegat. Nam præterquam quod hæc sola ratio publicæ utilitatis non affertur à Doctoribus, sed alia etiam supra relata, quæ sufficiunt, ut contractus non possit juramento validari, jura etiam æstimari potest in illa testium veritatem publicam utilitatem principaliter, non secundario, cum Respublica principaliter interest rei veritatem parere, ne quis defectu probationum, quod sibi debetur, amittat, ideque alius apud ipsum dolum retineat, sed jus suum unusquisque consequatur, quod est præcipuum juris præceptum, ad l. Iura præcepta, ff. de justitia, jur. cum similib. constat. igitur opinionem Doctorum de hujus pacti nullitate ex vi rationum, quas adducunt, includere etiam casum interpositi juramenti, & ex consequenti limitationem prædictam nec veteam esse, nec receptam.

Ac-

23 Accedit quod hujus limitationis auctor ab omnibus adducitur Specul. *de testi. de probatio §. fin. n. 6* qui tamen prius dixerat verum id affirmaverit, videmur tamen posse a maximis ab ea sententia recedere, vel certe ibi non contrariari, dumtaxatenus reddit precedenti dicto contrarium. Sic ibi enim pariter, quod non liceat *probare* non per publicum instrumentum, esse contra bonos mores. Quæ ratio admitta nec esset esse, ut non roboretur juramento, cujus nulla est vis ad validum actum omnibus modis adversatur, *d. c. Non est obligatorium.*

Verum etsi juramentum esset omnino servandum, nec juranti liceret uti alio probationis genere, attamen longe minor inquietatem, quæ veritatem obrit non patitur ut promptu sunt efficacia remedia, quibus consultatur indemnitati repetentis restituendam quantis obstante juramento non possit alios testes producere, non tamen prætiosa est judicii via, quamvis ex officio sibi testes recipiat (quod animadverit Specul. *loco, supra cit. n. 6* Bero. *cons.* 1 *col.* 3 *n.* 1 *vol.* 3 quem cum aliis citatum sequitur & comprobat Roland *cons.* 88 *n.* 13 *vol.* 1 Felin. *hic n.* 20 *post med. versi. consulant tamen*, post Joan. Andr. Lapi. Imol. & Gemin.

24 Præterea si ob efficaciam juramenti prohiberetur usus testium, nihil tamen obstaret prohibito quominus producerentur testes exuberantis fidei, & auctoritatis, ut per Felin. *hic n.* 14 *vers. Quæritur, relique* post Anton. de Bero. quæ limitatio quamvis forte nonnihil dubitationis haberet posset in foro seculari, est indubitata in foro ecclesiastico, cujus est præcipue æquitatem, ac veritatem præ oculis habere, & peccato occurrere ut tradit Felin. *ubi supra.*

25 Tandem obiset eminentissimus Dux velit quinque testibus rerum traditionem probare, ex pacto etiam valido, quo se ad istam probationem instrumentalem astrinxit, nunquam excluditur quominus quinque testibus veritatem probet; nam probatio per quinque testes æquipollet probationi instrumentali, ut per tex. in l. *Regiam C. de test.* ubi tradiderunt Cyn. in l. *Optimum, C. de contrahen. & committen. stipul.* Abb. *hic prope finem* & alii Matthæus *in rubric. de probation.* 14

27 Ad hanc autem probationem admittendam eo promptior debet esse judex, quo magis est verisimile uxori a viro, de a viri patre, consanguineis ac fidelibus ea donata esse, quæ utriusque summam nobilitatem, ac dignitatem decebant, arg. *c. cum ecclesiarum* cum gloss. in verb. *Dando munerium, infra de simonia.* Verisimilimodo autem quanta in potentia in probationibus clamant pallium DD. quos cumulat Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2 *centur.* 2 *casu* 85.

DE PROBATIONIBVS.

Cap. Post cessionem.

SVMMARIVM.

1 *Litera Ordinarii probant quem excommunicatum nisi contrarium doceatur.*

2 *Excommunicatus si quis probetur per literas Ordinarii, nisi prius absolutus ostendatur, a procuratione judiciali repellitur.*

3 *Ordinarii appellatione venit non solum Episcopus, qui est generalis, & major Ordinarius, sed etiam quilibet inferior, & specialis Ordinarius.*

Quod procedit, si materia etiam inferiori Ordinario sit adaptabilis, n. 6.

Item procedit in Ordinario constituto à jure, non autem in constituto ex accidenti à Capitulo, vel a Papa n. 10.

4 *Jurisdictio ordinaria ad sui essentiam non requirit territorium.*

5 *Ordinarius dicitur qui jure suo, vel Principis beneficio universaliter jurisdictionem exercere potest n. 12.*

6 *Ordinarius accipitur secundum subjectam materiam.*

7 *Ordinarius respectu collationis intelligitur etiam ut qui certum habet potestatem conferendi, licet alias non habeat ordinariam jurisdictionem n.*

8 *Literæ non tamen Episcopi, sed etiam inferiorum Ordinarii probant sicut publicum instrumentum.*

9 *Sigillum Episcopi ex consuetudine generali totius Orbis reputatur authenticum in spectantibus ad officium suum.*

11 *Ordinarium de quem litteris Clem. VIII. suppressione Canonicorum Regularium in Principatu Cataloniæ non intelligitur Archipresbyter, sed Episcopus.*

1 POST CESSIONEM. Per litteras Ordinarii probatur quis excommunicatus nisi contrarium doceatur. Hoc dicit; secundum Joan. Andr. & communiter Doctores. Vel aliter secundum Abb. si per literas Ordinarii probatur quis excommunicatus a procuratione

2 repellitur, vel secundum intellectum, qui verior videtur, & de plano procedit; si per literas Ordinarii probatur, quod semel quis excommunicatus fuerit, nisi postmodum absolutus ostendatur, tanquam excommunicatus à procuratione judiciali repellitur. Hoc dicit Philip. Dec. dividitur compendiose in duas partes. In prima ponit repulsionis causam. In secunda repulsionem, ibi, *Ipsum*: & continet prolixam, & subtilem materiam, & fuit solemniter repetitum à Joan. Calder. *tom.* 3. *Repertor. fol.* 184.

3 In textu ibi, *tudici ordinarii*, nota appellatione Ordinarii non solum comprehendi Episcopum, qui generalis est, & major Ordinarius, *c.* 1. *de offic. Ordinar. cap. Cum Episcopus, rod. tit. lib.* 6. Sed etiam quemlibet alium inferiorem, & specialem Ordinarium, ut est textus in c. *Ordinarii*

narii, juncta glos. in ver. *Literarum, de off. Ordin. lib.* 6. Quod Abb. Felin. & Decius *hic n.* 1. *not. ab.* dicunt esse notandum pro statutis. Ad idem est gloss. in cap *Quamquam, in ver. Licet Ordinario, de usur. lib.* 6. item glos. in Clem. 1. *primo in ver. Locorum Ordinario, de testam.* de quo plene per Archid. in cap. *Licet Canon, n.* 6. *in ver Ordinarium, de elect. lib.* 6. Facit cap. *Cum ab ecclesiarum, de offic. Ordin.* & ratio est clara, secundum Aretin. *hic n.* 1. quia ad essentiam ordinariæ jurisdictionis non requiritur territorium, ut notatur in cap. *Cum contingat, supra de foro compet.* & subtiliter declarat Bald. in l. 1. §. *In initio, nu.* 7. *ff. de off. Præfecti Urbi.*

5 Item confirmatur hoc ex etymologia, & allusione vocabuli: nam Ordinarius dicitur qui habet ordinariam jurisdictionem. Unde hoc nomen convenit cuilibet eam jurisdictionem habenti, ut inquit Abbas in c. *Cum alim, n.* 1. in 4. *not. de præscr.*

6 Procedit tamen conclusio ut supra firmata, quin materia, de qua agitur, etiam his inferioribus est adaptabilis, ut notat Geminian. in d. cap. *Ordinarij. col.* 1. *post medium, vers. Nota istam glossam, de offic. Ordin. lib.* 6. & ita Ordinarius accipitur se-

7 cundum subjectam materiam, ut hic per Decium, *n.* 7. qui ex hoc deducit, ut si respectu collationis facta sit mentio de Ordinario, de illo quoque intelligatur, qui tantum habet potestatem conferendi, licet alias non habeat ordinariam jurisdictionem glos. in Clem. 1. *in ver. Ordinarium, ut lite pendente*: & ibi Imol. *n.* 28. & 29. & Cardin. *in* 14. *quæst.* post Antiquos, quos ipse re-

8 fert. Facit ext. in cap. *Si soli Ordinario, de concess. preb. lib.* 6. Hinc etiam deducitur, ut cum materia, de qua tractatur in hoc cap. Sit adaptabilis etiam Ordinariis inferioribus, non solum literæ generalis, & majoris Ordinarii, idest Episcopi fidem faciant sicut publicum instrumentum, c. *Cum, 11. q. 3. cap.* 1. *supra de treug. & pac.* cum

9 multis concordant, de quibus hic per Host. *n.* 1. & decidunt Domini de Rota *decis.* 1. *de probat. in novis*, ubi dicunt ex generali consuetudine totius Orbis, quam etiam servat Palatium, sigillum Episcopi reputari authenticum in his, quæ spectant ad officium suum; sed etiam literas cujuslibet Ordinarii inferioris: & ita hic sentiunt communiter Doctores, ut dicit Abb. *n.* 1.

10 Rursus procedit prædicta conclusio in Ordinario constituto à jure, non autem in aliis, qui ex aliquo accidenti constituuntur à Capitulo, vel à Papa, ita videntur limitare Lapus Abb. S. Miniati inter consilia Federici de Senis *cons.* 291. incipien. *Dominus*. & Paulus de Castro *in cons.* 312 incip. *Quæsitum*, quos sequitur Decius *hic n.* 7. *vers. Et ad vita conferunt.*

11 Porro Fel. record. Clem. VIII. suppressis olim ordinem Canonicorum Regularium S. Augustini in Principatu Cataloniæ, illisque monasteria, & loca ad sæcularitatem reduxit, & Ordinariis locorum subjecit. Inter cætera autem Monasterium S. Joannis de Vas Abbatissarum Vicen. diœcesis in Sæcularem, & Collegiatam Ecclesiam erexit & in ea Archipresbyteratum, qui esset dignitas principalis, & nonnullos Canonicatus instituit, ipsamque ecclesiam, Dignitates, Canonicatus, aliasque beneficia, & ministros suo Ordinario subjectos esse voluit, & collationem prædictorum Canonicatuum voluit pertinere ad Archipresbyterum pro tempore existentem. In vim cujus dispositionis tamen si Archipresbyter, Canonici, & beneficiati dictæ Ecclesiæ subjectionem & obedientiam juraverint Episcopo tunc existenti, ipseque omnimodam jurisdictionem in ecclesiam & illius Capitulum, & personas nemine contradicente dicatur exercuisse spatio septem, vel octo annorum; postea tamen Joannes Coll ex Beneficiato Ecclesiæ Archipresbyter factus ab obedientia defecit una cum aliquot Canonicis, qui simul officialem episcopi visitare volentem oppido prohibuerunt mortemque ei minati sunt si visitationem exercere vellet: ipsum deinde Episcopum ingressu Ecclesiæ, in qua armati cum sicariis se includerant, interdixerunt militaribus tormentis per rimas objectis, & plura indigna in Episcopi contumeliam perpetrarunt. Unde Episcopus Ecclesia interdicta iisque excommunicatis discessit. Episcopo vita functo successores propter periculum visitationem aggredi non sunt ausi. Præsens verò Episcopus volens munus suum adimplere, supplicavit Sanctissimo ut declararet verbum illud, *Ordinario*, positum in literis Clementis, non debere intelligi de Archiepiscopo; sed de ipso episcopo; prout in simili facit idem Clemens in literis sæcularizationis alterius Ecclesiæ Barchinonensis diœcesis; declaravit enim, dum voluit Canonicos esse subjectos Ordinario, se non intellexisse de Priore ejusdem Ecclesiæ, sed episcopo tantum. Sanctissimus rejecit libellum ad Congregationem Concilii, & Archipresbyter, & Canonici justis Congregationis in partibus citati, nihil unquam oppoluerunt.

12 In causa hac fuerunt ponderata. Archipresbyter iste non venit appellatione Ordinari, cum jurisdictionem ordinariam non habeat: textus juncta gl. 2. in c. *Ordinario, de* 2. §. *Ordin. lib.* 6. nam Ordinarius dicitur, qui jure suo, vel Principis beneficio universaliter jurisdictionem exercere potest. l. *More*, & ibi glos. 2. & communiter scribentes *ff. de jurisdict. omnium judic.* Specul. *in tit. de offic. Ordin. in princ.* Card. post Paulum de Elezaris in Clem. *Attendentes, in* 5. *not. de stat. Monach.* & constat ex dictis supra *n.* 3 & 7. Præterea in literis Apostolicis pluribus in locis contra distinguitur Archipresbyter ab Ordinario: Ergo dum pontifex loquitur ei directive de Ordinari, non intellexit de Archipresbytero, ad tex. in Clem. *Exivi, col.* 4. §. *Cum autem natura temporis, de ver. signif.* Item in iisdem literis Dignitates, & Canonicatus dictæ Ecclesiæ subjiciuntur suo Ordinario; cum autem in dicta Ecclesia nulla alia sit dignitas, quam Archipresbyteratus, si Archipresbyter esset Ordinarius, Papa subjiciendo dignitates Ordinario, subjecisset Archipresbyterum sibimet Archipresbytero, quod est absurdum, arg. cap. *Debetur, de Baptis.* cum suis concordant. de quibus ibi in glossa *prima*, ac demum mentem suam in simili casu Barchinonen. satis apertè declaravit Clem. VIII. ut in literis exhibitis. Itaque videtur è re esse, ut S. D. N. per literas in forma Brevis declaret, dum Clement. VIII. voluit prædictam Ecclesiam Sancti Joannis, ejusque dignitates, Canonicatus, beneficia, ac Ministros suo Ordinario esse subjectos, illius inten-

intentionis non fuisse illos usqueadeo subjicere Archipresbytero, sed tantum Episcopo Vicenli ad instar alterius declarationis ab eodem Clem. editæ in simili casu Episcopi Barchinonen. & ita fuit resolutum.

Sed numquid appellatione Ordinarii, de quo loquitur Concilium Tridentinum c. 1. vers. Quod si aliquando, sess. 24. de reformat. matrim. quo facultatem remittendi denuntiationes, veniat Prælatus inferior? Dic ut scripsi in cap. Cum inhibitio. n. 6. & 9. infra de Clandest. desponsat. ubi de Scholastico Salamantino.

DE PROBATIONIBVS.

Cap. In præsentia.

SVMMARIVM.

1 Probatio dubia, seu æquivoca non relevat probantem. & n. 14.

2 Monasterium facit deficere conditionem si hæres decesserit sine filijs.

3 Probatio æquivoca quæ dicatur. & n. 14.

4 Testandi facultate, potest quis se private offerendo se, & bona sua loco religioso.

5 Offerens simpliciter se, & sua Ecclesiæ Regulari censetur obtulisse etiam futura.

6 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta Ecclesiæ valida est.

7 Offerens se, & sua Religioni sine ingressu non dicitur mortuus mundo, imo potest matrimonium contrahere.

8 Offerens se religioni simpliciter nõ renunciat propriis, nisi professionem emittat.

9 Oblationem personæ, & bonorum potest monasterium recipere etiam juramento firmatam.

10 Novitius potest licite exhortari, ut bona sua donet monasterio.

11 Et quid post Concilium Tridentinum.

12 Minor annis viginti quinque profitendo religionem, alienat bona sua etiam sine curatore, & decreto judicis.

13 Novitius in sua professione potest præcipere, ut aliquid ex bonis suis expendatur maximè in piis usus, aut ne quid alienetur.

15 Probatio debet concludere per necesse, & non per possibile.

16 Probatio non concludens non valet.

17 Probatio per verisimilitudines non sufficit ubi clara probatio requiritur.

18 Fallit in sex casibus, semissivè.

19 Monasterium ingrediens, & professionem emittens fingitur non solum decedere cum hærede, sed etiam cum liberis.

20 Monasterium habetur loco filij. Procedit in casibus in jure expressis. ut est n. 23.

21 Substitutus expressi si filius gravatus restituere partem hereditatis patruo, si sine liberis decedat, monasterium ingrediatur.

22 Testamentum in quo monasterium non fuit institutum saltem in legitima, an rumpatur, si testator fiat Monachus.

23 Pictio locum non habet nisi in casibus in jure expressis.

24 Substitutio facta filio sine liberis decedenti evanescit si filius professionem emittat regularem, & hæreditas applicatur monasterio.

25 Secus si decedat ante professionem, vel infra tempus probationis exeat.

26 Et an hæc procedat sive substitutio sit fideicommissaria sive directa.

27 Et quid si substituti sint Fratres testatoris.

28 Et quid si testatoris filii.

29 Substitutio facta sub conditione si decesserit sine filijs ex se, vel ex suo corpore natis, an evanescat, si gravatus fiat Monachus.

30 Substitutio facta sub conditione si sine liberis decesserit, an expires si gravatus fiat Clericus Ecclesiæ secularis.

31 Et quid si substitutus sit locus religiosus, vel Ecclesiæ secularis, aut alius locus pius.

32 Et quid si conditio illa fuerit apposita in contractu gratuito, vel oneroso, aut in statuto.

33 Et quid si relata fuerit in personam ipsius testatoris.

34 Et quid si gravatus ingrediatur monasterium in fraudem substituti.

35 Et quomodo hujusmodi fraus probetur.

36 Monasterium Mendicantium non facit deficere conditionem si hæres sine filijs decesserit.

Et quid post Concilium Tridentinum n. 67. & 117.

38 Mendicantes ad sine capaces acquisitionis bonorum immobilium in communi. & n. seqq. usq; ad n. 69.

39 Fratres Minores sunt incapaces hæreditatis successionis etiam in communi.

40 Sunt fundatis in arctissima paupertate supra omnes Mendicantes.

41 Frater Minor si hæres instituatur, perinde est, ac si mortuus institutus fuisset.

42 Testamentum in quo Fratres Minores sunt instituti, non valet nisi adsit cohæres, & hæreditas deferatur venentibus ab intestato.

43 Fratres non sunt capaces fideicommissi universalis.

44 Nec jure legati habere possunt hæreditatem.

Nec legata particularia jure institutionis. ibidem.

45 Fratres Minores si hæredes instituantur ex lege, ut vendant, & pretium convertant in suas necessitates, institutio non valet.

46 Idem si instituantur ex lege ut pretium erogent in constructionem Ecclesiæ.

47 Fratres Minores non excludunt substitutum sub conditione si decesserit sine liberis.

48 Et bona profitentis religionem Fratrum Minorum si de illis antea non disposuerit, deferuntur venentibus ab intestato.

49 Novitius in Religione Fratrum Minorum potest de bonis suis libere disponere.

50 Servata tamen forma a Concilio Tridentino prescripta si disposuerit inter vivos. Secus si in ultima voluntate.

51 Institutus ab ingrediente religionem Fratrum Minorum, statim sequuta illius professione potest capere hæreditatem, etiamsi non expectata morte naturali.

52 Fratres Minores sunt capaces legati rei immobilis, vel annui reditus ad effectum vendendi, & convertendi pretium in eorum necessitates.

53 Dummodo pretium sit moderatum.

54 Et legatum fiat sub modo licito, vel simpliciter.

55 Infirmariæ Fratrum Minorum an valide fieri possit legatũ annui reditus. & n. seqq. usque ad n. 652.

Fra-

56 Fratribus Minoribus concedatur recursus pro pecunia ad amicos suorum pro necessitatibus infirmorum, & Fratribus quærendis domizzat.

57 Fratribus Minoribus legari non potest annuus reditus pro alimentis.

58 Alimenta legata veniunt non solum cibaria, habitatio, & vestitus, sed etiam medicina, salarium Mediti, Stratum, & omnia ad vitam necessaria.

59 Fratribus Minoribus annuus reditus habere non licet.

60 Nisi pro divino cultu.

61 Ioannus de Anania responsum circa legatum usufructus factum infirmariæ Fratrum Minorum refellitur. & num. seqq.

62 Fratrum Minorum Ecclesia relinquere idem est, quod relinquere ipsis Fratribus.

63 Legatum usufructus factum infirmariæ Fratrum Minorum est in fraudem paupertatis.

64 Fraus omnis est prohibita de jure naturali.

65 Mendicantes, excepto Minoribus, de jure possunt acquirere bona immobilia in communi etiam per viam institutionis ut retineant, sed ut vendant, & se alant.

Et quid ex Concilio Tridentino n. 67. & n. 117.

66 Societas Iesu est capax possessionum etiam per viam institutionis ut vendat, & pretium eroget in suas necessitates, & alios pios usus.

68 Mendicantes excepto Capuccinis, & Minoribus de Observantia ex Concilio Tridentino possunt in communi bona immobilia possidere.

Et excludunt substitutum ad instar non Mendicantium.

Monasterium an succedat in feudo, remissivè ibid.

69 Frater Minor transiens ad Tertium Ordinem Sancti Francisci an recuperet jus succedendi in bonis sibi ex testamento, vel ab intestato post translationem delatis. & n. seqq. usque ad n. 81.

70 Monachus factus Episcopus succedit in hæreditate sibi post assumptionem delata eamque acquirit Ecclesiæ suæ.

71 Non desinit esse Monachus, nec absolvitur à substantialibus regulæ.

72 Regularis ad alium ordinem translatus nihil habet commune cum primo.

73 Et desinit esse filius primi monasterij.

74 Et regulatur secundum institutum Ordinis, ad quem transfertur.

75 Regularis sua culpa translatus à Religione incapaci ad capacem, non recuperat jus succedendi.

76 Regularis translatus ad religionem capacem non succedit in hæreditate sibi delata ante translationem, atque aperta per venientes ab intestato.

77 Et quid si mendum aperta.

78 Fratres Minores S. Francisci de Observantia transeuntes ad Conventuales sunt incapaces successionis.

79 Fratres Conventuales qui sint.

80 Fratres Tertij Ordinis S. Francisci sunt capaces bonorum immobilium in communi ex instituto, Fratres Conventuales ex privilegio ibidem, & n. seq.

81 Societas Iesu, ejusque domus, collegia, & personæ antiquæ. & propriæ sunt ordinis Mendicantium. & n. seqq. usque in fin.

82 Quid in professis quatuor votorum.

Et in Coadjutoribus formatis n. 83.

Et quid in Scholasticis n. 86. & seqq. usque in fin.

83 Societas Iesu fundata est in arctissima paupertate.

84 Cessit juri suo in dominium professis, & renuntiavit concessum Concilij Tridentini.

86 Societas Iesu ex primaria institutione potest habere collegia habentia reditus fundentium usibus applicandos.

87 Mendicantes qui sint. & n. 112.

88 Habent pro hac mendicitatem.

89 Habere proprie quid dicitur, ave domino.

90 Societatis Iesu scholastici post votum paupertatis retinere possunt dominium bonorum suorum consciis, & approbante Superiore.

Declaratur n. 118.

91 Religiosus non potest esse diversorum Ordinum & n. seqq.

92 Societatis Iesu corpus constat ex professis coadjutoribus, & Scholasticis.

93 Mendicantes Ordines à non mendicantibus differunt specie.

94 Mendicantes ad vitam activam, Monachi verò ad contemplativam sunt instituti.

95 Universitas est illius naturæ, cujus est major illius pars.

96 Universitas, in qua sunt plures Laici, quàm Clerici, censetur Laicalis, & è converso.

97 Universitas mixta assumit naturam à potentiori, seu digniori.

98 Membra sunt illius naturæ, cujus est caput.

99 Mendicantibus non licet ad non Mendicantes transire, ut ibi officia, & administrationes assumant.

100 Religionum diversitas sumitur ex fine, ad quem ordinantur.

101 Novitij, quia tendunt ad professionem, dicuntur religiosi, licet non sint tales cum effectu.

102 Mendicantium Ordinem, monasteriorum, vel Collegiorum nomine intelligunt illorum personæ, non autem ædificia, vel Universitas prout est persona ficta.

103 Universitas nihil aliud est, nisi homines, qui ibi sunt.

104 Actus, & passiones, quæ in facto consistunt, sunt singulorum non autem Collegij, vel Universitatis.

105 Collegium assumit naturam à personis, ex quibus componitur.

106 Bulla Pij V. declarans Societatem Iesu esse Mendicantem expenditur. & n. seqq. usq. ad n. 112.

107 Constitutio trahitur ad præteritum ob hæc declaratoria, non autem si sit novi juris, seu privilegij indulti.

108 Societas una non debet diverso jure censeri.

109 Religiosi, quæ adscripti, religiosi sunt.

110 Relata fit adscriptio cum suis qualitatibus.

111 Causa finalis in proœmio expressa regulat totam dispositionem.

112 Intellectus cap. unic. de relig. domib. lib. 6.

113 Regula non dicitur respectu alicujus membri, sed parte integralis, sed respectu totius corporis religionis.

114 Religio potest esse mendicans ex regula, licet aliquod ejus membrum non mendicet.

115 Mendicantium status & essentia non repugnat bona immobilia in communi possidere.

116 Mendicantes sunt qui ex fundatione sua Regula non habent reditus, licet de facto, vel ex privilegio non mendicent.

118 Societatis Iesu Scholastici quamvis habeant dominium bonorum suorum, tamen sunt veri religiosi

gos, certumque vota simplicia sunt substantialia, & in dubium hoc revocantes sunt ipso jure excommunicati.

1 IN PRÆSENTIA. Dubia probatio non relevat probantem. Hoc dicit, secundum Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Card.
2 Ancharan. & Imol. vel plenius secundum Aretin. & Felin. Monasterium facit deficere
3 conditionem, si hæres decesserit sine filiis: & qui debet probare de uno actu, vel tempore limitato, si probet tale quid, quod possit convenire illi actui, vel tempori, & etiam alteri, æquivocè probat, & ideo succumbit. Dividitur in tres partes principales. In prima ponitur processus factus coram judice Delegato. In secunda ibi, *Dilectus, sententia judicis.* In tertia ibi, *Nos igitur.* Confirmatio Apostolica, & prima subdividitur in quatuor, ut hic per Joann. Andream, & alios.

4 Nota primò ibi, *Monasterio vestro obtulit se, sua*: casum singularem, in quo quis in vita potest se privare facultate testandi, videlicet offerendo se, & omnia bona sua loco Religioso,
5 secundum Abb. *his num.* 2. & Dec. *num.* 26. Offerens enim simpliciter se, & sua Ecclesiæ Regulari, cenetur obtulisse bona etiam futura, ut hic per Butr. *in fin.* alioquin si offerret præsentia tantum, vel aliquid sibi reservaret etiam quoad usumfructum, oblatio non esset plena, nec offerens potiretur privilegiis monasterii, cui se obtulit, ut probavi latissime in cap. *Vt privilegia, infra, de privileg.* ubi plene videas de hujusmodi oblatis. Unde ex oblatione simpliciter facta adimit sibi omnino facultatem testandi, & tamen valet oblatio, ut hic; quod est valde notabile ad limitationem l. *Stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.*

Ex hoc infert singulariter Butr. in l. *final. n.* 13.
6 *C. de pact.* Ut dicat donatio facta ecclesiæ omnium bonorum præsentium, & futurorum, & consequenter favore Ecclesiæ possit quis se privare facultate testandi, quamvis Religionem non intret; quia quemadmodum potest favore Ecclesiæ dare se, & omnia bona sua, ita & sus sine se. Sed Abb. *hic in 5. notab.* mordet dictum Bartoli, quia cum quis offert etiam se, per ingressum monasterii fingitur mortuus, ut c. *Placuit, 16. q. 1.* & l. *Deo nobis, C. de Episc. & Cler.* Unde nil mirum si potest donare omnia bona sua præsentia, & futura, quia etiamsi expressè non donaret, tamen transirent in monasterium si aliter de illis non disponeret, cap. *Quia ingredientibus,* & cap. *Si quæ mulier, & §. Nam autem, 19. qu. ult.* & Auth. *ingress. C. de sacros. Ecclesiis.* Hæc autem ratio cessat quando offerens non intrat ut monasterium. Tu verò non recedas ab opinione Bartoli, quæ est valde pia, & Ecclesiæ favorabilis, ut ipsemet Abbas fatetur, & eam sequuntur idem Abbas *hic fin. in 1. not. de successib. ab intest.* & *in cons. 102. Circa personarum, num. 2. part. 2.* Mar. Socin. *in tract. oblat. in 10. fibell. in 1. qu.* & est ex mente glossæ *penult.* in cap. *Vt lex continentiæ, 27. q. 1.* eamque communem esse attestatur Purpurat. in d. l. *final. num. 242.* ubi etiam Cagnol. *n. 203.* Covarr. *in rubr. de testam. in 2. par. num. 5. in fin.* Duen. *in reg. 219. an 1. limitat.* Clar. *in §. Donatio, qu. 10. vers. Viterium quæro,* Paris. *hic num. 21.* & Dec. *num. 26.* qui licet multis in utramque partem adducat disputat contegrata, præsertim circa intellectum l. *Iubemus cuiq. §. 1. C. de sacros. Eccles.* tamen *n. 29. vers. Ex prædictis fateor in* practica à communi opinione recedendum non esse, præcipuè cùm agatur de favore Ecclesiæ, ad
7 tex. in l. *Sunt personæ, ff. de religios. & sumpt. funer.* Et quamvis non respondeat ad motivum Abbatis, tamen responderi potest, validitatem donationis, per quam quis se privat facultate testandi offerendo se & sua Monasterio, nullatenus fundari in ea ratione, quod sit mortuus mundo: quandoquidem potest quis donare se, & sua loco Religioso absque eo, quod fiat Monachus, ut c. *Cum & plantare, §. 1.* & c. *Vt privilegia, de privileg.* & c. *Per exemptionem, eod. tit. lib. 6.* & idem mes Abb. fateur *hic, in 4. not.* & Dec. *num. 21.* Quo casu oblatus non dicitur mortuus mundo, imo potest esse conjugatus, & matrimonium contrahere etiam post obtionem. Calder. *cons. fuit de regular.* Card. *cons. 21.* Bald. *cons. 240. in 5. vol.* Imol. *in Clem.*
8 *1. num. 10. de testam.* Nec verum est bona transire in monasterium quando quis simpliciter offert se absque ulla bonorum mentione: imo enim talis oblatio non reputatur propriis, nisi professionem emittat regularem, & ita intelligi debet glos. in d. c. *Vt lex continentiæ, 27. q. 1.* ut ibi declarat Archid. & post eum Calder. *d. cons. ult. num. 1. vers. hic quod dictum est per glos.* Et tunc eo casu bona non veniunt in consequentiam personæ, ut inquit Bald. *secundum* & eodem quod scripsi in d. c. *Vt privilegia, num. 14. 29. de privileg.*

9 Secundo nota ibi, *Nec contra oblationem suam venire juramento firmavit.* Monasterium possè recipere oblationem personæ, & bonorum etiam juramento firmatam, nec inde oriri ministram aliquam suspicionem, quod ingredientem ad oblationem, & juramentum induxerit propter bona temporalia, ut hic per Abb. *num. 2. vers. Nota quem licitè oblationem suam,* & Dec.
10 *in octavo notab.* non enim ex hoc ingrediens dicitur deceptus; quinimo ad hoc potest licitè exhortari, ut cap. *Per latum, 19. quæst. C.* Nec obstat c. *Consortium, 20. q. 3.* Quoniam ille tex. loquitur in puella ad mortem agrotante, quæ per circumventionem seducta fuit ad professionem emittendam, ut mira attingam num. 36. Unde glos. in præalleg. c. *Per latum,* dicit mulierem illam se, & sua monasterio contulisse per exhortationem Episcopi, non autem illectam.

11 Tu verò adverte, quia si oblatio, seu donatio bonorum fiat ante ingressum monasterii, idest ante susceptionem habitus regularis indistinctè vendicat sibi locum decisio hujus textus. Sed si fiat post habitum susceptum, hodie distinguendum est: nam aut oblatio fit cum effectu, idest cum traditione rei oblatæ, & fieri non potest, quia S. Tridentina Synodus in c. 16. *vers. Sed neque sess. 25. de regular.* prohibet sub pena anathematis, ne aliquid ex bonis ingredientis infra annum probationis monasterio tribuatur, excepto victu, & vestitu. Aut oblatio, seu donatio fit simpliciter hac ulla traditione: & tunc potest qui-

quidem fieri, sed cum licentia Ordinarii, & intra duos menses proximos ante professionem, alias non valet, etiamsi sit juratjurando vallata, ut habetur *in eod. cap. 16. in princ.* quod latius prosequor in c. *Statuimus, inf. de regul.* ubi plenè videas.

12 Tertio nota ibi, *minor annis,* Minorem annis viginti quinque ingrediendo monasterium alienare bona sua etiam sine curatore, & decreto judicis, ut hic habetur expressè, secundum Innoc. *n. 5.* Joan. Andr. *num. 15.* & Abb. *num. 10.* secus autem esset si in monasterium non intraret, ut l. *Siquidem,* & l. *Sipedum,* C. *de prædiis minor. sine decreto alien. & quasi per tut.* etiamsi vellet alienare in alias piascausas arg. l. 2. §. *Veto, ff. de pollicit.* secundum Innoc. & alios præallegatos. Potest autem in sua obligatione, seu professione præcipere ut aliquid ex bonis, quæ secum deferat, expendatur maximè in pios usus; aut ne quid ex bonis hujusmodi alienetur, & impleuda erit illius voluntas, secundum Innoc. *hic n. 5. vers. Si autem in sua obligatione,* cum quo alii transeunt: dummodo tamen in his servetur forma à Concilio Tridentino præscripta in *cap. 16. sess. 25. de regular.* ut tetigi supra *n. 11.*

14 Quartò nota ibi, *secunde tamen potuit major extitisse.* Probationem dubiam, seu æquivocam non relevare, ut est casus in hac Decretali, quæ ad hoc quotidie allegatur. Cardin. *hic num. 1.* Rot. *decis. 380. num. 10. par. 5. Recent.* hic enim fiat probatum æquivocè ob variam temporis, seu ætatis significationem, quia minor dupliciter dici potest, scilicet minor annis 14 & minor annis 25 ut in tex. & in l. *final. C. si min. se major-*
15 *dixer. neque alter.* Probavit præcisè de minore annis 14 tempore ingressus. Probatio autem debet concludere per necesse, & non per possibile, ut Bald. inquit in l. *Ad probationem, la secunda, num. 1. C. de probat.* quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit ab esse, l. *Neque natales, C. eod.*
16 *tit.* & l. *Non hoc, C. unde legitim.* Metitò probatio non concludens non valet, ut hic per Decium, *n. 58. & n. 61. & seq.* ubi hanc regulam pluribus exornat. Nec sufficit probare per quasdam veri-
17 similitudines, ubi clara probatio requiritur, ut
18 ait Bald. in l. *Interpositur, in ult. not. C. de transact.* & post eum Decius *dict. n. 62.* Quæ tamen conclusio fallit in sex casibus, quorum prosequitur Felin. *n. 15.*

19 Quinto nota ibi, *Intelligendum non est sine herede decedere eum qui ingressus est monasterium & factus est Monachus,* fingi non solum decedere cum hæredè, sed etiam cum liberis, ut hic firmat
20 Innoc. *num. 8.* Joan. Andr. *num. 22.* & Imol. *n. 12. vers. Nota quod monasterium,* dicens hunc textum esse ad hoc valde singularem, qui non habetur alibi, & probat propositam conclusionem, quia verbum hæres, hic accipitur pro liberis; alioquin per ingressum Monasterii non esset purificata illa conditio, si sine liberis decesserit. Unde patet verum non esse quod ait Butr. in Auth. *Ingressi,* & in Auth. *Siqua mulier,* C. *de sacros. Eccles.* & in Auth. *Nisi rogati,* C. *Ad Trebellian.* videlicet non probari aliquo jure, ut monasterium habeatur loco filiorum, vel liberorum: imo enim id probatur in hoc cap. ut benè per Imol. & idem expressè tenet Speculat. *in*

tit. de locat., §. *Nunc aliqua vers. 153. & seq.* Bald. in cap: 1 *in princip. ff. de milit. vassal. qui bellic. arm. deposi.* & ipsemet Butr. in l. *Hæreditas, §. 1. n. 4. ff. Ad Trebell.* & hanc dicit esse veram opinionem Lap. *allegat. 129. alias 130. incip. Factum super eum, num. 19. vers. Et si dicatur quod fiat autem.* Et communem, & in judiciis sequendam Corn. *cons. 1. l. Circa hanc consulta-*
21 *tionem, n. 17. vol.* 4. Quo fit, ut testator si dixerit, Volo ut filius meus det partem hæreditatis patrui, si decedat sine liberis, filio monasterium ingrediente, satisfactum sit conditioni, quare nil petent patrui, cùm monasterium habeatur loco filiorum. Ita notabiliter Innoc. *hic d. num. 8.* cum quo Holt. *num. 20. in ver. Institut.* Joan. Andr. *d. n. 27.* Bald. *n. 25.* Butr. *n. 60.* & alii transeunt.

22 Hinc etiam fit, ut quasi agnatione postumi rumpatur testamentum, in quo testator, qui postea factus est Monachus, non instituit Monasterium, saltem in legitima, argumento hujus textus: & in Auth: *de sanctiss. Episc. §. Sed & hoc præsente,* & leg: *Filio, ff. de injust. rupt. & irrit. testam.* secundum Innoc: *hic n. 7.* Feder. de Sen: *cons. 165. Glossa referunt, vers. Rogo eum filium,* Bald: *cons. 9. Mulier fecit, lib. 5.* & est communis opinio, ut testatur Jas. in d. Auth. *Si qua mulier, num. 17. C. de sacros. Eccles.* in hoc tamen contrarium tenuit Bartol. *ibi num. 8.* cujus opinionem communem dicit Ripa in l. *Si unquam, q. 35. n. 94. C. de revoc. donat.* & magis communem, veriorem, & æquiorem, cum faveat testamento, Clar. *in §. Testamentum, qu. 28. n. 5. vers. Aut verò, in fin.*

23 Cæterum adverte, quia hic speciale est favore Religionis, ut Monasterium habeatur loco filii, cum alias requiratur filii naturales, nec sufficiant legitimi tantùm, l. *Si ita quis, in fin. ff. de legat. 2.* secundum Joan. Andr. *hic n. 27. vers. Et est speciale.* Quare potius constituenda est regula in oppositum, videlicet monasterium non haberi loco filii, nisi in casibus in jure expressis, ut declarat Bald. in d. Auth. *Si qua mulier, in princ. C. de sacros. Eccles.* nam cum hæc sit quædam fictio, locum non habet, nisi in casibus expressis, ut similiter notat glos. in c. *Placuit, si secunda, in ver. Mortuum, 16. q. 1.* & in cap. *Suscepitum, in ver. Non morte, de rescript. in 6.* dicens mortem civilem æquiparari naturali in casibus expressis dumtaxat: & sequitur hic Felin. *num. 42. vers. Sed ille,* & similibus: & Rot: *decis. 92. numero 11. part. 2. diversi:* Alias verò, ut verbis Baldi utar, in l. *Voluntas, num. 5. ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* satuitas est dicere, quod monasterium habeatur loco filii: & tane hic sequeretur, ut Monachus haberet monasterium in sui potestate: ac proinde quidquid acquireret monasterium acquireret Monacho. Item ut plures esse possent patres unius filii, & plures aliæ absurditates sequerentur, quas cumulat Felin. *dict. n. 42.*

24 Ultimo nota ibi, *qui monasterium sibi hæredem instituit.* Substitutionem factam filio, si sine liberis decesserit, evanescere si filius monasterium ingrediatur, & hæreditatem monasterio applicari, ut hic est casus, & notat glos. *ult.* Innoc. *num. 8.* Holt. *num. 20. in ver. Institut.* Joan. Andr. *n. 27.* Abb. *n. 36.* & idem Abb. Aretin. & Felin.

in summariis textu, & reliqui omnes, Bart. Bald. Angel. Salicet. & Legistæ in Auth. *Nisi rogati*, C. *Ad Trebell.* in Authen. *Si qua mulier*. & Auth. *Ingressa*, C. *de Sacros. Eccles.* Quod intellige dummodo substitutus ingrediatur Monasterium ita ut teneat Monachatus, ut hic in glos. ultim. Nam ubi fit mentio de ingressu, intelligitur cum effectu, ut per Felin. *num.* 12. Unde si recederet antè

27 professionem Regularem, substitutio non evaneseeret, secundum Vincent. & idem si mutaret, & infra tempus probationis exiret, c. *Statuimus, de regular.* secundum Abb. Antiq. quos hic refert, & sequitur Joan. Andr. *nu.* 36 & consentiunt Bald. *nu.* 15. Butr. *nu.* 61. Cardin. *col.* 2. Hent. Boich. *nu.* 20. Abb. *nu.* 44. Felin. *nu.* 32. & Dec. *num.* 200.

26 Ampliatur primò, conclusio superiùs firmata, ut locum habeat sive substitutio fuerit fideicommissaria, sive directa, ut sentit glos. *ultim.* hic illis verbis: *Ingressu Monasterium fingitur habere hæredem cum rogatus est restituere privato* (ecce substitutio fideicommissaria) *vel Cum et privatus est judicatur* (ecce substitutio directa) & apertius hoc tenet Abb. in princ. qui dupliciter summat textum: primò scilicet intelligendo illum in substitutione fideicommissaria; deinde in substitutione directa; dicens utrumque intellectum esse in se verum, licet subdat verioremesse intellectum, ut substitutio hic fuerit fideicommissaria propter illud verb. *devolverentur*, ut est text. apertus secundum eum in l. *Hæredibus*, §. 1. *ff. Ad Trebell.* Sed Butr. & alii dicunt substitutionem fuisse Compendiosam; quia verb. *Devolverentur* est verb. Commune, ut concludit Bart. in l. 2. *in fin. ff. de alimen. & cibar. legat.* & in l. *Centurio*, *vel. ult. vers. Septimo dubitatur*, *ff. de vulg. & pupill.* & Gemin. in cap. *St pater*, *in princip.* in glos. *inver. Felin.* *de testam. lib. 6.* & alii, quos hic sequitur Dec. *nu.* 1. & ad text. quem Abbas adducit, responde ut hic per Bero. *nu.* 3. Adverte tamen, quia quod Abb. dicit de substitutione directa, verificari non potest in pupillari, quia illa locum habet tantummodo si hæres in pupillari ætate decesserit; l. *In pupillari*, *ff. de vulgar. & pupill.* In pupillari autem ætate non potest filius Monasterium ingredi cum effectu, cap. *Significatum*, *de regular.* Ergo frustra quæritur, an per ingressum Monasterii excludatur substitutus. Sed nec vulgaris videtur extingui per ingressum Religionis; quia cum præsupponat filium non esse hæredem, vel quia non possit, ad text. in l. *Cum proponas*, C. *de hæred. instituen.* & not. per Bart. in l. 1. *ff. de vulgar. & pupillar.* nihil est quod possit acquiri monasterio ad præjudicium substituti, cum per ingressum Religionis illa tantùm monasterio acquirantur, quæ tempore ingressus erant propria ipsius ingredientis, c. *Quia ingredientibus*, *cum seq.* 19. *q. ult.* Auth. *ingressi*, C. *de Sacros. Eccles.* de quo tamen dic, ut per Bero. *hic num.* 1. *vers. Sed rectius considerando.*

27 Ampliatur secundò supradicta Conclusio, ut locum habeat etiamsi fuerint substituti fratres testatoris: nam nihilominus monasterium eos

28 excludit, secundum Innocen. & alios supracitatos, *num.* 21. Secus autem si substituti sint testatoris filii, quia succedunt exclusio monasterio: nam ut inquit Bald. *numer.* 10. *in fin.* Favor liberorum substitutorum est naturalis, favor autem Monasterii est civilis, & minor favor respectu majoris est odium, l. *Si apud innocentem*, *ff. de minor.* Ergo prævalet filiorum substitutorum favor. Idem voluit Bart. in Authen. *Ingressi*, *in 2. dextera*, *num.* 55. C. *de Sacros. Eccles.* & consulendo idem Bald. *cons.* 296. *In hac quæstione*, *per tot. vol.* 1. ubi in fin. dicit ita fuisse judicatum, Raphael Fulgos. *cons.* 53. *Quoniam superius*, *in fin.* Alex. *cons.* 122. *Visa thematæ suprascripto*, *numer.* 11. *vers. in hac parte*, *vol.* 2. Ripa in l. *Ex facto*, §. *Sequitur rogatus*, *il primo*, *nu.* 41. *ff. Ad Trebell.* & Bero. *num.* 458. & 492.

29 Ampliatur tertio eadem conclusio, ut vendicet sibi locum etiamsi conditio substitutioni adjecta fuerit per verba naturalitatem importantia, pura si decesserit sine filiis ex se, vel ex suo corpore natis; adhuc enim si rogatus restituere professetur Religionem, succedit monasterium exclusio substituto, ut ex facto per quinque fundamenta consulunt Bart. *in suo consil.* 1. incip. *Parmensis*, *per totum*, & sunt optimi atque illustrissimorum Doctorum Pistragor. & Riccardi Malumbæ, quos refert, & sequitur Dyn. in l. *Sciti quo*, §. *final. ff. de leg. 2.* Cyn. in Authen. *Nisi rogati*, *num.* 2. & Fulgos. *numer.* 5. & 4. & firmant hic Bald. *num.* 9. *in fin.* Butr. *nu.* 26. Abb. *nu.* 48. Aretin. *à num.* 68. *usque ad nu.* 71. Felin. *nu.* 36. Decius *nu.* 232. Paris. *nu.* 136. *usque ad nu.* 144. Petrer. *nu.* 104. Bero. *n.* 486. Et hæc opinio forte servaretur in practica, quia in diversitate opinionum consuevit assumi illa, quæ ravet Religioni, Per l. *Sunt persona*, *ff. de religios. & sumptu funer.* ut inquit Imol. *hic nu.* 19.

Verùm contra Monasterium in favorem substituti tenuerunt ex Canonistis, Host. in cap. *Raynaldus*, *nu.* 20. & 21. & ibi etiam Joan. Andr. *num.* 10. & Cardin. *in fin. princ. infra de testam.* & in hoc cap. Henric. Boich. *nu.* 24. Bellamer. *nu.* 41. Barbat. *nu.* 72. & Mant. *nu.* 61. & ex Legistis Jacob. de Beluis. in Authen. *de Sanctiss. Episcop.* §. *Sed & hoc præsenti*, Bald. in l. *final in princ. num.* 1. & 2. C. *de Episcop. & Cler.* & ibi etiam Fulgos. *in princ.* Salicet. in Auth. *Nisi rogati*, *in fin.* C. *Ad Trebell.* & ibi etiam Bald. *nu.* 10. dicens hanc opinionem esse multùm æquam, quod etiam dixit Imola in l. *Lucius*, l. *ultima*, *nu.* 5. *ff. de hæred. instituen.*

Sane hæc consultatio est satis dubia, adeo ut Petr. de Anchar. *hic nu.* 41. post prolixam disputationem concludat his verbis (Inter opiniones tantorum Patrum, & Modernorum teneas quicquid placet) Et Authores plurimos usque ad satietatem producaque sententia cumulat novissimè Thom. Sanch. *super Decalog. to. 2. lib. 7. cap. 16. nu. 51. vers. Octavo*, dicit tamen Joan. de Imol. in d. l. *Sciti quo*, §. *Tecol*, *in fin. ff. de legat. 2.* hanc secundam opinionem esse veriorem attento jure canonico, & servandam in terris Ecclesiæ: oppositam verò attento jure civili, & servandam in terris Imperii.

30 Ampliatur quarto eadem conclusio, ut procedat etiamsi rogatus restituere fiat Clericus Ecclesiæ secularis: nam substitutio evanescit, dummodo tamen duo copulativè concurrant, nempe ut perpetuò ibi maneat, & relicta eroger in pios usus: sic probat textus in Auth. *de Sanctiss. Episcop.* §. *Sed & hoc præsenti*, *col.* 9. Unde desumpta

sumpta est Authen. *Nisi rogati*, C. *Ad Trebell.* & ten ent hic glos. *ult.* Innoc. *numer.* 8. *vers. Si autem fuit Clericus*, Host. *num.* 19. Bellamer. *numer.* 51. Dec. *num.* 200. Paris. *num.* 117. & Bero. *num.* 498. Specialiter *tit. de stat. Monachor.* §. *ult. q.* 15. *n.* 20.

31 Nunc limita primò propositam conclusionem, nisi filius rogatus sit restituere loco Religioso, vel Ecclesiæ seculari, aut alteri pio loco, vel relicta expendere in pios usus. His enim casibus per ingressum Monasterii non expirat substitutio facta in defectum liberorum; quia privilegiatus non utitur privilegio contra æque privilegiatum, ut in d. §. *Sed & hoc præsenti*, & hic firmant glos. *ultim.* Innoc. *n.* 8. Host. *n.* 19. Bellam. *n.* 29. & *n. ult.* Butr. *n.* 60. Cardin. *col.* 4. *vers. in glos. finali*, Anchar. *n.* 19. Imol. *n.* 17. Abb. *n.* 36. Felin. *n.* 29. & Dec. *n.* 192. Speculat. *in tit. de stat. Monachor.* §. 1. *n.* 19. & 20. *quæst.* 15. Bartol. & communiter Legistæ in d. Auth. *Nisi rogati*, C. *Ad Trebell.*

32 Limita secundo eamdem conclusionem, ut procedat dummodo ea conditio apponatur in ultimis voluntatibus, vel in contractibus gratuitis, prout loquitur text. in d. §. *Sed & hoc præsenti*, ut advertit Bald. *hic n.* 18. *in fin.* Secus verò in contractibus onerosis, quia tunc conditio illa per professionem regularem non evanescit, ut hic per Anchar. *n. penult.* Barbat. *n.* 71. A. Hot. *decis.* 83. *n.* 13. & idem is eadem conditio apponatur in statutis, ut decidant Domini de Rota *decis.* 92. *n.* 11. & *seq. part.* 2. *divers.*

33 Limita tertiò, nisi conditio relata sit in personam ipius testatoris, puta quia dixit si sine liberis decesserò, substituo Titium: tunc enim & si testator Religionem professetur, non tamen expirat substitutio, nec intret dispotio hujus cap. ut originaliter voluit, Martin. de Salva Episcopus Pampilonen. quem hic refert, & sequitur Joan. Andr. *n.* 37. & consentiunt Butr. *n.* 61. Cardin. *col.* 4. Anchar. *num.* 29. Abb. *num.* 46. & Decius *n.* 214.

34 Limita quartò, nisi rogatus intret Monasterium in fraudem substituti, quia tunc conditio non evanescit, cum fraus, & dolus, &c. ut hic tenent Abb. Antiqu. *n. ult.* dicens ita tenere Petr. de Sampson. Magistrum suum, Joan. Andr. *n.* 36. Bald. *n.* 31. Henric. Boich. *n.* 11. Bellam. *n.* 32. & 40. Butr. *n.* 61. Abb. *n.* 46. Felin. *n.* 36. Dec. *n.* 204.

35 & Bero. *n.* 500. Fraus autem probabitur si gravatus comminatus fuerit substituto se ingressum Religionem, ut eum excludat à fideicommisso, secundum Abb. Antiquum, & Jo. Andr. *loco citato.* Et quamvis hanc conjecturam refellant Petr. de Bellaper. in Auth. *Nisi rogati*, *quæst. penult.* C. *Ad Trebell.* & Dec. *hic n.* 209. tamen eam admittunt Henric. Bellam. Butr. Abb. & Felin. supracitati, & alii plures, quos cumulat Sanchez *super Decalog. tom.* 2. *libr.* 7. *cap.* 16. *numer.* 60.

36 Sed numquid fraus præsumatur ex hoc solo, quod rogatus restituere, professionem emiserit in articulo mortis, gravis controversia est, quam S. Congregatio Concilii noluit decidere, sed ad judicem causæ rejecit. Tu die ut scripsi in c. *Sicut nobis*, *n.* 30. *usque in finem*, *de regular.* & adde Felinum *hic n.* 34. & quæ in utramque partem congerit Sanchez d. *cap.* 16. *n.* 58.

37 Limita quintò valde notabiliter suprascriptam conclusionem omissis pluribus aliis limitationibus, quas prosequitur Sanch. *d. cap.* 16. ut non procedat si rogatus restituere ingrediatur monasterium Ordinis Mendicantium, quia cum bona immobilia eis possidere non liceat, cap. *Nimia prava*, *inf. de excessib. Prælat.* cap. *un.* §. *Confirmatæ*, *de Relig. domib. lib.* 6. utique substitutum non excludunt, nec habet locum hoc cap. ut hic tenent Scribentes, *Deciss. Pedemont.* 126. *n.* 27. & ita tenere Doctores communiter affirmat Bern. Land. *in addit. ad Bart. d. cons.* 1.

Verum 20 hæc limitatio locum habeat post Concilium Tridentinum plenius dicam infra *n.* 67. & *n.* 117.

QUÆRO, an Fratres Mendicantes sint capaces acquisitionis bonorum immobilium in communi.

38 Tametsi in hac materia Doctores hic multa scribant, in hoc tamen videntur convenire, ut constituenda sit differentia inter Fratres Minores S. Francisci, & reliquos Mendicantes, & secundum hoc ponunt duas conclusiones communes, quas post Imol. & Abbat. prosequitur Felin. à *n.* 50.

Prima conclusio est. Fratres Minores sunt

39 prorsus incapaces hæreditariæ successionis etiam in communi; text. est in Clem. *Exivi*, §. *Cupientes*, *de verb. significat.* Federic. de Sen. *consil.* 26. *Casus talis est. Quidam ingressus*, *in princ.* Sunt enim fundati in arctissima paupertate supra omnes Mendicantes, ut fusè deducit Bartol. in *tract. Minorit. lib.* 1. *dist.* 1. *cap.* 1. *per tot.* Petr. de Anchar. in d. Clemen. *Exivi*, *nu.* Calder. *cons.* 45. incipien. *An bona ingressi Ordinem*, *post med. vers. Fratres ad hæc*, *de testam.* Et successiones ex sui natura indifferentes ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia se extendunt, quæ ex Regula sunt eis prohibita, ut in d. §. *Cupientes.*

41 Unde, ut ait Bald. in l. *Eam quam*, *num* 18. C. *de fideicomm.* Frater Minor est incapax emolumenti, & tituli, & si instituatur, perinde est, ac si homo mortuus institutus fuisset: cujus dictum refert, & sequitur Felin. *d. n.* 50. Et ita

42 nullum est testamentum, in quo fratres Minores sint hæredes instituti, nisi adsit coheres, & hæreditas defertur venientibus ab intestato, l. *Etiam metallum*, *ff. de bon. quæ pro non scripto habentur*, l. 1. C. *de hæred. instituend.*, *Neque enim ff. de testam. militar.* & firmat Bart. in d. *tract. Minorit. lib.* 1. *dist.* 1. *cap.* 2. Petr. de Anchar. in d. Clem. *Exivi*, *num.* 2. *vers. Revertor ad primum.*

43 Et quemadmodum jure institutionis capere non possunt, ita nec jure fideicommissi universalis secundum Bart. *in ead. tract. lib.* 1. *dist.* 2. *cap.* 2.

Sed neque jure legati habere possunt hæreditatem, ut per Bart. d. *lib.* 1. *dist.* 3. *cap.* 1. Imo nec legata particularia jure institutionis, ut idem tradit *d. dist.* 3. *cap.* 2.

45 Quod adeo verum est, ut nec valeat institutio facta de Fratribus Minoribus ad effectum æstimationis, scilicet ut vendant, & pretium convertant in suas necessitates. Et est magis communis opinio, ut pluribus relatis testatur Antonio Gabriel. *comm. conclus.* 2. *n.* 1.

46 Quinimo si testator dixerit, Instituo hæredes

fratres Minores cum hoc, ut bona hæreditaria per executores nominatos vendantur, & pretium erogetur in reparationem Ecclesiæ, constructionem Capellæ, & Tecam supellectilem; & quatenus hæredis institutio non valeat ex aliqua causa in corpore juris clausa, nunc jure legati legato talis institutio non valet, ut lartissime probavi in cap. *Nomo prava, à nu. 20. usque ad n. 46. infra de excess. Prælatorum.*

4 Quamobrem Fratres Minores non excludunt substitutum sub conditione, si gravatus decesserit sine liberis, nec in eis locum habet iste textus, ut scripsit Bald. in l. *Cum excusoni, nu. 16. C. de fideicomm.* Abb. *cons. 27. Proclara, col. 2. in princ. lib. 2.* Felin. *in num. 50.* & communiter DD. Vivius *communis opinion. conclus. 339.* ubi plures refert, & de communi testatur.

48 Quoverò ad bona ingredientis Religionem Fratrum Minorum, quamvis tres opiniones, quas hic recenset Innoc. *num. 8.* tamen communis opinio est hujusmodi bona deferre venientibus ab intestato: perinde ac si professus esset mortuus, si de illis ante professionem non disposuerit. Extra tenuerunt hic Imol. *vol. penultim. vers. Quid autem si qui ingrediatur*, Abb. *num. 61.* Felin. *num. 50.* Feder. *d. cons. 26. num. 1.* dicens hanc opinionem esse veriorem, & *num. 3.* Bart. *eod. tract. minor. lib. 4. dist. 3 cap. 1.* Bald. in Auth. *Ingressi, nu. 46. C. de sacros. Eccles.* & de communi testatur Abb. *cons. 27. Proclara, & Incalenta, num. 2. vers. Quantum, & secunda Religio, part. 2.* Roman. *cons. 296. Circa declarationem, nu. 1. vers. Secunda vera opinio est communis*, & alii, quos citat Gabriel. *d. conclus. 1. de hæred. institution. numer. 6.*

49 Sed si ante professionem de bonis suis dispositionem fecerit, hujusmodi dispositio rata, & firma esse debet, cum in Regula B. Francisci cautum sit, ut liceat ingredientibus, & sit liberum facere de bonis suis secundum quod Dominus spiraverit, quod etiam habetur in d. Clem. *Exivi, §. Dubitaverunt, de ver. significat.* & notat Bart.

50 *d. d. 4. dist. 2. cap. 1. num. 4.* Dummodo tamen servetur forma à Concilio Tridentino præscripta in *cap. 16. sess. 25. de Regular.* Et hoc si dispositionem fecerit inter vivos; secus in ultima voluntate; quia decretum *d. cap. 16.* locum non habet in testamentis, & aliis ultimis voluntatibus, ut declaravit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres.

51 Et hæredes instituti in testamento profitentis statim capiens illius hæreditatem etiam non expectata morte naturali, ut Bart. concludit, *dict. dist. 2. cap. 2.*

52 Porro conclusio superiùs firmata, & illius declarationes vendicant sibi locum in hæreditate, vel fideicommisso universali dumtaxat, non autem in legatis, seu relictis particularibus: nam etiò Fratres Minores etiam in communi sint incapaces legati bonorum immobilium, & consequenter etiam annui reditus, qui inter immobilia computantur, ut est textus in Clement. *Exivi, §. Cumque annui reditus, de ver. signif.* quem dicit rotundum, & clarum, Abb. *cons. 65. Veritas, post princ. vers. Præterea, par. 2.* tamen sunt capaces ad effectum vendendi, & pretium convertendi in suas necessitates, aut in usum Fabricæ, vel Sacri-

53 stiæ; dummodo tamen pretium non ut excessivum, ita ut potius thesaurizatum, quàm pro necessitatibus imminentibus receptum, ut inquit Bart. *in red. tractat. Minoritar. lib. 1. distin. 2. cap. 2. num. 1. & 5. 5.* Jas. in l. *Apud Iulianum, §. Can-*

54 *stat. num. 41. ff. de legat. 1.* Et dummodo legatum fiat sub modo licito; aut etiam simpliciter, quia sub modo licito, factum intelligitur, ut probatur expressè in c. *Exivi, §. Præterea de ver. signif. lib. 6.* & tenet glos. in d. Clem. *Exivi, vol. 5. in ver. Prinde, vers. Statutum modus, eod. tit.* & ibi etiam Anchar. *numer. 13. vers. Quapropter Fratribus relinquitur*, Bart. in Authen. *Excipitur, C. de bon. quæ liber.* & in *d. tract. Minoritar. lib. 2. d. distin. 2. cap. 1. num. 5.* & *distin. 4. cap. 1. num. 39.* Abb. *d. cons. 65. num. 8. part. 2.* Rot. coram Burat. *decis. 245. num. 18.* Et aliis centiis S. Congregatio Concilii, ut dicit in cap. *Nomo prava, num. 50. de excess. Prælatorum*, ubi etiam plenè videas, quorum legatorum sint capaces Fratres Minores tam de familia, quàm ex reformatione, à *nu. 46. usque ad num. 61.*

55 Sed hic incidit pulchra dubitatio, An valeat legatum annui reditus factum valetudinario, seu infirmariæ Fratrum Minorum S. Francisci.

56 Videtur respondendum non valere, quia pro necessitatibus infirmorum Regula permittit tantum ut Fratres recurrant ad amicos spirituales pro eleemosynis manualibus, ut patet in c. *Exivi, §. Nec quinquaginta, vers. In albo quoque Capitulo, de ver. signific. lib. 6.* ubi legitur (Ministri, & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & aliis Fratribus induendis per amicos spirituales sollicitam curam gerant secundum loca, & tempora, & frigidas regiones) Et in Clem. *Exivi, §. Porrò cum dictus Sanctus, eodem tit.* ibi (Recursus ad amicos spirituales pro pecunia in duobus casibus tantùm secundum Regulam conceditur; videlicet pro necessitatibus infirmorum, & Fratribus induendis) Hæc autem provisio fuisset nanus, & frustratoria, si pro usu infirmorum, liceret Fratribus habere annuos reditus.

Præterea hæ duæ necessitates, videlicet pro infirmis, & pro fratribus induendis in Regula æquiparantur, ut in locis proximè citatis. Sed pro fratribus induendis certum est non licere illis obtinere annuos reditus, d. c. *Exivi, §. Porrò*, & fatentur omnes. Ergo nec pro necessitatibus infirmorum, cap. *Translato, de Constitut.* & cap. 1. *de translat. Episcop. cum simil.*

57 Ad hæc legatum annuum Fratribus Minoribus relictum pro alimentis non valet, secundum Bart. in l. *Servo alieno, in princip.* & ibi etiam Imol. *ff. de legat. 1.* Feder. de Sen. *cons. 12. Fratres, num. 7. vers. Quod non sic capax.* Duenn. *regul. 381. in 1. limit. numer. 3. vers. Quod est verum nisi*

58 *annuum*, Anton. Gabriel. *lib. 4. tit. de legat. conclus. 1. num. 27.* Ergo nec valet legatum annuum pro medicis, & medicinis, & sic pro usu infirmariæ; quia legatis alimentis veniunt non solum cibaria, habitatio, & vestitus, ut in l. *Legatis, ff. de alimen. legat.* Sed medicinæ, salarium medici, stratum, & omnia ad victum necessaria, l. *Sicut impendia, ff. de inofic. l. Verbo victus, ff. de ver. significat.* Bart. in l. *Si cum dotem, §. Non autem, num. 5. ff. solut. matrim.* Ias post alios in l. *Cum g, §. Qui transigit, ff. de transact.* Reminald. Jun. *cons. 132. nu. 11. lib. 2.*

et confirmatur, quia si regula non permittit, ut Fratres Minores pro necessitate victus habeant reditus annuos, quia incerta mendicitas debet eis victum tribuere, ut dicit textus in cap. *nunc, §. 1. de refugiat. domib. lib. 6.* & tradit Feder. de Sen. *ubi supra*, & Abb. *cons. 65. Veritas, n. 2. lib. 2.* longè minus censentur permittere, ut habeant reditus annuos pro medicinis, & Medicis, quorum non est adeo præcisa necessitas sicut victus, sine quo vivere non possumus, d. l. *Verbo victus*, & l. *final. ff. de alim. pupill. præstan.* Et in proposito notat Bald. in Auth. *Ingressi, num. 42. C. de sacros. Eccles.*

59 Accedit quod in d. Clem. *Exivi, §. Cumque annua reditus, de ver. signif.* Pro generali regula firmatur, ut cum annuos reditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnet, prædictis fratribus reditus quoscunque, sicut & possessiones, vel earum etiam usum (cum eis non reperiatur concessus) recipere, vel habere, conditione considerata ipsorum, non liceat, quæ sunt formalia verba illius tex. Qui ergo dicit eos posse habere annuos reditus pro usu infirmorum, probare debet, quia standum est regulæ quandò non probatur exceptio, l. *Ab exparte, ff. de probat.* glos. 1. in *fin. in c. Interbas, 32. quæst. 1.* Et cum edictum sit prohibitorium, omnes annui reditus censentur fratribus prohibiti, nisi apparerent concessi, ut probant illa verba texus, cum eis non reperiatur concessus: & notat Abb. d. *cons. 65. in princ.*

60 Et tamen excepto concesso, nec probatur, nec probari potest; quin potius constat de oppositorum ex superiùs deductis: tum quia à memorata prohibitione obtinendi reditus quoscunque excipitur tantum modo casus pro Divino cultu, ut si relinquatur annuatim frumentum pro hostiis, vel vinum pro sacrificio, aut pecunia pro luminibus, & similibus, ut per Feder. de Sen. *d. cons. 12. n. 4.* Bald. in d. Auth. *Ingressi, n. 59.* Abb. post Bart. & Joan. de Lignan. *d. cons. 65. n. 4. vers. Secunda principaliter.* Rota *decis. 36. f. num. 9. part. 5. diverf.* Ratio est secundum omnes, quia per hujusmodi legata fratrum Mendicitas non relevatur. Ergo hæc exceptio firmat regulam in contrarium in omnibus aliis casibus, in quibus relevatur eorum mendicitas, ut per Abb. *loco citato*; & consequenter relictum annuum pro usu infirmorum non tenet.

Denique si liceret Minoritis pro usu infirmariæ obtinere annuos reditus, hinc esset aperta via excludendi prorsus eorum mendicitatem: nam cùm reditus annui inter immobilia censeantur à jure, ut dicitur in d. §. *Cumque annui reditus*; præterea infirmorum possent non solum census, & loca montium, sed etiam possessiones, & eorum fructus, imo & pingues hæreditates acquirere, cum tamen ut legitur in d. Clem. *Exivi*, in §. *Rursus.* Vir Sanctus tam in exemplis, quàm verbis regulæ ostenderit se velle, ut fratres sui, & filii Divinæ providentiæ innitentes, suos in Deum jacerent cogitatus, qui volucres cæli pascit, quæ non congregant in horrea, nec seminant, vel metunt. Unde videmus nec fratres Capuccinos, qui Regulam fratrum Minorum in sua puritate servant, nec fratres strictioris observantiæ unquam habuisse reditus annuos etiam ad usum infirmariæ.

Quamobrem non valere legatum annuum factum infirmariæ fratrum Minorum tenet in puncto Joan. de Lignan. in d. Clem. *Exivi*, relatus à Jo. de Anan. *cons. 30.* & ex Recent. Sanch. *in Decaleg. lib. 7. cap. 26. n. 47. vers. Nec credo verum*, licet suprà citpras rationes non pondera-

Nec refert, quod idem Joan. de Anania, d.

61 *cons. 30. incipien. Visa petitione, n. 3. vers. Circa tertium*, relatus simpliciter à Rodriq. *quæst. Regulari. tom. 2. q. 126. art 4.* confuserit valere legatum ususfructus factum infirmariis Fratrum Minorum, quoniam movetur potissimum duobus fundamentis.

Primum est, quia dictum legatum non fuit factum Fratribus, sed loco, juxta text. in l. *Annua, §. Arria, ff. de ann. legat.* De jure autem cuilibet Religioso loco legari potest, l. 1. C. *de sacros. Eccles.* cum concordant. de quib. per eum, neque hoc jus fuit sublatum per d. Clem. *Exivi*, quæ secundum eum si legatur, & per legatur à capite usque ad finem, nullam facit mentionem quando relinquitur loco, sed solùm, quando fratribus allegat. Bart. *in tract. Minoritar. lib. 1. dist. nil. 4.* ubi tenet posse relinqui Ecclesiæ fratrum Minorum, licet non possit relinqui fratribus & legatum acquiri Ecclesiæ Romanæ, de cujus proprietate sunt Ecclesiæ fratrum Minorum, ut d. Clem. *Exivi, §. Loca verò.*

62 Verum hoc primum fundamentum deridet, & dicit esse omninò falsum Bald. in Authen. *Ingressi, num. 55. C. de sacros. Eccles.* nam aut fumiur Ecclesia materialiter pro ædificio; & hoc modo Ecclesia non est sufficiens medium ad acquirendum Ecclesiæ Romanæ civili acquisitione, quia est quid insensatum, quod nec espere nec velle potest, sicut si diceremus lego fundo Titii, non propterea acquireretur Titio, nisi esset jus prædiale, quòd inesset rei, l. *Pecoris ff. de servit. rusticor. prædior.* l. *Ve pomum, ff. de servit.* Aut ponitur ecclesia formaliter, & significative l. *Mortuo, ff. de fideijusor.* & tunc cùm significet quid abstractum à genere, id est ipsam speciem, hoc est Collegium fratrum Minorum, quia ecclesia, & Collegium idem sunt, ut idem Bald. dixit *in Rubr. C. de sacros. Eccles.* sequitur ut non possit acquiri mediante organo, & organum sit inhabile, acquisitio impeditur, l. 1. §. *Cæterum ff. de acquir. possess.* l. *Quacumque gerunt, ff. de act. & obligat.* l. *Ita prædia, ff. de servit. rusticor. prædior.* & quod notatur in Clem. *Religiosi, de Procur.* & maximè quia impedimentum Regulæ videtur esse de jure naturali, & Divino. Itaque in his, quæ requirunt medium, cessante medio, cessat acquisitio, & inanimata non quærunt, nisi fit acquisitio, quæ procedat immediatè propter rem ipsam, ut servitus, leg. *Qui fundum, ff. Quemadm. servit. amit.*

Præterea Bald. ad confundendum, ut ipse ait, Bartoli errorem, subjicit alias duas rationes. Prima ratio est ex parte voluntatis testantis; quia relinquere ecclesiæ Romanæ, non est relinquere pauperibus, sicut testator, intellexit, l. *Non dubium, C. de testam.* Unde opinio Bartoli est contra mentem testantis. Secunda ratio est, quia Joannes XXII. in Extravag. *Ad conditorem, §. fin. de ver. signif.* renunciavit omni acquisitioni dominii

minii per dictos fratres faciendæ Ecclesiæ Romanæ. Ergo eodem modo renunciavit acquisitioni faciendæ per Ecclesiam fratrum, cum inter fratres, & Ecclesiam sit quædam conjunctio inseparabilis. Et iracontra Bartolum dicit se in facto consuluisse: ejus consilium habetur in 4. *volum. cons.* 416. *Visa substitutione*, ubi in fine concludit his verbis (Ridiculum est dicere, Non potest relinqui fratribus, sed potest relinqui Ecclesiæ, ut dicit Bartolus: hoc enim quid aliud est, nisi verba sacra cavillari, & mentem juris lacerare. Unde potest sibi dici, littera sua occidit, spiritus autem vivificat) Hæc Bald. cujus opinionem sequitur, & pluribus confirmat ejus discipulus Petr. de Anchar. in d. Clem. *Exivi, col.* 3. *num.* 1. *vers. Sed quæro. An idem sit*, Angel. in Auth. *de Eccl. tit.* 5. *Si quis autem*, *il secundo*, & Barbat. in c. *Nos quidem*, *col. final. de testam.*

Quid plura? Idemmet Bart. postea re accuratius perpensa, se retractavit in l. 1. *n.* 5. *C. de condull. & Procurat. Dom. August. lib.* 11. ubi ait: si legatum relinquitur Ecclesiæ S. Francisci, illud legatum est nullum, sicut si relinqueretur fratribus de S. Francisco, licèt contrarium in libello minoritarum, & movetur per gloss. ibi, quæ exponit domum, idest illos de domo.

Quæ rationes à fortiori procedunt in legato facto infirmariæ. In Ecclesia enim potest considerari ratio Divini cultus, ut pro solvenda opinione Bartoli observat Abbas d. *cons.* 63. *num.* 4. *vers. Hoc etiam fecerit Bartolus, lib.* 2. quæ tamen ratio in legato facto infirmariæ considerari non potest. Unde idem est in effectu legare infirmariæ, ac legare fratribus infirmis. Neque enim testator accepit infirmariam pro ædificio, sed pro fratribus, eosque principaliter contemplatus est, ut in propriis terminis dicit Joan. de Lignan. in d. Clem. *Exivi*. Idque vel invitus fatetur ipsemet Joan. de Anan. *d. cons.* 3. *num.* 7. ibi, Ergo in casu nostro assignabuntur fructus dictarum possessionum infirmariæ S. Francisci, & si ibi erunt infirmi, qui eis indigeant, subveniet eis juxta votum defuncti, sed fratres infirmi non sunt capaces, ut ostensum est supra. Ergo nec infirmariæ: & quemadmodum servus, qui regitur à domino, non est capax eorum, quorum dominus non est capax, l. *Non minus, ff. de hæred. instit.* l. *Si mihi*, *& tibi*, §. *fin. de leg.* 1. ita eadem ratione locus, qui regitur per fratres, non debet esse capax eorum, quorum fratres non sunt capaces, ut per Petr. de Anchar. *ubi supra.*

63 Secundum fundamentum Joan. de Anan. est, quia per legatum usus fructus factum infirmariæ non fit fraus d. Clem. *Exivi*, quæ solùm prohibet relinqui fratribus Minoribus ad hoc ut vivant sine proprio, & in paupertate, quod non tollitur si relinquitur pro necessitatibus infirmorum. Sed hoc quoque fundamentum est falsum, quia Regula præcipit, ut fratribus infirmis provideatur ex mendicitate, & quæstu quotidiano, ut probatum est supra: & per annuos reditus relevatur eorum mendicitas; unde melius Jo. de Lign. *ubi supra* dicit, legatum factum infirmariæ fratrum Minorum esse in fraudem paupertatis: & ut Bald. inquit in d. Auth. *Ingressi, num.* 57. hinc esset aperta via fraudibus, & fieret fraus de homine ad nomen, ut in Authen. *de nupt.* §. *Oportet, l.*

64 *Si per impressionem, ff. Quod met. caus.* omnis autem fraus est prohibita de jure naturali; & quidquid ratione fraudis prohibetur, tanquam jus naturale de similibus ad similia extenditur, l. 1. & 1. *ult. ff. Si quid in fraud. patr. l. Cum hi*, §. *Si cum lex, de transact.*

65 Secunda conclusio. Reliqui Mendicantes sunt capaces acquisitionis bonorum immobilium in communi, non quidem ut possideant, aut sibi perpetuo retineant, sed ut vendant, & pretium convertant in suas necessitates: hoc enim non repugnat mendicitati, nec Religiosæ paupertati, ut tenet glossa ordinaria, & solemnis in cap. 1. *in ver. Domum, de Religios. domib. lib.* 6. quam sequuntur communiter Juristæ in l. *Infantem*, §. *Constat, de legat.* 2. & Canonistæ hic, præsertim Felin. *num.* 52. & in c. *Filius*, *de testam.* prout de communi testantur Hieronym. Gabriel. *cons.* 28 *num.* 3 *lib.* 1: Navarr. *in Comment.* 2 *de regular. num.* 50 *vers. Si autem aliorum*, & Menoch. *cons.* 101. 4. *n.* 143 quam etiam sequuta est Rota apud Put. *decis.* 279 *lib.* 1 & Burat. *decis.* 245 *num.* 3 ubi allegantur aliæ decisiones concordantes. Imò illam glossam de consuetudine observari affirmant Bald. *cons.* 252. *col.* 2 *vers. Nec obstant verba, lib.* 2 Raphael. Cuman. *cons.* 169 *col.* 2 *vers. Hic tamen non obstantibus*: Dec. *cons.* 550 *num.* 5 *vers. Et quæ ulsio supradicta* Put. & Burat. *locis citatis.* Et quamvis illa glossa loquatur in legatis, tamen idem esse in institutione, ut scilicet valeat ad effectum vendendi, & pretium erogandi in eorum necessitates, tenet Guidopap. *decis.* 327 Nicol. de Ubald. *in tract. successionum ab intest. Clericor. n.* 9. ubi testatur de communi prout etiam attestatur Decius *hic n.* 70 & alii apud Gabriel. *de hæred. institution. concl.* 1. *n.* 11 licèt Raphael. Cuman. *cons.* 132 & *d. cons.* 169 dicat hoc procedere potius de consuetudine, quàm de jure.

66 Sed notandum, quia hæc conclusio hodie locum habet tantummodo in domibus professis Societatis Jesu, quæ licèt sint Mendicantes ex Regula, & renunciaverint concessioni Concilii Tridentini in *cap.* 3. *sess.* 25. *de Regular.* ut dicam in *ult. quæst. n.* 82. & *n.* 84. tamen sunt capaces acquisitionis possessionum, & annuorum redituum, non modo per viam legati, sed etiam per viam institutionis universalis, non quidem ad effectum retinendi, sed solùm vendendi, & pretium erogandi in suas necessitates, & alios pios usus, ut in terminis resolvit Rota coram Burat. in præallegat. *decis.* 245. *per totam*, ubi articulum plenè, & accurate examinat, & respondet objectis.

67 Verum quoad alios Mendicantes, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Observantia S. Francisci, prædicta conclusio hodie non procedit; quia S. Synodus concessit Monasteriis omnibus Mendicantium tam virorum, quam mulierum, quibus ex Constitutionibus erat prohibitum, aut ex privilegio non erat concessum bona immobilia possidere, ut deinceps bona hujusmodi possidere valeant, ut in *cap.* 3 *sess.* 25

68 *de Regular.* Unde cum jam sint capaces bonorum immobilium, in communi etiam ad effectum possidendi, & sibi perpetuò retinendi; proculdubio

dubio excludunt substitutum, sicut alij non Mendicantes, ad præscriptum hujus Decretalis prout firmant Navarr. *Comment.* 2. *de Regular. nu.* 54. & Sanchez *in Decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *nu.* 13. An autem ejusmodi monasteria succedant in bonis feudalibus, examinavi latissimè in cap. *Quæ in Ecclesiarum*, *supra de Constit.* in quæst. An Regularis ex Ordine Fratrum Prædicatorum ad Episcopatum assumptus succedat in feudo aperte postquam fuit consecratus Episcopus *a n.* 37. *usque ad n.* 108.

69 Ulterius QUÆRO, An Regularis ex indulto Apostolico à Religione Fratrum Minorum de Observantia ad tertium Ordinem S. Francisci ex legitima causa translatus recuperet jus succedendi in bonis sibi ex testamento, vel ab intestato post translationem delatis.

70 Videtur respondendum recuperare hujusmodi jus succedendi, ac secundo monasterio acquirere ad instar Monachi ad Episcopatum assumpti, qui succedit in hæreditate sibi post assumptionem delata, eamque acquirit Ecclesia ad quam fuit promotus, ut est textus in c. *Statutum, 18. q.* 1. cujus hæc sunt verba: (Monachus, quem Canonica electio à jugo Regulæ Monasticæ professi nis absolvit, & sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea jure vendicandi potestatem habeat.) Hæc ibi. Nam quamvis Monachus factus Episcopus non desinat esse Monachus, nec absolvatur à substantialibus Regulæ; ideoque nec proprium habere possit, cap. *Cum ad monasterium, in fin. de stat. Monach.* & cap. *De Monacho, 16 quæst.* 1. glossin cap: *Quorundam, in ver. Mendicantium, de elect. lib.* 6. & in d. cap: *Statutum, in ver. legitimus*, & docet S. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 4. tamen ut alia Ecclesia acquirat ex persona illius ad substantialia Religionis non pertinet. Ideoque Glos. Archid. Turrec. & alij DD. exponentes verba illa, *paternam sibi hæreditatem postea jure vendicandi potestatem habeat*: verbum illud, *sibi*, interpretatur, id est, Ecclesiæ suæ.

Et cùm Archiepiscopus Goanus, cujus consultationes San. mem. Paulus V. ad S. Congregationem Concilij rejecit, inter alia quæsivisset, An spolia Episcopi Regularis morientis ab intestato pertinerent ad Cameram Apostolicam, an ad successorem beneficij. Et Cardinalis Serra testatus esset Cameram Apostolicam ibi quoad spolia nihil prætendere: S. Congregatio respondit bona post consecrationem acquisita ad propriam Ecclesiam pertinere, per d. c. *Statutum*, & doctrinam Navarr. *de redit. Ecclesiæ q.* 1. *in* 9. *admonitione, n.* 1. *& seq.*

71 Quamobrem sicut Regularis ad dignitatem secularem translatus licèt ex se sit incapax successionis, acquirit Ecclesiæ suæ hæreditatem sibi delatam post translationem: eodem modo translatus ad Religionem, quæ bonorum sit capax in communi acquirit secundæ Religioni, & per text. in d. cap. *Statutum*, Fratres Minores S. Francisci de Observantia translatos ad Religionem bonorum capacem fieri habiles ad successionem bonorum, quæ sibi post translationem deferuntur, ita ut acquirant secundo monasterio, tradit in puncto Bart. *in tract. Minorit. lib.* 4. *collect.* 2. *cap.* 3. ubi refert sic prius determinasse Franciscum de Assisio Decretorum Doctorem: sequuntur Nicol. de Ubald. *in tract. de success. ab intest. Clericor. part.* 1. *num.* 3. *vers. Et idem si esset translatus ad Monasterium capax*, Jas. in l. *Ex facto*, §. *final. sub num.* 10. *vers. Adde etiam quod Bart. ff. de vulg. Summa* Angel. *in ver. Religio, num.* 28. Redoan. *de spol. Clericor. quæst.* 8. *num.* 22. & DD. hic maximè Felin. *num.* 50.

72 *vers. Et adde quod si Frater Minor.* Ratio est, quia Regularis ad alium Ordinem translatus nihil habet commune cum prima Religione, ut statuitur decreto Calcedonen. Concil. *cap.* 10. in hæc verba: Si quis jam translatus est ab alia Ecclesia in aliam, nihil habet commune cum priore Ecclesia: refertur in c. *Si quis jam, 21. qu.* 2. ad idem text. in cap: *Ne pro conjuratione, 16. q.* 1. Ideoque desinit esse filius prioris Monasterij, ut dixit glos. Joan. Andr. in d. c. *Statutum, in ver. Restituat*, *in fin.* & regulatur in omnibus secundum Institutum Religionis, ad quem transfertur, c. *Recolentes, de statu Monachor.* secundùm Navarr. *de Regular. cons.* 61. *n.* 5. *& cons.* 64. *per tot.*

75 Quæ tamen conclusio duas recipit declarationes. Prima est, dummodo Regularis ad laxiorem translatus fuerit ob causam infirmitatis, debilitatis, complexionis, vel aliam ejusmodi: ideoque in dubio apposita sunt verba illa, *ex legitima causa*; alias enim si ob demerita fuerit translatus, jus succedendi non recuperat, secundùm Bart. *in dict. tract. Minorit. distinct.* 3. *cap.* 3. *in fin.* Quia, inquit, illa absolutio magis est ad pœnam, quàm ad præmium, & consentiunt Jas. & Angel. *locis citatis.*

76 Secunda declaratio est, dummodo hæreditas eidem Regulari deferatur post transitum ad laxiorem, id est, post professionem in secunda Religione emissam, cùm antea non dicatur canonicè translatus, c. *Cum singula*, §. *final. de prab. lib.* 6. Navarr. *cons.* 61. *Quidam Abbas, num.* 2. *de Regular.* Hæreditas enim ante hujusmodi transitum delata, siquidem fuerit agnita per consanguineos, non acquiritur per Regularem postea translatum, cùm jam sit alijs acquisita, ut decidit Bart. *ubi supra cap.* 2. Bald. in l. *Si alienum*, §. *In extran. n, num.* 7. *vers. Secundò facit. ff. de hæred. instituend.* Feder. de Sen. *consil.* 26. Felin. *hic num.* 50. *vers. Et adde quod si Frater Minor*, & Paris.

77 *num.* 185. Sin autem hæreditas fuerit quidem delata ad eumdem Regularem ante translationem, sed addita non fuerit per venientes ab intestato; tunc quamvis ex persona illius secundùm monasterium possit adire, ut per Feder. *dict. cons.* 26. *per tot.* tamen hæc quæstio est magis dubitabilis, ut patet ex traditis ibi per Feder. Nicol. de Ubald. *locis citatis*, & Bero, *hi. num.* 550 Ideoque in proposita quæstione consultò addita sunt verba illa, *in bonis sibi post translationem delatis*, &c.

78 Non obstant duæ Constitutiones Alexan. VI. quæ reddunt incapaces successionis Regulares transeuntes ad Religionem capacem bonorum in communi: nam ambæ sunt restrictæ ad Fratres Minores de Observantia transeuntes ad Ordinem Minorum Conventualium; atque in hunc sensum referuntur à Redoan. *d. quæst.* 8. *num.* 38. & à Roder. *de Regul. to.* 2. *q.* 128. *a* 1. *vers. Advertendum tamen*, & ab his, qui privilegia Mendicantium in compendium redegerunt, in ver. Hæ-

veritas, verſ. Alexander, VI. Quod non eſt hoc caſu, quia Fratres Tertij Ordinis non ſunt Conventuales Minorum de Obſervantia; ideoque hujus caſus ſolutio, tanquam non comprehenſi in Bulla, petenda eſt ex diſpoſitione juris communis, in notata glos. in cap. *Conſtitutionum, in ver. Prorogatam, in fin. de Regular. lib. 6.* Oldrad. *conſ. 22. n. 14.*

Præterea quia Conſtitutiones Alexandri ſpecialem habent rationem in ſuo caſu, id eſt, facilitatem, & frequentiam tranſitus Minorum de Obſervantia ad Conventuales ejuſdem Ordinis, quam ut compeſceret Alexander, interdixit tranſeuntibus ſucceſſionem in bonis ad eos quomodocunque delatis; atque ita Conſtitutiones ad hunc caſum non ſunt extendendæ ſive verba, ſive rationem illarum conſideremus ad gloſſam *mag. in fin.* in Clem. 1. *de ſent. excom.*

79 Quibus tandem accedit, quod Conventuales dicuntur Fratres, qui ab antiqua ſua perfectione & Regulæ obſervantia declinantes, à Sede Apoſtolica impetrarunt facultatem bona immobilia in communi poſſidendi, ut patet ex prima parte Cronicarum Ordinis Minorum, & refert Frater Ludovicus Mizan. *in Manual. Prælat. tom. 1. q. 12. a. 1.* Fratres autem Tertij Ordinis ſunt capaces bonorum immobilium in communi ex Regulæ inſtituto. Unde etiam ex hoc capite poſſunt moveri Alexander Pontifex ad prohibendam ſucceſſionem Regularibus translatis ad Conventuales, tantum, qui ex vi Regulæ non poſſent ſucceſſere, non autem translatis ad alias Religiones, quarum inſtituta non prohibent ſucceſſionem. Et ita reſolutum.

81 Ultimò QUÆRO, an Societas Jeſu, ejuſque domus, collegia, & perſonæ ſint veræ, & propriè Ordinis Mendicantium.

82 Extra controverſiam eſt, Societatem profeſſam, & illius domus ex ſui natura, non autem ex indulto, ſeu privilegio eſſe Mendicantes.

83 Quandoquidem ex Regula fundamentali ad literam inſerta in *Conſtitutione Paoli III. 25* incipien. *Regimini, §. 10.* & paulò uberiùs repetita *in Conſtitutione 9 July III.* quæ incipit, *Expoſit. §. 11.* cautum eſt, ut infrà, videlicet: Sic voveant ſinguli, & univerſi perpetuam paupertatem, ut non ſolùm privatim, ſed neque etiam communiter poſſint profeſſi, vel ulla eorum domus, aut Eccleſia ad aliquos proventus, ſeditus, poſſeſſiones, ſed nec ad ulla bona ſtabilia, præter ea, quæ opportuna erunt ad uſum proprium, & habitationem, retinenda jura aliquod civile acquirere, rebus ſibi ex charitate donatis ad neceſſarium vitæ uſum contenti, & *in Conſtitutionibus Societatis part. 6. cap. 2. num. 2.* amplius additur, ut in domibus, vel Eccleſijs reditus nulli, ne Sacriſtiæ quidem, aut fabricæ applicati haberi poſſint, ſed neque ullâ aliâ ratione, ſed in ſolo Deo fiducia conſtituatur. Quæ verba convincunt Societatem ipſam in arctiſſimâ paupertate fundatam eſſe. Id quod affirmat Menoch. *conſ. 1014. num. 5.* Hieronym. Gabr. *conſil. 28. num. 1. & 2. lib. 1.* & complures alij ex recentioribus. Et quamvis Societas profeſſa omnimodam habeat adminiſtrationem reditnum Collegiorum; tamen cum illos in proprios uſus convertere nequeant, ut diſponitur in formulis primævi inſtituti, ut ſupra inſerti in præcitatis Conſtitutionibus Pauli III. & Julij III. utrobique §. 11. adeò ut nec Præpoſitus Generalis poſſit ſuper hoc diſpenſare, *ut in Conſtitut. Societatis, part. 4. c. 2. n. 5.* hujuſmodi ſuper intendentia, & adminiſtratio mendicitatem non excludit, ut in hac ſpecie obſervat Hieronymus Gabr. *d. conſ. 28. num. 2. verſ. Nec repugnat.* Quare cùm Societas profeſſa ex regula reditibus careat, eique victum præbere ſoleat incerta mendicitas; haberi non poteſt quin verè & naturaliter illi conveniat diffinitio Mendicantium, quæ habetur in cap. *un. §. Confirmatos, de relig. domib. lib. 6.* ut infrà latius explicabitur, & conſequenter hac in parte Declaratoria Pij V. de qua *infrà in 6. fundamento*, in alium ſenſum detorqueri non poteſt,

84 ut ex pluribus deducit Rota coram Buratto *decis. 245. n. 1. & ſeqq.* cùm præſertim eadem Societas adhuc in puritate regulæ perſeveret, quippe quæ in Domibus Profeſſorum, vel eorum Eccleſijs ceſſit Juri ſuo, & renuntiavit conceſſioni Concilij Tridentini, de qua *in cap. 3. ſeſſ. 25. de regular.* ut ex Patribus Societatis referunt Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 139. col. 2.* & Thom. Sanch. *in Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 18. n. 11.*

85 Idemque per omnia dicendum eſt de Coadjutoribus formatis. Tum quia ut diſponitur in *Conſtitut. eiusdem Societatis part. 6. cap. 2. num. 4.* Coadjutores quamdiù in Domibus ſunt, quæ ex eleemoſynis vivunt, & ipſi eodem modo vivent: unde & illis propriè convenit Mendicantium diffinitio, de qua *in d. §. Confirmatos.* Tum quia Declaratoria Pij V. hoc quoque Coadjutores complectitur.

86 Itaque punctus concertationis reſtringitur ad Collegia, & Scholaſticos in eis degentes. Ratio dubitandi eſt, quia ex primævo Inſtituto, ut præfertur, inferto in præcitatis Bullis Pauli §. 11. & Julij §. 10. Societas poteſt habere in Univerſitatibus Collegium, ſeu Collegia habentia reditus, cenſus, ſeu poſſeſſiones uſibus &

87 neceſſitatibus Studentium applicandas. Ergo Collegium, & Studentes non ſunt Mendicantes, quia ut diffinitur in d. cap. *un. §. Confirmatos, de relig. domib. lib. 6.* Mendicantes ſunt, quibus ad congruam ſuſtentationem reditus aut poſſeſſiones habere profeſſio ſive regula quælibet interdicunt, ſed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas & notat gloſſ. 2. in cap. *un. de ex. eſſ. Prælat. lib. 6.* & in cap. *Quorundam, in ver. Mendicantium, de elect. eodem libro*, & Doctores paſſim. Vel certe dicuntur Mendicantes, qui ex Regula vel Conſtitutionibus non poſſunt habere proprium etiam in communi, ſecundùm Calderin. *conſil. 17. de Regular.* & eſt expreſſum in Conſtitutione 2. Bonifacij VIII.

88 inferiùs addicenda. Habent enim pro dote mendicitatem, ut inquit Gemit. *conſ. 40. num. 7. verſ. Hoc idem probat.* Cùm igitur Collegijs, & eorum Scholaſticis non competat diffinitio Mendicantium, utique nec diffinitum, §. 1. 27. *qu. 2.* Calder. *dicto conſil. 17.* ubi hoc argumento conſuluit Ordinem Servorum non eſſe ex Mendicantibus.

Nec tollit obicem quòd omnimoda gubernatio, & ſuperintendentia ſuper dicta Collegia ſit penes Præpoſitum, vel Societatem. Quoniam hoc non impedit quin dominium reditnum, & poſſeſſionum remaneat penes Collegia, cùm totum

totum & integrum inſumere debeant in Scholaſticorum neceſſitates, & nihil prorſus in uſu proprium convertere valeat, ut in præcitis conſtitutionibus *§. 11. & 10.* Atque ita Præpoſitus Generalis eſt nudus, & ſimplex miniſter, non dominus, ut rex in *l. Stipum 1. 1. 1.* & ibi Baldinus *n. 2. & 3.* & Doctores *ff. de leg. 2.* Menoch. *conſ. 66. num. 6. & ſeqq.* Exemplo tutoris, qui bonorum pupillarium omnimodam habet adminiſtrationem, dominio tamen penes pupillum remanente, ut *l. Obligari, ff. de author. tut.* cum multis ſimilibus. Ideoque in litteris Pij IV. incipien. *exponi nobis*, Domus Probationis, & Collegia Societatis dicuntur habere, vel poſſe habere bona ſtabilia juxta regulatia illius inſtituta; habere enim propriè quis dicitur

89 Jure dominij *l. Habere, ff. de verbor. ſignificat.* cap: *Nulla, §. Nullibi erit in Societate noſtra*, & cap. *Non dicatis, 12. quæſt. 1.* Buratt. *dict. deciſ. 245. num. 7.*

90 Et angeturdifficultas, quia Scholaſtici in Societate nedum ſunt capaces bonorum in communi, ſed etiam in particulari: nam ut habetur in Conſtitutionibus Societatis, *part. 6. cap. 2. num. 11. in declarat. litter.* H. poſt Votum paupertatis poſſunt retinere dominum bonorum ſuorum conſcio, & approbante Superiore; quod videtur repugnare non ſolùm mendicitati, ſed etiam paupertati religioſæ, ut *indiſt. §. Nulli licet*, & expreſſim in cap. *Cùm ad Monaſterium, §. Nec eſtimet Abbas, de ſtatu Monachorum.*

91 Cæterùm etſi præmiſſa primo intuitu valdè urgere videatur, exiſtimo tamen pro veritate omnino tenendum eſſe, Collegia, & Scholaſtici eos eſſe verè & propriè Ordinis Mendicantium ex fundamentis infraſcriptis. Et primò, una, & eadem religio non poteſt ſimul eſſe diverſorum Ordinum. Clem. 1. & ibi Cardin. *num. 10. verſ. Et pro hac ratio, de elect.* cap: *Recolentes, §. Cæterum, de Statu Monach.* alioquin Religio non eſſet una, ſed multiplex, cap: *Loquitur Dominus 24.*

92 *quæſt. 1.* ſed Scholaſticum cum Coadjutoribus formatis, & ſolemniter profeſſis ſunt una, & eadem religio, & Societas, ut patet in ejus Conſtitutionibus, *part. 1. cap. 1. num. 1.* ubi ſic legitur: (Scholaſtici approbati etiam modò quodam interiore, quam admiſiis ad profeſſionem, in corpus Societatis cooptantur: & ibi in declarationibus *in 4.* Societatis nomen dicitur contineri cum Profeſſis, & Coadjutoribus formatis etiam Scholaſticos approbatos:) & immediatè ſubjungitur: (ex his enim tribus partibus Societatis corpus conſtat:) Ergo Scholaſtici non poſſunt eſſe alterius ordinis, quam ſint Coadjutores formati & Profeſſi, de quibus non controvertitur, quin ſint Ordinis Mendicantium.

Et confirmatur, quia Ordines Mendicantes

93 à non Mendicantibus differunt ſpecie, Clem. *Vt prælatorum, & ibi* gloſſ. in vert. *Quodlibet, de regular. cap: Innotuit in princip.* ibi, *diverſorum Ordinum, præcipuè Mendicantium, de relig. domib. lib. 6.* gloſſ. in cap: *Conſtitutionem, in ver. Religioſorum, & Regular. eodem lib:* & admoniunt ſcribentes omnes hic: *Mendicantes enim ad vitam activam, Monaſtica verò, & non Mendicantes ad vitam contemplativam ſunt inſtituti*; & Religionum diverſitas ſumitur ex fine, ad quem ordinantur, ut docet S.

94 Thomas in 2. 2. *quæſt. 188. artic. 1. & 2.* & Joan. Andr. in cap. *Sanct. num. 4. de regular.* Ergo fieri non poteſt ut una, & eadem Religio, & Societas conſtet ex Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, aut eſſet enim corpus ex diverſis partibus, & monſtruoſum inſtar Chimeræ, & Hyppocentauri, quæ licèt ſint ſimilia entibus, tamen non ſunt entia, ut ait Bald. *conſ. 5. in fin. num. 8. verſ. Et ad Iaricum, lib. 1.* Nec talia dici poſſet Societas, ſed potius diſſocietas, cùm rationi repugnat, ut homines diſparis profeſſionis vel ordinis ſimul ſocientur, ut legitur in dicta Clem. 1. *de elect.* Et quamvis in Societate quidam mendicent, ut Profeſſi, & Coadjutores; quidam verò libidijs vacantes, ſed non mendicent; hinc tamen diſformitas non inducitur: nam ſicut in corpore humano eſt maxima varietas per diverſa membra, quia non omnia membra eandem actum habent, & tamen idem eſt corpus, ut c. *Singula, 8. quæſtione 1.* ita in corpore Societatis quamvis diverſa ſint Scholaſticorum & Profeſſorum miniſteria, unum tamen eſt corpus, una Societas mendicans, & unus Ordo, ad quod facit optimè d. c. *Legatur, 14. q. 1.* & Extrav. *Vnam ſanctam, de major. & obed.* & probatur clariſſimè in Conſtitutione ſecunda Bonifacij VIII. quam infrà adducemus in reſponſione ad objectiones.

95 Secundò, ad dignoſcendum cujus partis ſit Univerſitas, vel Societas, inſpici debet natura majoris partis: ideoque Collegium, in quo ſimul ſunt Clerici, & Laici, à major pars ſic laicorum, cenſetur laicale, & è converſo, quia major pars trahit ad ſe totum, *l. Quod major, ff. ad Municipal.* & tenet Bartolus *l. fuerit, 15. ff. de Collegiis illicit.* Abb. in cap. *Ex litteris, n. 3. de Conſtit.* Covarr.

97 *pract. 32. 36. n. 5. verſ. Tertiò.* Similiter Univerſitas mixta aſſumit naturam à potentiori, ſeu digniori, c. *Quod in dubijs, de Conſecr. Eccleſ. vel altar.* Abb. per illum textum in c. *De jure, in 1. notab. verſ. Item ex hoc, de jure pat.* Unde videmus Collegium, quod mixtum eſt Doctorum Juris Canonici, & Juris Civilis, judicari Collegium Canoniſtarum, ut per Abbat. *loco proximè citato*, & Lambert. *in tract. de Iure parr. lib. 1. par. 2. in 1. qu. art. 3. n. 2.* Sed in Univerſitate Societatis Jeſu duæ ex tribus partibus proximè dubio ſunt Mendicantes, nempe profeſſi, & Coadjutores formati, ut ſuperiùs oſtenſum eſt. Ideò hæ duæ tertiæ partes ſunt abſque dubio potentiores & digniores, quia Scholaſtici ſunt tertia claſſis. Coadjutores ſecundæ. Profeſſi primæ, ut patet in ejus Conſtitutionibus, *cap. 1. exam. nn. 7.* & Profeſſi ſunt in Societate præcipui, & ipſi tantùm habent votum activum, & paſſivum in electione Præpoſiti Generalis, *ut part. 5. cap. 1. lit. A.* Ergo tota hæc Univerſitas & Societas cum ſint Profeſſis, Coadjutoribus, & Scholaſticis cenſetur Ordinis Mendicantium, cùm præſertim hoc caſu ſit etiam favorabilis, ut major & dignior pars trahat, & non trahatur. Put. *deciſ. 157. lib. 3.*

Tertiò, Caput Societatis, id eſt, Præpoſitus

98 Generalis, eſt verè, & non fictè Mendicans, ut explicitè declaravit Pius V. in Conſtitutione, de qua *infrà in 6. fundamento*, in illis verbis: *Illam ſcilicet Societatem, & illius Præpoſitum, & ſe, verè, & non fictè Mendicantes fuiſſe, eſſe, & fore.* Ergo non ſolùm Profeſſi, & Coadjutores, ſed etiam Capitis ſubjecti ſunt naturaliter Mendicantes, quia

quia membra sunt filius naturæ, cujus est Capor, l. Cùm in diversis, ff. de relig. & sumpt. funer. c. Cum olim, de probat. Cagnol. in proem. Digestorum, n. 22. & in terminis Gabr. d. cons. 28. nu. 7. & 8. lib. 1. Alioquin Præpositus Generalis non esset caput Ordinis, sed caput Ordinum, & Scholastici, & Professi cum Coadjutoribus essent duo corpora sub uno capite, quod monstrum, l. Extra, de Trinitate sanctam, vers. igitur, de major. & obed. c. Quoniam, de offic. ordin.

99 Quartò, si Collegia Societatis essent Ordinis non Mendicantium, non liceret Professis, & Coadjutoribus ad illa transire, ut ibi officia, & administrationes assumerent. Hoc enim esset contra Concilium Viennense in Clem. 1. de Regular. cui in Constitutionibus Societatis non reperitur derogatum, prout requiritur c. Ex parte, de capell. Monach. Oldrad. cons. 126. nu. 1. Sed consequens est falsum, quia ut habetur par. 4. earundem Constitutionum, cap. 2. n. 1. Declarat. lit. F. & Coadjutores, & Professi possunt transire ad Collegia ut ibi sint Administratores, Concionatores, Lectores, Confessarij, Visitatores, & similes. Ergo & Antecedens.

100 Quintò, religiosi non fortiuntur naturam, & denominationem ex medio, sed ex fine ad quem tendunt, ut per D. Thomam 2. 2. quæst. 188. art. 1. in corpore. Joan. Andr. in d. cap. Sane, num. 4. de regul. Card. in Clem. 1. n. 11. de elect. Ideoque Novitij licet non sint Monachi, aut regulares esse dicti, cùm adhuc facultatem non renuntiaverint, tamen quia tendunt ad professionem, appellantur religiosi, cap. Religiosi. §. Quamvis autem, de sentent. excommunicat. lib. 6. Card. in d. Clem. 1. n. 2. & 5. Rebuff. in Prax. tit. de dispensat. cum regul. num. 23. & patet ex notatis per Host. in cap. Statuimus, num. 4. vers. Nec obstat, de regul. & per glossam magnam in cap. Beneficium, post med. vers. item talis, eodem tit. lib. 6. ubi ait, Novitios esse religiosos licet revocabiliter: Scholastici autem Societatis non sunt in Collegijs ut ibi perpetuò maneant, sed tanquam in via ad Societatem professam. Collegia enim instituta sunt, ut sint Seminarium Societatis, ut dicitur in prælegata Bulla Julij III. §. 10. Idcirco enim admittuntur, ut postquam docti evaserint, in Societatem ingredi, & Professi, vel Coadjutores esse valeant. Ideoque elapso tempore probationis emittunt tria vota simplicia, paupertatis, castitatis, & obedientiæ cum promissione ingrediendi Societatem vel ut coadjutores, vel ut professi, quemadmodum expressè disponitur in Constitutionibus Societatis, c. 1. exam. num. 10. Igitur Scholastici quamvis in Collegijs habeant reditus in communi, tamen cùm sint ibi quasi in via, & in fieri, ut inquit Suarez de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 2. num. 17. meritò ab ipsa Societate professa, & mendicante, ad quam tendunt, naturam & denominationem assumunt: facit text. in leg. Si qui quadraginta, §. Quidam, ibi, propriam formam, quæ ex consummatione contingit, ff. ad leg. Falc. & in leg. Stipulatur, §. Opus, ff. de oper. novi nunciat.

102 Sed obiicies, argumenta superiùs proposita concludunt quidem Scholasticos esse mendicantes, sed non Collegia, quæ reditibus abundant. At respondetur hanc distinctionem ineptam esse, quia dum Canones, Concilia, & Constitutiones Apostolicæ loquuntur de Religionibus, Ordinibus, Societatibus, Ecclesijs, Monasterijs, Domibus, & Collegijs Mendicantium, non accipiunt hæc nomina materialiter pro ædificijs; hoc enim modo non sunt materia capax sumendi victum ex mendicitate, quia sunt quid insensatum, quod quidem nec capere, nec velle potest, ut formaliter ait Bald. in Authen. ingressi, n. 55. C. de sacrosanct. Eccles. & Ancharin Clem. Exiit, n. 6. vers. Præterea, aut tu sumis Ecclesiam pro ædificio, de verb. signif. Rursus non accipiunt hæc nomina prout sunt unum, non simpliciter, sed aggregativè, quo sensu Collegium dicitur quasi in unum collectum, & est Societas Collegarum, in uno honore positorum, quia hoc modo sunt persona ficta, seu repræsentata l. Mortua, ff. de fide justr. non autem persona vera, quæ est creaturæ rationalis individua substantia, ut egregiè declarant Joan. Monach. & Joan. Andr. in cap. Romana, num. 9. de sent. excomm. lib. 6. Ac proinde Religiones, Societates, & Collegia sic accepta cùm sint quid abstractum, & præscindens à singularibus hominibus, propriè dici non possunt mendicantia, quia illo non convenit Mendicantium definitio, de qua in d. c. un. §. Confirmatos, de relig. domib. lib. 6. Impossibile enim est ut ad necessariam sustentationem victum sumant ex incerta mendicitate tamquam res inanimatæ, ut notat Archid. in d. c. Romana, n. 5. vers. Ut universitatem, Oldrad. cons. 63. in fin. vers. Punitur panis, Feder. de Sen. cons. 15. n. 6. vers. Eodem modo, Turrecrem. in c. In criminalium, n. 1. §. 4. 3. & si hoc modo acciperentur, nulla religio esset mendicans in Ecclesia Dei. Igitur Canones, & Concilia, & Bullæ necessariò istud pant suprascripta nomina pro personis ipsis, & quæ infimul Ordinem, vel Societatem, aut Collegium constituunt, glos. in l. Stent, §. fin. in vers. Non debetur, vers. Quia Universitas nihil aliud est, nisi singuli homines, qui ibi sunt, ff. Quod cujusque Universitatis. Anchar. cons. 158. Ex narratu, num. 12. vers. Ita e converso. Bart. in his terminis in leg. 1. num. 4. & 5. C. de caudul. & Procur. lib. 11. nam ipsis tantum potest ad sustentationem præbere victum incerta mendicitas ad præscriptum d. §. Confirmatos. Cùm actus & passiones, quæ in facto consistunt, sint singulorum, non autem Collegij, vel Universitatis, ut in his terminis dixerunt Gemin. & Præpos. in cap. Sicut vir, 7. quæst. 1. relata à Philippo Panhorm. addit. ad Mantch. in d. cap. Romana, num. 5. vers. Et veritatem, de sentent. excommunicat. lib. 6. & Silvestr. in ver. Excommunicatio, num. 10. Ideoque jura ut plurimum non dicunt Ordinem mendicantem, sed Ordinem Mendicantium, scilicet personarum mendicantium, prout loquitur text. in cap. Constitutionem, ibi, ad aliorum Mendicantium Ordines, de regul. lib. 6. Concilium Viennense in Clem. 1. ibi, Ad non Mendicantium Ordinem, de elect. & Concilium Tridentinum in cap. ultimo, sess. 25. de regul. ibi, cujusvis Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium.

105 Præterea etiamsi Collegij nomen sumatur ex universo & aggregativè, prout est collectio plurium, tamen assumit naturam à personis, ex quibus componitur. Undè si Collegiales sunt mendicantes, necesse est ut Collegium sit mendicè, ut

ut optimè per Innoc. in cap. Dilecta, n. 9. de except. Prælat. & Decin. cap. Extirpet, n. 20. & 22. de Constit.

Ac demum cùm Collegia Societatis sint regularia, oportet ut sint alicujus Regulæ, vel Ordinis; & cùm sint pars integralis, & membra Societatis necunque divitijs affluant, necesse est ut sint illius Ordinis, cujus est Societas: alioquin daretur una religio, & unus Ordo diversorum Ordinum, quod implicat contradictionem, & à hac sequerentur absurditates; de quibus in præcedentibus fundamentis. Hinc cùm quidam Episcopus, & Capitulum conquerentur apud Sac. Congregationem Concilij, quod Moniales Ordinis Mendicantium nollent vigore suorum privilegiorum solvere decimas, quas antea solvere solebant; & capitulum pro se allegaret dictas Moniales esse divites, multaque bona possidere: In libris publicis S. Congregationis reperitur sic adnotatum. Sanctissimus non movetur istis divitijs. Satis est ut sint Ordinis Mendicantium.

106 Sexto, principaliter hanc controversiam, ni fallor, aperè diremit Pius V. in Constitut. 131. incipiens Dum indefessa. Quod ut evidentius appareat, ante omnia observandum est eam Constitutionem esse declaratoriam. Quod patet, tum quia utitur verbo, Declaramus, quod æqualiter determinat omnia præcedentia, ex reg: l. tam hoc jure, §. Sed si, & ibi Bart. num. 1. ff. de vulgar. Et quamvis adjiciat etiam verbum, Sancimus, nihilominus hoc ideo facit, quia licèt sic declaratio, tamen est Constitutio; unde perinde est ac si dixisset, declarando sancimus, ut benè per Gemin. cons. 72. num. 1. vers. Contrariam. Tum quia Constitutio dicit Societatem, & illius personas verè, & non fictè mendicantes fuisse, esse, & fore: si enim ante Bullam fuerunt verè Mendicantes. Ergo Bulla non est novi juris, seu privilegij inductiva, quia sic non respiceret præteritum cap. ultr. de Constit. l. Leges, in secunda, C. de legib. sed est juris præexistentis declarativa, de cujus natura est, ut retrorahatur ad principium actus declarati, ut in Auth. De filiis ante datal. infra num. nat. §. 1. Dec. in d. cap. ultr. de Constit. n. 44. Rot. decis. 17. num. 32. part. 4. recent. Declaratio enim novum jus non inducit, sed quod prius latebat, manifestat, l. Hæredes palam, §. Quod verò, & §. Sed cùm notum ff. de testam. plenè Philip. Prob. ad Mantch. in c. Vicinus, num. 1. de privileg. lib. 6. exemplo ejus, qui excutit spicas, qui novam speciem non facit, sed eam, quæ est, detegit, tex. in l. Adeò, §. Cùm quis, de acquir. rer. dom. Folgosi cons. 157. in fin. vers. Ad secundam.

107 Hoc posito, Constitutio Pij V. tria facit. Primò asserit Societatem esse Mendicantem, quippe quæ ex ejus instituto, & Constitutionibus Apostolicè authoritate confirmatis, bona stabilia possidere nequit, sed incertis eleemosynis, fideliumque largitionibus, & subventionibus vivit. Secundò dicit id posse aliquando in controversiam deduci ex eo, quòd dicta Societas Collegia habeat secum adjuncta. Tertiò ad hujusmodi ambiguitatem amputandam in §. 2. declarat per hæc formalia verba: (Illam (id est, Societatem) & illius Præpositum, ac singulas personas Societatis hujusmodi verè, & non fictè Mendicantes fuisse, esse, & fore, &c. declaramus.

108 Quibus ita se habentibus, ostenditur apertissimè non tantum Professos & Coadjutores, sed etiam Scholasticos ex Bulla fuisse declaratos verè & naturaliter mendicantes. Primum enim cùm Pontifex hoc expressè declaraverit de Societate ipsa, utique hoc idem implicitè declaravit etiam de Scholasticis, quia cùm ipsi sint pars integralis ipsius, & una cum professis, & Coadjutoribus unum corpus Societatis constituant, ut ostensum est supra in primo fundamento: una, & eadem Societas non debet diverso jure censeri, c. Cognovimus, 12. q. 2. c. Cùm in tua, de divin. Gabr. d. cons. 28. num. 8. lib. 1. Separatis enim partibus, ex quibus Universitas Societatis constat, Universitas Societatis intelligi non potest dicit textus in l. Eum qui, ff. de usucap.

109 Et eo magis, quia Collegia in Constitutione dicuntur adjuncta Societati. Ergo sortiuntur naturam & instituta Societatis, cui adjuncta sunt, ut est textus clarus in c. Rescalentes. §. Cæterum, ibi, in Societatem Ordine assumpta, de statu Monachor. & quæ religiosis adhærent, religiosa sunt, l. Religiosis, ff. de rei vendicat. per quem textum Host. supracitatus in 5. fundamento nu. 101. firmavit etiam Novitios esse religiosos.

Præterea Pontifex non modò Societatem, sed etiam singulas illius personas declaravit esse mendicantes. Hæc autem verba includunt etiam Scholasticos, cùm negari non possit, quin & ipsi sint personæ Societatis, ut similiter patet ex dictis supra in primo, & secundo fundamento. Præsertim ponderando illud universale distributivum singulas, quod ex sui naturalitate includit omnes, ut ne unus quidem censeatur exclusus, c. In causis, & ibi Joan. Andr. n. 5. de elect.

110 Ad hæc Constitutio in fin. §. 1. loquitur de Societate, prout habet adjuncta secum Collegia. Ergo dum posita in §. 2. declaratillam esse Mendicantem, sub relativo, illam, intelligimit repetisse nomen Societatis limitter prout habet Collegia adjuncta, ad tex. in l. Pluribus, in pactio, ff. de verb. obligat. Rota, decis. 687. vers. Et hæc [illegible] relativum, illud, par. 2. recent.

Et eodem modo sequentia verba, personas Societatis hujusmodi referri debent ad Societatem eo modo, quo de ipsa superiùs facta fuit mentio, cùm dictio, hujusmodi, sit relativa præcedentium cum suis qualitatibus, Bart. in l. Si quis servum, §. fin. n. 1. ff. de leg. 2. Alex. consil. 141. n. 1. vers. Pondere autem, lib. 2. sed superiùs facta fuit mentio Societatis habentis adjuncta Collegia, Ergo verba illa, personas societatis hujusmodi, intelligi debent de personis Societatis itidem habentis adjuncta Collegia, & sic etiam de scholasticis, prout arguit Suarez de relig. lib. 4. c. 4. n. 11. vers. Imò quod.

111 Ac demum Pius V. præmisit suæ intentionis esse amputare ambiguitatem, quæ oriri potuisset ex eo, quòd Societas Collegia habeat secum adjuncta. Hanc autem ambiguitatem planè non sustulisset, nisi declarasset Societatem universam, & hic etiam Collegia, & Studentes esse mendicantes. Ergo censeri debet sic declarasse, cùm hæc fuerit illius mens, & causa finalis in proem. Constitutionis expressa, quæ regulat totam dispositionem, l. 1. ff. de orig. jur. & l. fin. de

hered. institut. Bart. in leg. *Cum* 9. n. 4. *ff. de transact.*

Non obstat sidicatur, Constitutio Pii V. in §. 2. ubi declarat Societatem esse Mendicantem, de Collegiis nullam fecit mentionem, sed de Præposito, & personis duxaxat. Posset verò in §. *seq.* ubi declaravit Societatem potiri exemptionibus, ac privilegiis Mendicantium, meminit etiam de Collegiis. unde ex hac distinctione argui potest, ut in prima parte noluerit Collegia comprehendere: nam si voluisset, expressisset, sicut expressit *in 2. arg.* l. *un.* §. *Sin autem ad deficientes, C. de Caduc. tollendis simil.*

Id, inquam, non obstat; nam præteralias ponderationes considerò Pontificem in prima parte de domibus & Collegijs non meminisse, quia ibi declaravit quinam sint Mendicantes: hoc autem convenit personis tantum, quibus præbet victum incertæ mendicitas, non autem domibus, & Collegijs, quia domus sunt quid materiale, & inventarium, & Collegia non sunt persona vera sed ficta, seu repræsentata, ut fusè ostentum est supra *in 5. fundamento, vers. Sed objicet.* At verò *in 2. parte*, ubi declaravit Societatem comprehendi in dispositionibus, & privilegijs aliorum Mendicantium, ideò expressit etiam domus, & Collegia, quia dispositiones, & privilegia hujusmodi conveniunt etiam rebus, ut patet in privilegijs realibus, cap. 1. 2. & *per tot.* 25. *quæst.* Alex. *cons.* 8. *n.* 1. *lib.* 1. Unde ex hac distinctione non licet arguere, ut Collegia non sint Ordinis Mendicantium. Quod ex eo etiam convincitur manifestè, quia eadem distinctio fit in domibus, de quibus constitutio meminit in secunda parte, & non in prima: tamen certum est domus hujusmodi esse mendicantes, ut constat ex dictis *supra in princip.* Ergo sicut argumentum à separatis hoc casu non procedit in domibus, ita nec in Collegijs, cùm æqualis debeat esse determinatio, ã l. *Iam hoc jure, ff. de vulgar.*

Quare etiam Collegia, & Scholasticos Societatis Jesu esse mendicantes jure optimo censuerunt non modò Authores & Patres ipsius Societatis, ut Suar: *loco supracitato*, & Thom: Sanch: *super Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 117. circa med. vers. Et non ad solos professos*, dicens, ita Pium V. declaratse: Sed etiam Authores extra Societatem, ut Hieronym. Gabriel: *in præclaro consil. 28. num. 8. & seqq. lib. 1.* Menoch: *d. consil. 1014. n. 14.* Roderiq. *in Summ. Hispan. par. 4. cap. 113. num. 1. post med.* & plures alij recentiores.

112 Ex prædictis patet solutio ad objecta: nam etsi Collegia habeant reditus, & possessiones pro necessitatibus studentium; hinc tamen non sequitur ut non sint Ordinis Mendicantium, ut ex dictis constat præcipuè in primo, & secundo fundamento. Nec adversatur textui in cap: *unic. §. Confirmatos, de relig. domib. lib. 6.* in quo via tanta constituitur, quin potius in oppositum retorquetur: nam textus diffinit, Mendicantes esse, quibus habere reditus, vel possessiones regula
113 interdicit. Regula autem non dicitur respectu alicujus membri, seu partis integralis, sed respectu totius Corporis Religionis; non enim dicitur Regula hujus, vel illius conventûs, sed dicitur Regula Prædicatorum, & Regula Minorum, ut in cap: *Exat. §. Regula, & vita Minorum, de verborum significat. lib. 6.* & consequenter licet aliquod membrum habeat reditus, non tamen propterea dicitur Ordinis non Mendicantis, si Ordo ipse ex regula sit mendicans, vel per Gabri: *d. cons. 28. num. 4. & seqq. lib. 1.* Qui intellectus desumitur evidenter ex Constitutione 2. Bonifacij VIII. quæ incipit, *Ad consequendam gloriam, in Bullar. tom. 1. pag. 140.* ubi Bonifacius *in §. 3.* (Illos Ordines, inquit, intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex Regula, vel Constitutionibus suis extra septa Ecclesiarum, Monasteriorum suorum, vel officinam eorum, & clausuram ipsorum nullas debent possessiones habere. Quòd si aliquis de Ordinibus ipsis possessiones in aliquibus membris suis habere, in alijs verò non habere noscatur, eum quoad ordinationem, & inhibitionem hujusmodi prædictis Ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus.) Hæc ibi. Ecce igitur etiam membra, quæ habent possessiones, adnumerari inter Mendicantes, quando ex Regula, vel Constitutionibus Ordo ipse possessiones habere prohibetur.

Quod comprobatur etiam exemplo; nam infirmariæ, seu valetudinaria Fratrum Minorum S. Francisci possunt habere annuos reditus pro necessitatibus infirmorum, neque id repugnat regulæ si vera est opinio Joan. de Anan: *cons. 20 num. 3. Contra tertium*, relata à Roderiq: *quæst. regul. tom. 2. quæst. 127. artic. 4.* de quo plenè scripsi *supra à num. 55. usque à num. 65.* & tamen nemo dixerit hujusmodi infirmarias, & Fratres infirmos in eis degentes non esse Ordinis Mendicantium. Ergo pariter hoc dici non potest de Collegijs Societatis habentibus reditus in communi pro necessitatibus studentium: Cùm præsertim possidere bona immobilia in communi non repugnet naturæ & essentiæ status Mendicantium, ut probat Lap: *alleg. 4. n. 2. & seqq.* ubi
116 firmat Mendicantes esse, qui ex fundatione suæ regulæ non habent reditus ad congruam sustentationem, licet de facto, vel ex privilegio non mendicent; quia etiamsi ex privilegio scripto sint habilitati ad possessiones, non tamen sunt habilitati ad alia, nec liberati ab alijs juribus, quæ de Mendicantibus loquuntur, & sequuntur Franc: in d. c. *unico, §. Confirmatos, post n. 2. & n. 4. in fin.* Felin: in hoc cap: *in præsentia, num. 53. vers. Ex predictis adde. Lapum*, & probatur irretrágabiliter ex decreto Concilij Tridentini *cap: 3. sess. 25. de Regular:* ubi Mendicantes omnes, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Observantia S. Francisci, habilitantur ad possidendum bona immobilia in communi, sive sint Mendicantes ex Constitutionibus, sive ex Regula per privilegium non mitigata, & nihilominus Sancta Synodus eos appellat Mendicantes, & pro Mendicantibus ibi agnoscit, & a non Mendicantibus ibi distinguit *in cap: ult. ejusd. sess.*

Postremò non obstat, quòd Scholares possint jus, & dominium bonorum suorum retinere ad tempus Generalis Præpositi judicio præscribendum. Quoniam hoc objectum peccatit solummodò proprium in particulari, quod concernit religiosam paupertatem, non autem proprium in communi, quod concernit statum mendicitatis, de quo nunc est quæstio, unde hujusmodi obje-

objectum si quid probaret, hoc tantùm probaret, nempè Scholasticos Societatis non esse religiosos. Sed abit, ut hoc in controversiam revocemus, quia Gregor. XIII. in *Constitutione 89. incip. Ascendente Domino*, non modò in §. 16. declaravit ejusmodi dominium non obesse religiosæ paupertati: sed etiam in §. 20. & 21. Tria vota Scholasticorum simplicia substantialia esse, eaque emittentes veros religiosos esse decrevit: & amplius in §. 24. præcepit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne quis hoc in controversiam, aut dubium revocare quocunque modo præsumat.

DE PROBATIONIBVS.

Cap. Per tuas.

SVMMARIVM.

1 *Si qui nominant aliquem filium, & ita communiter reputatur, non creditur alteri eorum juranti contrarium.*

2 *Filiatio etiam ex damnato coitu probatur præsumptive ex tractatu, & nominatione parentum.*

Et dissolvit matrimonium cum consanguinea patris, ibid. vers. Secunda conclusio.

3 *Filius ex presbytero, & conjugata genitus, ex quo genere spuriorum sit.*

Spurii ex damnato coitu patri non succedunt, nec dicuntur agnati, sed tantùm lineam maternam agnoscunt, ibid. vers. Tales.

Proles ex Presbytero est adeò sacris Canonibus exosa, ut nec matri succedat.

4 *Filius natus ex concubina, an & quando præsumatur esse filius illius qui eam domi retinebat, ibid. vers. Secundo idem, & num. 22.*

5 *Vulgò concepti simpliciter patrem non habent.*

6 *Vulgò concepti non venunt filiorum appellatione etiam in materia, in qua jus naturæ imponitur. Declaratur, num. 19. & 22.*

7 *Impedimentum dirimens matrimonium oritur in gradibus prohibitis etiam inter illegitimos, & natos ex damnato coitu, & n. seqq. usq. in fin.*

8 *Consanguinitas seu cognatio est quid naturale.*

9 *Cognati unde dicti.*

10 *Consanguinitas quid sit.*

11 *Consanguinitas vinculum oritur etiam ex complexu infidelium.*

12 *Affinitas est quid naturale, & oritur etiam ex copulatione inter infideles.*

13 *Consanguinitas est fortius vinculum, quàm affinitas.*

14 *Dispositio contra filios legitimos multò magis habet locum in spuriis; secus si conferat filio legitimo aliquod beneficium.*

15 *Filii spurii etiam nefarii quoad effectum matrimonii dicuntur consanguinei, & affines.*

16 *Filiati ex damnato coitu non reputantur cognati patris quoad effectus civiles tantùm; sed quoad naturale vinculum, & jura sanguinis.*

17 *Spurius dicitur cognatus cognatione naturali.*

18 *Ecclesia in impedimento matrimonii constituendo magis respexit ad jus naturale, quàm civile.*

19 *Filiorum appellatione veniunt etiam naturales*

quando verba dispositiva sonant in nomen potius naturale, quàm civile.

20 *Filia etiam nefaria admittitur ad vindicandum necem parentum.*

21 *Filiæ ex incestu nuptiis non debentur alimenta de jure civili sed de æquitate Canonica.*

22 *Fulgò quæsitum quomodo intelligatur posse cum omnibus matrimonium contrahere.*

23 *Filiatio vulgò quæsita probatur per assertionem matris, & tractatum cum qui eam domi alunt.*

24 *Filius Sacerdotis probatur ex tractatu, & nominatione ipsius.*

25 *Filiatio per solam famam non probatur.*

26 *Fama non probatur per testes deponentes se audivisse à multis.*

27 *Filiatio præsumpta ex tractatu, & nominatione parentum impedit contrahendum, & dirimit contractum in gradibus prohibitis etiam inter illegitimos.*

1 PER TUAS. Si qui nominent aliquem filium, & ita communiter reputatur, non creditur alteri eorum juranti contrario.

Hoc dicit, secundùm Joan. Andr. cum quo cæteri concordant.

2 Nota ex hac Decretali duas conclusiones. Prima est: ex tractatu, & nominatione parentum probatur præsumptivè filiatio etiam ex complexu illicito, prout hic erat: ad quod vide nonam glossam: quæ hoc dicit de filio ex Presbytero, & concubina, in c. *Michaei, in ver. Constituerit, de filiis Presbyter.* nec mirum, quia hoc modo probatur etiam filiatio legitima, ut in cap. *Per tuas, infra, Qui filii sint legit.* & scripsi latissimè in c. *Latet, eod. tit.*

Secunda conclusio est: Præsumpta hæc probatio filiationis etiam ex damnato coitu fitgens ex tractatu, & nominatione parentum, est tanta efficacia, ut dirimat matrimonium contrahendum cum consanguinea patris, ut *hic* pater in *vers. Unde apparet*, & hic consanguinitas etiam ex coitu damnato, & reprobato contrahitur, ut hic, & in l. *Nihil interest, ff. de rit. nupt.* & in pluribus cap. 35. *quæst. 2. Dec. hic numer. 9.* & præsumptivè probata dissolvit matrimonium, ut hic dicit glos. *fin.* & Bart. *numer. 10.* Utramque conclusionem istius sequentis Pontificis sequens. Facti ratio hic se habet.

Joannes Dominicus habuit uxorem Antonellam jam pridem defunctam: nunc vult sibi matrimonio copulare Hispolytam neptem ex sorore Joannis Antonii Presbyteri; & cum juxta decretum Concilii Tridentini præmitterentur denunciationes, quidam testes revelarunt inter Joannem Dominicum, & Hispolytam esse impedimentum affinitatis in secundo gradu ratione Antonellæ prioris uxoris, quippe quæ fuit filia Joannis Antonii Patrui Hispolytæ, de cujus nuptiis nunc agitur; Antonellam verò esse filiam Joannis Antonii inde deducunt, quod Catharina tametsi virum haberet, quo tempore concepit Antonellam, erat concubina dicti Joannis Antonii jam tunc in sacris constituti, & ab eo domi retinebatur. Secundò quia Antonella publicè dicebatur esse filia Joannis Antonii. Tertiò quia ipsa Catharina dixit se Antonellam

filiam ex Joanne Antonio suscepisse; & Joannes Antonius eandem Antonellam simul ac nata est, domum suam afferri curavit, ut filiam tradavit, atque matrimonio cum Joanne Dominico contraxit. Contra vero ad hujusmodi probationes evertendas, seu enervandas Joannes Dominicus coram loci Ordinario nonnullos testes examinari fecit ad perpetuam rei memoriam. Ex quorum dictis habetur dictam Catharinam quo tempore Antonellam concepit fuisse publicam meretricem, ad eamque omnibus accessum patuisse, quamvis in domo Joannis Antonii degeret, & cum eo frequentius rem habuerit, à multisque tunc dictum fuisse eam esse filiam Corsini, & à multis alis esse filium Julii.

His ita in facto se habentibus dubitatur, An subsit aliquod impedimentum quo minus Joan. Dominicus possit cum Hispolyta matrimonium contrahere? Opinio negativa, id est, nullum inter predictos subesse impedimentum, & declaratoriam super hoc esse concedendam, videntur suffragari infra scripta.

Primo quia etsi constaret Antonellam esse filiam Joannis Antonii; cùm tamen is tempore illius conceptionis esset Sacerdos, & Catharina conjugata; non est dubium eam esse natam damnato coitu, & propterea esse ex illo genere spuriorum, qui patrem quidem habent, sed præ pudore illum demonstrare non possunt, ad l. *Vulgò concepti, ff. de stat. homin.* Hostien. *in Sum. tit. qui fil. sint legit. §. Quæ sunt genera, vers. Dicunt autem.* Ripa post alios in l. *Ex facto, §. Si quis rogatus, num. 3. ff. ad Trebell.* tales autem spurii patrem non succedunt, nec ejus consanguineorum agnati dicuntur, nec paternam lineam agnoscunt, sed tantum maternam. DD. in Authen. *ex complexu, C. de incest. nupt.* Abb. in cap. *Tanta, num. 13. qui fil. sint legit.* Dec. in cap. *In præsentia, num. 114. de probat.* Bort. *decis. 227.* Paleott. *in trad. de Nuth. & Spur. cap. 2. num. 4.* Covarr. *in 2. part. Epit. de Sponsal. cap. 8. §. 5. num. 13.* inferens ex hoc duos fratres ex diversis concubinis nec jura agnationis, nec cognationis habere, nec libi invicem succedere. Ex quo videtur sequi, ut vir cum spuria contrahens matrimonium non efficiatur affinis patri illius, nec alis per lineam paternam attinentibus, cùm non sint fuæ uxoris agnati, vel cognati; & hic mortua uxore possit cum alia muliere nepte patris uxoris defunctæ matrimonium contrahere.

4 Quod fortius videtur procedere hoc casu, in quo agitur de muliere suscepta ex Presbytero; quæ proles adeò est sacris Canonibus exosa, ut nec matri succedat. Covarr. *in loco supra citat. num. 17.*

Se. undò idem deducitur ex eo quod non constat hanc Antonellam esse filiam Joannis Antonii; quamvis enim quis præsumatur filius illius, qui matrem domi pro concubina conceptionis tempore retinebat, glos. in cap. *Michael, in rer. Constituit, de fil. Presbyter.* tamen cùm sit probatum eodem tempore concubinam cum aliis quoque se indifferenter commiscuisse, non dicitur constare Antonellam tunc ab ea susceptam esse filiam dicti concubinarii matrem domi retinentis, ut in terminis declarat Alber. adjiciens se ita in facto obtinuisse in l. *Filium definimus, num. 13. ff. De his, qui sunt sui vel alien. jur.* Cùm enim talis filia sit vulgò concepta, patrem non habet, d. l. *Vulgò concepti, & instit. de nupt. §. pen.* ubi gl. illos versus recenset.

Cui Pater est populus, Pater est sibi nullus, & omnis.
Cui pater est populus, non habet ille patrem.

Paria autem sunt quem patrem non habere, vel propter incertitudinem non liquere quisnam ille sit; ad regul. l. *Duo sunt Titii, ff. de testam. tutel.* & l. *In lege, ff. de contrah. empt.* de qua per Bart. *cons. 234. numer. 1. libro 1.* Et ideo lex fingit hujusmodi vulgò conceptum non habere patrem.

6 Baldi in l. *Primo, numer. 33. qui accus. non poss.* ita ut propterea non veniat filiorum appellatione etiam in materia, in qua jus naturæ inspicitur, ut ait Bald. *dict. numer. 33. vers. Quoad secundum articulum, & numer. 34.* adjiciens judicem hoc casu debere sequi legis conscientiam, ut judicet eum patrem non habere, sicut lex judicat.

7 His tamen non obstantibus, nullo pacto videtur dedarandum licere huic Joanni Dominico matrimonium contrahere cum Hispolyta amitina uxoris defunctæ; & sic ibi conjuncta secundo affinitatis gradu comprehensio in prohibitione cap. *Non debet, de consang. & affinit.* nam etiamsi proles sit illegitima; tamen in gradibus prohibitis oritur impedimentum dirimens matrimonium l. *Nuptiæ, ta quarta*, juncta l. *seq. ff. de ritu nupt.* nam in l. *Nuptiæ*, inquit, Caius: nuptiæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum, liberorumve sunt, sive proximi, sive ulteriores gradus sint usque ad infinitum. Et sic ibi agitur de impedimento dirimente. Deinde in l. *seq.* continuativè inquit Scævola: Et nihil interest ex justis nuptiis cognatio descendat, an verò non; nam & vulgò quæritam sororem quis veratur uxorem ducere, sit de jure Canonico est textus clarus hic cum concordantia.

8 Ratio est, quia consanguinitas, seu cognatio, est quid naturale, l. *Non facile, ff. de gradib. & affin.* & est nomen naturæ, ut per Ruin. *cons. 9. Quæstio prima, numer. 3. libro 4.* nam seclusa etiam omni lege ecclesiastica, natura ipsa dictat ex propagatione ejusdem sanguinis oriri quandam conjunctionem, & amicitiam naturalem, ut ex Aristotele 8. *Ethic. probat.* D. Thomas *in 4. dist.*

9 *41. quæst. 1. artic. 1. quæst. 1.* Et propterea in dict. l. *Non facile*, cognati ab eo dici putantur, quod quasi una, communiter vè nati, vel ab eodem orti, progenitive sint. Et consanguinitas dicitur esse vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum in cap. *Series, vers. Deinde, 35. quæst. 5.* & à D. Thoma *in 4. distin. 40. quæst. unic. art. 1.* & communiter à Theologis, & Jurisperitis. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis unitas, glos. *penult.* in cap. *primo, de consang. & affinit.* Hæc autem carnis propagatio, & sanguinis unitas, cùm habeat fundamentum naturale, æquè sit ex complexu damnato, atq; ex legitimo; ac proinde etiam inter natos ex prohibito coitu oritur hoc vinculum consanguinitatis, si ab eodem stipite descendant.

11 Præterea consanguinitatis vinculum oritur etiam ex complexu infidelium ob eandem rationem propagationis sanguinis, cap. *Gaudeamus, cum ibi nos, de divort.* Et conversi ad fidem separantur, si conjuncti fuerint in gradibus lege divina prohibitis, licet secus sit in prohibitis ex Constitutione Ecclesiæ ut ibi decidit. Nulla igitur est ratio cur similiter non oriatur ex complexu non conjugali inter fideles, ita ut quoad eos, qui Constitutionibus Canonicis arctantur, impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, ut per Joan. Andr. in eod. cap.

12 *Gaudeamus, num. 3. vers. Pater è contrario.* Ad hæc affinitas cùm & ipsa sit quid naturale secundùm D. Thomam *in 4. d. dist. 41. quæst. 1. art. 1. quæst. 1.* oritur etiam ex copula illicita, & dirimit matrimonium postea contractum, cap. *Quædam, 32. quæst. 7. & toto tit. de eo qui cognov. consang. uxor. su.* etiam de jure civili dict. l. *Et nihil, ff. de rit. nupt.* Et fuit opinio Azonis, ut not. in l. *Non facile, in princ.* in glos. in ver. *Per nuptias, ff. de grad. & affin.* Et hodie restricta est ad primum, & secundum gradum ex Concilio Tridentino *cap. 4. sess. 24. de reform. matrim.* Quinimò affinitas oritur etiam ex matrimonio consummato inter infideles, ut constat ex cap. *final. de divort.* ubi infidelibus ad fidem conversis præcipitur ne ducant in uxorem relictam fratris sui, quod certè Ecclesia non præciperet, nisi vinculum aliquod naturale inter eos ex hujusmodi copula oriretur, quidquid contra scripserit Henrig. *libro 11. cap. 3. num. 5.* cui opponitur S. Thomas *in 4. dist. 41. quæst. unic. artic. 1. quæst. 1.* Durand. *dict. quæstion. 1. num. 7.* Palud. *quæst. 1. artic. 1. num. 10. conclus. 2.* Sot. *quæst. ult. art. 1.* & S. Antonin *in 3 parte Summa tit. 1. cap. 11. in fine.* Ergo multò magis ex propagatione carnis ex illicita copula provenienti; oritur consanguinitas itidem dirimens matrimonium; quia, ut inquit D. Thomas *ubi supra* consanguinitas est fortius vinculum, quàm affinitas.

13 Quibus demum accedit, quod ut spurii non habeantur pro filiis, & consanguineis, introductum est in detestationem criminis, cùm non mereantur tales appellari. Authen. *Si qua illustris, C. ad Orfitian.* & cap. *unic. 35. quæst. 7.* Abb. *dict. consil. 50. in princ. libro 2.* Quod si eis liceret matrimonio copulari cum descendentibus ab eodem stipite, essent meliori conditione, quàm nati ex legitimo matrimonio, cùm tamen oppositum potius esse debeat, ut per Alex. *consil. 60*

14 *Visa legitimi, num. 7. libro 2.* ubi dicit dispositionem legis, vel statuti disponentis aliquid contra filios legitimos, multò magis habere locum in spuriis; Secus autem si conferat aliquod beneficium filiis, quia intelligitur de legitimis tantùm. Ex contrario autem parentes redderentur procliviores ad hujusmodi crimina perpetranda, & inducta ad unum finem operarentur contrarium contra regulam *Legatum inutiliter, ff. de adimen. legat. cum vulgar.*

15 Unde filios spurios etiam natos ex Sacerdote, vel Monacho, qui dicuntur nefarii, & patrem demonstrare non possunt, quoad effectum matrimonii esse consanguineos, & affines, tradit notabiliter Bart. in l. 1. *num. 4. ff. de accusat.* per notata in l. *Nec facile, §. Adhuc, ff. de grad. & affinit.* & sequuntur Ruin. *d. cons. 9. num. 2. lib. 4.* Grat. *cons. 141. num. 9. lib. 2.* Capra *cons. 108.*

Atque ita non obstat quod si Antonella est filia Joannis Antonii Presbyteri, & consequenter nata coitu damnato, non dicatur conjuncta patri, nec ejus lineæ paternæ.

16 Siquidem hæc objectio diluitur, quia natus ex damnato coitu, sed ex patre certo illa certitudine, quæ potest haberi de patre certo illa certitudine, quæ potest haberi de patre secundùm ea, quæ notat Bald. in l. *Primo, C. qui accus. non poss. num. 34.* non reputatur cognatus patris quoad effectus civiles tantùm; Et ideo illi non succedit, nec eiâ patre, vel patris consanguinei succedunt. Et in hunc sensum accipiendi sunt DD. in contrarium citati, & probatur in cap. *t. 35. quæstion. 7. in vers. Non deperent ut filii*, id est nullo parentibus jure succedant. Et ibi notat Turrecrem. *numer. 4.* At verò quoad naturale vinculum, & jura sanguinis, quæ deleri non possunt, ut in reg. *Digestorum, jura sanguinis.* Filii spurii non secus ac legitimi sunt vere consanguinei, & agnati patris, nempe quia æqualiter omnes ex illius carne, & sanguine propagantur, ut ostensum est supra. Et ita declarat

17 Ruin. *cons. 9. numer. 4. vers. Nec obstat, libro 4.* ubi dicit non obstare l. *Si spurius, ff. Unde Cognati*, quia quantùm ad effectum succedendi verum est quod spurius ex parte patris non habet cognationem, sed cognatio adest cum illo in substantia, & jus sanguinis durat, quod tolli non potest, cùm sit de jure naturali. Et infra *numer. 6.* ait spurium dici cognatum cognatione naturali, quamvis ex parte patris talis cognatio non habeat effectum successionis. Et idem fusius explicat paulò post *numer. 8. vers. Ad hæc respondetur.* Cùm autem matrimonium sit de jure

18 naturæ, Ecclesia in impedimentis constituendis magis respexit ad jus naturale, quàm ad civile; & non solùm ad id, quod licet secundùm leges, sed etiam quod decet secundùm honestatem,

19 l. *Semper, ff. de ritu nupt.* & declarat Hostient. in *dict. tit. de consang. & affinit.* Facit quod notat Felin. in cap. *In præsentia, numer. 23. de probat.* ubi ait appellatione filiorum venire etiam naturales, quando versamur in materia, in qua verba loquuntur in nomen potius naturale, quàm civile. Quod habere locum etiam in natis ex prohibito complexu, tradit Bald. in dict. l. *Primo, numer. 23. C. Qui accus. non poss.* & Alex. *consil. 142. Visa tamen per totum, libro 7.* & Ruin. *dict. consil. 9. num. 8. libro 4.*

Nec adversatur Bald. in contrarium citatus in dict. *Primo, num. 33* quia loquitur in filiis illis vulgò conceptis, quorum pater ignoratur; hi enim solùm ex accidentinò veniunt filiorum appellatione, ut mox dicemus, *num. 22.*

20 Hinc filia spuria etiam nefaria admittitur ad vindicandam necem parentum, ut concludit Bartol. in dict. *Primo, numer. 3. C. de accus.* quia naturalis dolor eam impellit, ut inquit Bald. in dict. *Primo, numer. 33 circa finem, C. qui accus. non poss.*

21 Hinc etiam quamvis natis ex coitu reprobato jura civilia denegent alimenta, ut in Authen. *Ex complexu, C. de incest. nupt.* tamen secus est de æquitate Canonica, quæ vigorem sumit à jure naturali, cap: *Cùm haberet, in fine*, & ibi glos. *final. ad fin: De eo qui duxit in matrim:* Abbas *consil. 50 in principio libro 2:*

22 Ad secundum respondetur: Quamvis vulgò quæsitus possit contrahere cum omnibus, id tamen

men ex accidenti contingit, non quia deficiat jus, sed probatio, ut per Hostien. *in Sum. in tit. Qui filii sint legit. §. An inter utrumque*: nam etiam ipse vulgò quæritur potest probari esse filius alicujus ex eis, qui tempore conceptionis eum matre rem habebant, ut fatetur Bald. in dict. *Filii, num. 14.* ita intelligens cap. *Michael, de fil. Presbyt.* & admittit etiam Hostiens. *in dict.*
23 *§. An inter utrumque, prope fin.* Hoc autem casu satis probatum est Antonellum esse filium Joannis Antonii, primò per assertionem matris, l. *Matrem, C. de probat.* secundò per tractatum Joan. Antonii, qui eam domi aluit, & matrimonio copulavit, qui probat filiationem etiam
24 non nati ab uxore, ut per Felin. *hic numero 3.* Imò solum tractatum sufficere tenent Felinus post alios *num. 13.* & tradunt in terminis nostris Innocen. Hostiens. & Henr. Boich. in cap. *Per tuas, Qui sint filii legit.* ubi volunt, si certum sit Sacerdotem peccasse cum muliere, & posita filium, qui ex ea natus est, & ab ea nutritus, vel filium nominasse, vel alias ut filium tractasse, vere præsumere debeamus esse filium illum. Quæ sanè omnia in hoc casu concurrunt. Nec obstat quod possit probari contrarium, ut per gloss. in d. cap. *Michael, in ver. Confiterer.* & DD. *his* & in dict.
25 cap. *Per tuas, Qui sint filii legit.* Et quòd oppositum hic probatum videatur per famam vicinitatis, in qua à multis hic filius aliis duobus viris adscribebatur: nam respondetur solam famam non inducere probationem filiationis, ut hic per Fe-
26 lin. *numero 15.* Præterea non est probata hujusmodi fama cum suis requisitis. Et in specie testes deponunt se audivisse à multis, non autem à majori parte populi, seu per verbum *communiter*, prout requiritur. Verum *decisa 10. part. 2.* Regulare enim est, ut in satis indefinita æquipolleat universali, ut per DD. in cap. *Audita, de præscript.* Et tradit Rota in hac materia in *causa Parmen. Status 26. Martii 1618.* coram Sacrato in vers. *Quoad tertium genus probationis.* Insuper à multis hæc dicebatur esse filia Joannis Antonii: atque ita hi rumores contrarii invicem conquassantur, ut patet in hoc cap. & per Rotam in prædict. decis. Quamobrem cum Hostiens. in dict. §. *An inter utrumque* sentiat prohiberi matrimonium vulgò concepti, si sit fama quod maritus sit filius patris ipsius, & conjuges id conficentur, alioquin sine conscientia esse relinquendos, videtur etiam hoc casu matrimonium prohiberi, in quo licet fama non bene probetur, tamen constat de nominatione, confessione parentum, & tractatu. Et de hoc videtur
27 casus in hoc cap. ubi quidam R. qui præsumebatur filius T. Tiburtini ex concubina susceptus propter illorum nominationem, & tractatum non potest habere in uxorem neptem ejusdem l. *Unde*, ibi gloss. in ver. *Confiberini*, notat ex consanguinitate præsumpta ejrobata dissolvi matrimonium, & sequitur Hostiens. *num 3.* Joann. Andr. *in fin.* & Cardin. *in 1. notab.* & alii communiter. Quod multò facilius procedit hoc casu, in quo agitur de matrimonio contrahendo: nam præsumptio consanguinitatis licet non semper dirimat contractum, tamen impedit contrahendum, cap. *Liter. in fine, de rest.* cap. *Super ea, de eo qui cogn. consang.* Hostien. & Jo. Andr. *ubi supra*. Ideoque nullo pacto videtur mandandum Episcopo, ut declaret hos posse matrimonialiter copulari, præsertim cum etiam aliis modis possit lux afferri veritati, si Episcopus rem diligenter indagaverit.

DE TESTIBVS, & Attestationibus.

Cap. *In nomine Domini.*

SVMMARIVM.

1 *Testium receptio contra non citatum est nulla, & num. 18.*
2 *Invocatio nominis Domini præmittenda est in actionibus nostris.*
3 *Item in arduis, perpetuique instrumentis, & n. 7.*
4 *Item in sententiis.*
5 *Invocatio nominis Domini qualiter fit facienda.*
6 *Postfieri à Notario Christiano etiam in contractibus Judæorum.*
7 *An sit de substantia instrumenti.*
8 *Facta à Notario in principio Protocolli trahitur ad omnia instrumenta in eo comprehensa.*
9 *Invocatio nominis Machometi in terris Christianorum fieri non debet publicè etiam à Saracenis.*
10 *Privatim an sit ei prohibita.*
11 *Citari debet pars in receptione testium, ut audiat illos jurantes, non autem deponentes, & n. seqq.*
12 *Testes secretè, & singillatim sunt examinandi.*
13 *Citatio ad videndum committi Notario juramenta testium non fuisse agitur, nisi etiam dicatur ad videndum jurare.*
14 *Et hic defectus est insanabilis.*
15 *Testium depositiones si pars audierit, non poterit postea super iisdem capitulis testes producere.*
16 *Si Citetur dominus, & non procurator, valunt ex duobus procuratoribus in solidum, ut valant attestationes.*
19 *Testes examinati parte non citata an sufficiant pro mandato de manutenendo, & num. seq. usq. ad num. 28.*
20 *Probatio plena non requiritur in summarissimo possessorio.*
21 *Sed sufficit summaria, levis, & qualiscumque.*
22 *Item sufficit fides extrajudicialis, si concurrant adminicula.*
23 *Et admitti solent etiam præsumptiones.*
24 *In possessorio summarissimo agitur de modico, & reparabili præjudicio.*
25 *Possessorium summarissimum est præparatorium possessorii pleni, ad quod se habet, sicut plenum possessorium ad petitorium.*
26 *Manutentio datur ne partes veniant ad arma, & ut solatur quisque actor, & quis reus.*
27 *Est remedium summarissimum, & momentaneum.*
28 *Et interim appellatur.*
29 *Testes receptis sine citatione, parti præsumptionem faciunt.*
30 *Item faciunt indicium.*
Sed contra, num. 34.
31 *Faciunt saltem adminiculum, & num. 35.*
Fallit, num. 45.
32 *Et sufficiunt pro mandato de manutenendo ex multorum sententia.*

Sed alii contra, num. 36.
33 *Probatio saltem semiplena requiritur ex stylo Rotæ in judicio manutentionis.*
34 *Verba* nullius momenti, *excludunt indicium quantumcunque leve.*
35 *Adminicula sola non sufficiunt ad obtinendam manutentionem, cum non sint probationes, sed auxilia probationum, & n. 37.*
38 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam sine citatione partis non probant etiam in judicio manutentionis.*
39 *Testes recepti ante litis contestationem regulariter non probant, nec faciunt indicium.*
40 *Testes recepti citato procuratore non habente mandatum, vel minus sufficiens, non probant etiam in summarissimo.*
41 *Mandati defectus includit etiam defectum citationis quoad ipsum principalem.*
42 *Et gesta cum falso procuratore sunt ipso jure nulla.*
43 *Mandati defectus à signatura Papæ sanari non solet, neque ex stylo Rotæ, etiam refectis expensis.*
44 *Testes examinati coram judice incompetenti fidem non faciunt etiam in summarissimo possessorio.*
45 *Nec illum faciunt adminiculum si cum defectu jurisdictionis concurrant defectus citationis, & juramenti.*
46 *Testes non jurati, & recepti parte non citata æquipparantur.*
47 *Nullæ sunt solus ex defectu citationis, jurisdictionis, & mandati in Urbe, & in Statu Ecclesiastico judices debent attendere, & alias rejectis ad causarum expeditionem procedere.*
48 *Testium receptio an valeat si citatus ob inevitabilem necessitatem comparere potuit, & nu. seq. usque in finem.*
49 *Impeditus ex justa causa non potest dici contumax.*
50 *Impedimentum citati notum judici reddit ipso jure nullam sententiam tam diffinitivam, quam interlocutoriam, quam est receptio testium.*
Secus si judex impedimentum ignorabat, quia tenet processus ipso jure, sed debet retractari, numero 54.
51 *Citatus ad dominum, qui non comparuit allegans se citationem ignorasse audiri debet ad opponendum in personam testium, licet non servaverit formam c. Præsentium, inf. cod. & n. 53.*
52 *Testes recepti contra citatum legitimè impeditum faciunt saltem indicium.*
54 *Impeditus citati debet ut saltem compareat per procuratorem, nisi esset causa nimis gravis.*

1 IN NOMINE DOMINI. Nulla est receptio testium facta contra non citatum. Hoc dicit, secundùm Abb. Antiq. & omnes post eum. Dividitur in tres partes. Nam primò ponit dictum. Secundò probat per legem. Tertiò concludit. Secunda ibi, *ne postea*. Tertia ibi, *ecce*.
2 Nota primò ex principio litteræ, in actionibus nostris præmittendam esse invocationem nominis Domini, ut hic, & in cap. *In nomine Domini, 21. dist.* Nam, ut legitur in cap. *Non liceat, 26. quæst. 5.* & habetur originaliter ad Cospr. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.
lossen. 3. *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum* concordat. *1. ad Corinth. 10.* & *All. 17.* ut cap. *Non observetur, 26. quæst. ult.* Omnia enim recte, & competenter geruntur si principium sit decens, & amabile Deo, ut in Auth. *Quomod. oport. Episc. circa princip.* & ubi Christus non est fundamentum, nullius boni operis superest ædificium, cap. *Cùm Paulus, 1. quæst. 1.* Hinc Imperator in sui initio invocat nomen Domini dicens, *Deo nobis auxilium præbente, &c.* l. *Deo nobis*, C. *de Episc. & Cleric.* & Instrumentum inchoetur authore Deo, ut dicit text. in Authen. *Vt præpon. num. Imper. §. 1.* Unde hæc invocatio semper præmittenda est in arduis, perpetuisque instru-
4 mentis. In minoribus autem, & intra tempus breve duraturis, & in publicationibus actorum judicialium, nisi sit sententia diffinitiva, non est jus eam omitti inchoando sic instrumentum, Anno Domini, &c. ut inquit Speculat. *in tit. de Instrum. edit. § Brev. tet. num. 2.* & quod in principio sententiæ imprimendum sit nomen Domini, est textus in cap. *Veritatis, supra de dol. & contum.* & notat Gemin. in cap. *Præter hoc, num. 2. 32*
5 *dist.* Nec est jus ait dicatur: In nomine Domini, ut hic; an in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut l. *In nomine Domini*, C. *de offic. Præfect. Prætor.* Aphric. vel in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut cap. *In nomine Patris, 73. dist.* secundùm Specul. *ubi supra*, vel in nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, ut notat Petrus de Unzola *in sua Pract. Artis Notariatus in 3. part. num. 17. inter tract. comm. como 11. pag. 179.*
6 Et potest fieri hæc invocatio à Notario Christiano etiam in contractibus Judæorum, ut tenent Bart. & Alexand. *in prima Constitutione Digestorum, & in prima Constitutione Codicis.* Com-
7 muniter tamen tenetur eam non esse de substantia instrumenti, nec inter Judæos, ut notat Angel. in Authen. *Iusiurandum, quod præst. ab hi, 3. 1. col. 2.* nec inter Christianos. Felin. post Abb. & alios in cap. *1. num. 2. de fid. Instrum.* & Jas. *in rubr. de nov. oper. nunciat. numero 17.* Et quamvis ex consuetudine hæc solemnitas esset facta sit subsitantialis secundùm gloss. in dicta Auth. *Vt præpon. numen. Imper. §. Vnde Sancimus, in ver. Auctore*, Felin. *loco citato*, Alex. *in addit. ad Bart. in l. 1. In ver. Instrumentum*, C. *de novo, Cod. facien.* tamen Bart. in l. *Si quis ex argentario, §. Si initium, num. 7. ff. de edend.* Sentit etiam stante hujusmodi consuetudine ex omissio-
8 ne invocationis contractum non vitiari; Subdit tamen ibi invocationem divini Nominis factam per Notarium in principio Protocolli trahi ad omnia instrumenta comprehensa in libro instrumentorum. Quod nota ad salvandum instrumentum, in quo hæc solemnitas fuit præter-
9 missa. Invocatio autem nominis Machometi fieri non debet etiam à Saracenis publicè inter-
10 ris Christianorum, Clem. 1. *de Iudæis.* Sed privatim non prohibetur, ut post Paul. de Eleazar. tenet ibi Cardin. *in 5. quæst.* plenius Vitalin. *num. 18. & seqq.* licèt Zenzelin. contra, cum quo simpliciter transit Petr. de Anchar. *num. 4. vers. sed ansi sint tolerandi.*
11 Secundò nota ibi, *venire, & audire testes* & signa practicam citationis in receptione testium:

debet enim pars citari ut veniat, & audiat testes, ut est argumentum hic secundùm Anton. de Butr. *in 4. notab.* Verumtamen hoc non ita intelligat, ut pars audire debeat testes cum deponunt
12 dictum suum. Hoc enim est falsum, cum secretò, & singillatim sint examinandi, ut cap. *Venerabili, infra eodem*, & cap *Inquisitioni, §. 1. de accusat.* & l. *Nullum, C. de testib.* exemplo Danielis qui secreto examinavit senes accusantes Susannam, & de falsitate convicit. *Daniel. 13.* Sed ita intelligas hanc litteram, ut pars venire debeat, & audire testes jurantes, non autem deponentes, licet publicatis attestationibus possit etiam videre, & audire illorum depositiones, ut hic firmant gloss. *in verb. Audire*, Goffred. & Innoc. *numer. 2.* Qui supplent verbum testes, scilicet jurantes. Hostient. *numer. 3. in ver. Testes*, Joan. Andr. *numer. 9.* Butr. *num. 13.* Ate tin *in 4. notab.* gloss. in l. *sed & si quis, in ver. Attestationes, C. de testib.* gloss. *final. in 3. ut hoc verò*, in Authen. *de Testibus*, & in l. *Si quando, in ver. Solverint, C. eod tit.* Specul. *in tit. de Teste, §. Nunc tractandum, in princip.* Et quamvis Joannes Theutonicus in cap. *In primis, in gloss. in ver. Si ex præsente, 2. quæst. 1.* dicat partem posse etiam examini interesse si velit: idque ob eam rationem, quia pars, quæ novit cautæ circumstantias melius interrogabit: & Abb. Antiq. *hic numer. 1.* affirmet in Montepessulano, & in multis aliis partibus ad litteram observat quod hic dicitur, ut scilicet pars citetur, ut veniat ad audiendas testium depositiones; tamen primum intellectum sequuntur omnes hic teste Felin. *numer. 17. in gloss. in ver. Iurantes*, & sic servatur de facto ubique, & benè; ideoque hic est tenendum, ut formaliter inquit Specul. *loco citato.* Et de hac generali consuetudine attestatur etiam gloss. in d. l. *Si quando, in ver. Solverint, C. de testib.* Et ita etiam hunc textum semper intellexit Rota, quæ propterea sæpissimè resolvit cautionem ad videndum jurare testes esse necessariam per hoc capitulum. Ad hoc ut
13 examen fundetur. Capoto 19. *decis. 274. numer. 3. part. 3.* Rota *in recent. decis. 219. numer. 2. part. 7. & alibi passim.* Nec suffragatur citatio ad videndum committi notario juramenta testium, nisi etiam dicatur ad videndum jurare, ut censuit *decis. 259. numer. 4. part. 1. recent.* & hunc defectum esse insanabilem dixit *decis. 18. numer. 12*
14 *in recent. part. 7.* Nec obstat contraria ratio Joannis quod interrogationes melius fiant per partes. Quoniam ad hoc habemus remedium ut interrogatoria dentur in scriptis, ut in cap. 2. *hoc tit. libro 6.* & sic judex plenè per seipsum inquirere potuerit ut notat Bartbol. Brixien. in d. c. *In primis in gloss. in verb. Si ex præsente, in fin. 2. quæst. 1.* Specul. *in dictis §. Nunc tractandum, num. 1. vers. Nec obstat*, & hoc modo testes liberius deponent, ut hic per Joann. Andr. *num. 6.* & Abb. *num. 8. in gloss. in ver. Audire.*

15 Verumtamen si casu accideret, ut pars dicta testium audire, non posset postea super iisdem capitulis testes producere, ob timorem subornationis in in Authen. *de Testib. §. Quæsito*, & cap. *Ultra tertiam, infra eodem*, secundùm gloss. præallegat. in d. cap. *in primis* Innoc. *hic numer. 2.* Hostien. *numer. 4. in ver. Testes.* Joan. Andr. *num. 9.* Felin. *numer. 17. vers. Nec obstat.* Quod facit contra illos, qui stant ad audiendum post corcinam, secundùm Bald. *hic numer. 2.* & Felin. *ubi supra.*

16 Quid autem juris sit si citetur dominus, & non procurator, qui contestatus est litem. Et quid si duo procuratores simul sint dati in solidum cum clausula ut occupantis conditio non fieret melior, quorum alter contestatus est litem, & alter produxit testes, an valeant attestationes, plenè hic disputat Joan. Andr. *num. 2. & 3.* & post eum Butr. *num. 8. & 9.* & Imol. *num. 7. & 8.*

17 Tertiò nota ibi, *si non ex inevitabili necessitate*, attestationes receptas absente citato non tenere, quando ex justa causa detentus comparere non potuit, ut hic probatur evidenter per argumentum a contrario sensu: nam cùm textus dicat testimonia valere contra citatum non comparentem si non ex inevitabili necessitate venire non potuit: ergò a contrario valent si fuit impeditus comparere ob inevitabilem necessitatem, & ita hanc litteram inducunt Abb. *hic num. 11. vers. Sed in alio eam*, & Felin. *num. 19.* Sed hoc plenius examinabitur infra in gloss. *in evitabili, num. 48. usq. in finem.*

18 Ultimò nota regulam, de qua suprà in Summario, videlicet attestationes parte non citata esse nullas utroque jure, & Cæsareo, & Pontificio, ut in Auth. *de Testib. §. Et hæc verò, collat. 7.* Cujus tenor referitur ad litteram in hac Decretali, l. *Iudices, C. de fid. instrum.* l. *Si quando, C. de testib.* cap. *In primis, 2. quæst. 1.* & cap. *Charta, 3. qu. 9. cap. 1. de caus. possess. & proprietat. c. Inter quatuor, de major. & obed.* & hoc pro regula constituunt, hic gloss. *in ver. Admonendi*, Innoc. *num. 2.* Hostient. *num. 3.* Abb. Antiq. Joan. Andr. & reliqui omnes in *summario textus*, & Felin. *num. 3.* ubi ex mente Doctorum ad eamdem regulam ponit quinque declarationes, & quatuordecim limitationes, quas per te videas, usque ad *num. 17.*

19 QUÆRO, ultra alios an testes examinati parte non citata fidem faciant in summarissimo possessorio; adeo ut vigore talis examinis Judex concedere possit, aut debeat mandatum de manutenendo.

20 Ad partem affirmativam facit, quia in hoc judicio summarissimo non requiritur plena probatio, l. *In lege Aquilia, 1. a primo*: ibi, *re summatim exposita ad suspicionem judicem adducant, ff. ad leg. Aquil.* l. 3. §. *Causæ, ff. de Carbon. edict.* l. 3. §. *Videndum, ff. ad exhiben.* & tradit. Raph. Cuman. in l. 1. §. *fin. ff. de Prator. stipul.* Natta *consil. 123. In causa possessorii, num. 9.* Rota apud Gregor. XV. *dec. 158. numer. 3.* nec requiritur probatio exacta. Plot. *de in lit. jur. §. 3. num. 43.* Mantic. *decis. 172. numer. 12. quæ est decis. 152. numer. 5. part. 4. diversf.* Rota *in recent. decis. 367. numer. 2. part. 2. sed sufficit in Summaria*, d. l. *In lege 1. Aquilia.* Paul. de Castr. *cons. 3. In causa quæ versatur, num. 2. vol. 2.* item levis. Greg. *d. decis. 258. numer. 3.* Menoch. *de retin. possess. remed. ult. num. 34.* imo levior soler admitti. Cardin. Seraph. *decis. 8. num. 1. & decis. 190. num. 2.* Rota *diversf. decis. 255. num. 4. part. 3.* licèt corruptè ibi legatur plenior, & in *recent. decis. 214. num. 3. part. 1.* Item admittitur probatio qualis qualis. Menoch. *d. remed. ult. num. 9.* Rota apud Card. Cavaler. *decis. 5. num. 4.*

21 Et propterea etiam fides extrajudicialis in hoc judicio fidem facit si concurrant adminicula ut censuit Rota *decis. 323. num. 2. post 2. vol. 1. inf.*

Farin. & *in recent. decis. 122. n. 7. par. 1.* & in *Salamantina stipendiorum 3. Decembris 1607.* coram Cardin. Lancellotto impressa apud Moder. in *tract. manut. de manuten. decis. 97. n. 3.* Imo admitti solent etiam præsumptiones, Bocc. 2. in
23 *tract. de interdict. Vit possid. cap. 14. n. 24.* Rota *diversf. decis. 373. n. 1. par. 1. lib. 3.* & dicta *decis. 323. n. 2.*

24 Et est ratio, quia in manutentione agitur de modico, & reparabili præjudicio. Cæs. de Graff. *decis. 22. alias 2. n. 4. de restitut. in integr.* Seraph. *decis. 292. in princ.* Rota *diversf. decis. 641. num. 8.*
25 *part. 1.* Et enim hoc judicium præparatorium judicii possessorii principalis, atque plenarii Bero. *cons. 11. num. 1. lib. 1.* & habet se ad judicium principale possessorium retinendæ, sicut se habet judicium proprietatis, quod petitorium appellamus, ut declarat Paul. de Castro *d. cons. 3.* & post alios Menoch. *de retinen. possess. remed. ul-*
26 *tim. num. 7.* & datur manutentio à judice, ne partes veniant ad arma, l. *Quæsitum, ff. de vsufr.* & ut sciatur quis sit actor, & quis reus in judicio plenario, §. *Retinendæ, institut. de interdict.* l. *Liberis, §. fin. ff. de liber. cau.* Paul. de Castro *loco citato*: & habetur expressè hæc practica secundùm eum in textu, & per Innoc. in cap. *Cùm venissent, in-*
27 *sert. de institut.* & propterea hoc judicium est summarissimum. Rota *diversf. dicta decis. 641. num. 8. par. 1.* & momentaneum Cagnol. in l. *In pari, num. 6. ff. de regul. jur.* Conrad: *de momentan. possess. in tract. num. 35.* Cæs. de Graff. *dict. decis. 22. alias 2. num. 5. de restit. in integr.* & alicu-
28 bi numeratur. Interim. Rota *in Tirasonen. Decimatum* coram Cardinali Marquemontio impressa apud Marchesi, de Commiss. *par. 1. fol. 1262. num. 2.* præcipuè in Hispania: sic enim judex interloquitur: *Entre tanto que este pleito se ve, y se determina de posseyr amentes in pertenencia del derecho de las partes en possession, y propriedad*, ut attestatur Covarr. *Practic. quæst. cap. 17. in robr. & num. 2.* Quibus itidem verbis utuntur Neapolitani teste Capic. *decis. 55. col. vit.* & *decis. 189. num. 11.* Ad quod bene facit dicto cap. *Cùm venissent*, ibi, *possessione tuendam donec, &c. de institut.* Non igitur mirum si in judicio manutentionis sufficiat qualis qualis, levior, & imperfecta probatio etiam ex præsumptionibus, ut dictum est.

29 Testes autem recepti sine citatione partis utique præsumptionem faciunt, ut notat Bartol. post glossam in l. *Res hereditaria, in princ. ff de crimine expil. hæredit.* Dec. *cons. 559. In causa venerabilis, num. 8.* & ex multorum sententia faciunt judicium Alex. *cons. 147. in princip. lib. 6.* Aym. *cons. 198, in fin.* eamque pluribus tuetur Dec. *hic num. 32.* ubi addentes litteræ C. citant
31 multos concordantes: & saltem negari non potest quin faciant adminiculum, ut per Bartol. in l. *Admonendi, num. 41. ff. de jurejur.* & multorum censuit Rota Verall. *decis. 206. num. 6. lib. 2.* Seraph: *decis. 525. num. 1.* & *in recent. decis. 342. n. 7. par. 1.* & *decis. 560. num. 4. part. 2.* & sæpè aliàs.

32 Et in terminis in hoc judicio summarissimo testes sine citatione examinatos sufficere ad obtinendam manutentionem, consuluerunt Roland: *cons. 80. num. 30. vol. 4.* Cepol. *cons. 15. in fin. vol. 1.* Neviz. *cons. 86. n. 7.* & contraria opinio potest procedere in judicio plenario, non autem in hoc summarissimo, prout eam limitat, & declarat Mascard: *de probat. cons. 1366. n. 9 vol. 3.* & evidentes temuiile Domum de Rota *in Bonomen. decisum 4. Iulij 1629.* coram Cardinali Virili impressa apud Modernos, de manutentione *decis. 269. n. 5.* in hæc verba (Et licet testes sint examinati sine citatione partis, tamen in hoc judicio summarissimo manutentionis, in quo leviores probationes sufficiunt, & etiam unicus testis, videbantur admittendi.) Allegant Neviz. Cephal. & Roland. *loco citato.*

33 Sed his non obstantibus contrarium opinionem puto veriorem, & in praxi amplectendam: nam etsi judicio manutentionis sufficiat probatio levior imperfecta, & qualis qualis secundùm ea, quæ iusè dicta sunt suprà *a num. 25.* necessariò tamen requiritur aliquis gradus probationis, vulg. §. *Retinendæ, institut. de interdict.* & quidem ex stylo Rotæ probatio debet esse saltem semiplena, ex notatis in l. 1. *in glossis in ver. Pecuniæ*, & ibi Raph. Cuman. C. *Quæ in bonis Rota diversf. decis. 195. num. 6. par. 1.* & *decis. 375. num. 1. lib. 3. part. 3.* & *in recent. decis. 147. num. 1.* & *decis. 212. sub num. 1. par. 2.* Seraph. *decis. 624. in fin. decis. 1313. num. 1.* & *decis. 1326. num. 1.* Cavaler. *decis. 379. num. 3.* & de hoc stylo Palatii attestatur Put. *decis. 161. lib. 3.* & Bocc. *de interdict. vit possid. cap. 141. num. 22.* Idem firmant Curtius Senior in l. *Admonendi, num. 321. vers. Secundò movetur ff. de jurejur.* Alex. *cons. 163. num. 3. lib. 7.* Dec. *cons. 56. col. 2.* Neviz. *cons. 110. num. 11.* Plot. *de in lit. jur. §. 3. n. 43.* Menoch. *de retinen. possess. remed. vit. n. 34.*

34 Testes autem examinati sine citatione partis tantum abest, ut semiplenam probationem constituant, ut nec faciant indicium quantumcunque leve, ut evidenter probatur in hoc cap. *In princ. ibi, nullum momenti.* Pondera enim verbum, *nullum*, quod est universale negativum, & verbum *momenti*, quod excludit indicium quantum vis modicum: & ita apertissimè hic probari, affirmat Abbas *num. 14.* & sequuntur Ateti *in princ.* Felin *n. 5.* & communiter Doctores, Bart. in l. *Magistratus, num. 3. in fin. ff. de quæst.* Alex. *cons. 179. In causa, vol. 3. lib. 2.* Dec. *hic contrarius cons. 54. In causa, num. 1.* Parif. *cons. 83. n. 13. lib. 1.* Rum. *cons. 46. num. 2. lib. 4.* Socin. *cons. 255. col. 2. in princip. lib. 2.* Gundopap. *decis. 231.* Iate Rimin. Jun. *cons. 215. num. 74. & num seqq.* Communem dicit Roland: à Valle *cons. 12. num. 30. lib. 3.* & magis communem Bort. *cons. 20. n. 65.* & alios quamplurimos citat Onded. *101. num. 11.* & veriorem dicit Crescent. *decis. 264. num. 2. in restitut.* Eamque ex professo amplectitur, & communem dicit Rota *decis. 554. in totum par. 4*
35 *diversf.* Et quamvis faciant adminiculum secundùm unam opinionem, quam sequutus est Bart. post glossam in l. *Res hereditaria, ff. de crimin. expil. hæredit.* & alii suprà citati *num. 31.* tamen adminicula sola non sufficiunt, cùm non sint probationes per se, sed auxilia probationum, ut inquit Bald: in cap. *Cùm causam, numero 10. de probat.* Cujus dictum sequuta est Rota *decis. 18 num. 3. part. 2. recent.* Nec suffragantur, nisi præexistat aliquis gradus probationis, cui conjungi possint. Rota *decis. 558. num. 3.* & *decis. 768. num. 1. par. 1. recent.*

36 Consequens igitur est, ut ex attestationibus receptis parte non citata multatenus decerni possit à judice mandatum de manutenendo; & ita interminis multoties resolvit Rota, & in specie in *Hebren. Beneficii 4. Decembris 1602.* coram Cardinali Lancellotto impressa apud moder. in tract. mand. de manutent: *decis. 4. per totam*, ubi Rota dedit manutentionem uni ex collitigantibus, qui probaverat possessionem instrumentalem de certo tempore, illamque denegavit adversario, quia testes, quos produxerat ad probandam suam anteriorem possessionem, fuerant nulliter examinati, & propterea etiam in illo judicio manutentionis non erant habendi in consideratione. Idemque resolvit in *Veronen. iurium Parochialium 23. Martii 1629.* coram Cardinali Virili impressa post dictum tractatum *decis. 260. num. 1.* & in *Hispalen: Primitiarum 3. Mai 1622.* coram Navario post eumdem tract. *decis. 268. num. 2.* & in *Lucchen. Beneficiorum* coram Cardinali Lancellotto apud Marschel. *de Comm. par. 1. fol. 919.* & coram Gregor. XV. *decis. 268. num. 2. & decis. 167. n. 7. par. 4. diverf.* Idem in hac specie firmant Ruin. *cons. 28. n. 2. lib. 4.* Bocciar. *de interdict. 151 possid. n. 17. n. 44.* Scacc. *de appellat. tap. 2. q. 17. limit. 6. num. 2. num. 18. circa fin.* Cujac. *controv. forens. controver. 244. n. 10.* Ex quibus puto ab hac opinione in judicando recedendum non esse præcipue in Curia ob Rotæ authoritatem, ad notata per Joann: Franc: Pavin: *in Prælud: Extravag: Ioan. XXII. col. 3. §. Decisiones Rotæ.*

37 Non obstat præallegata decisio Rotæ in Bononien. Affictus coram Cardin. Virili. Quoniam dixit in hoc judicio manutentionis videri admittendos testes examinatos sine citatione partis, non tamquam probationes per se, sed tanquam adminicula, & auxilia probationum nam in casu illius decisionis præexistebat civilis possessio locatoris, quæ concurrentibus aliis adminiculis sufficiens erat ad dandam illi manutentionem pro recuperanda possessione naturali juxta *decis. Seraph. 77. n. 6.* cum aliis ibi allegatis. Et propterea Rota postea quam dixit hujusmodi testes in casu illo videri admittendos, immediate subjunxit rationem, quia testes etiam sine citatione faciunt adminiculum. Stat igitur conclusio, ut soli testes nulliter examinati ob defectum citationis, nisi præexistat aliquis gradus probationis, etiam ex sententia Rotæ in illa decisione, ad obtinendam manutentionem non sufficiant.

38 Ampliatur primò hæc conclusio ut procedat etiam in testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, qui deficiente citatione, similiter fidem non faciunt etiam in judicio manutentionis, ut fuit decisum in Rota *decis. 306. n. 20. & 21. part. 7. recent.* Ratio est evidens, quia etiam in examine, quod fit ad perpetuam rei memoriam, necessaria est citatio partis, ut est casus in Auth. *Sed & si quis*: & ibi Bald: Salic. & omnes, *C. de testibus*, & in cap. *Significavit*, & glos. *ult.* & Doctores *in pra cod.* Rota *in recent. decis. 530. num. 2. par. 3. & decis. 439. num. 8. par. 4.* Unde si testes post litem contestatam examinati in manutentione non sufficiunt deficiente citatione, ut su-
39 perius firmatum est; Longe minus sufficere debent recepti sine citatione partis ante litis contestationem ad perpetuam rei memoriam, cùm tales recipiantur ab eo, qui fiturus erit judex causæ principalis contra juris regulas & ex quadam indulgentia hæc fuerit probationes ubi timor est mortis, vel absentiæ ut cap. *Quoniam frequenter, ut litteram in tex.* Socin: Jun: *cons. 86. n. 14. libro 2.* Rimin: Jun: *cons. 213. n. 106. lib. 2.* Regulariter enim testes recepti ante litis contestationem non probant, ut in d. cap. *Quoniam frequenter, in prin.* imò nec faciunt indicium, & pars passu ambulant cum testibus examinatis parte non citata, ut notat Bart: in l. *Maritus, n. 3. in fin. ff. de quæstion.* Non igitur mirum si concurrente etiam citationis defectu nullam fidem faciant.

40 Ampliatur secundò, ut procedat etiam in testibus receptis citato procuratore non habente mandatum, vel minus sufficiens, quia defectus
41 mandati includit etiam in se defectum citationis quoad ipsum principalem. Unde processus cum falso procuratore, principali aliter non vocato etiam ex defectu citationis impugnari potest, ut probat Vantius *de nullitate ex defectu inhabil. vel mandat. num. 61.* Idemque processus, & omnia inde sequuta sunt ipso jure nulla, l. *Licet, C. de procur.* cap. *In nostra, verf. Attendentes etiam, eodem tit.* cap. *Licet, de appell. lib. 6.* Joan: de Anan. *cons. 104. num. 2.* Rota coram Gregor. XV. *decis.*
42 *264. num. 1.* Imò defectus hujusmodi sicut citationis, & jurisdictionis dicitur magnus, & à Signatura Papæ sanari non solet, neque ex stylo Rotæ etiam refectis expensis, ut attestatur Sarnen. *in compen. utriusque Signat. num. 72.* Unde quemadmodum testes recepti in judicio manutentionis non sufficiunt, si pars nullo modo citata fuerit, ita nec sufficiunt si fuerit citatus falsus procurator, per prædicta.

44 Ampliatur tertiò, ut locum habeat etiam in testibus examinatis coram judice incompetenti, quia nec ipsi in hoc judicio manutentionis sufficiunt, ut resolvit Rota coram Cardin. Man-
45 tica *decis. 199. num. 1.* præsertim si cum defectu jurisdictionis alii quoque defectus concurrant, puta citationis, & juramenti. Quo casu nec ullum faciunt adminiculum, ut dixit Rota *decis. 129. num. 17. par. 7. recent.* allegando Abb. *hic num. 14.* Crescen. *decis. 2. de testibus*, & Osach. *decis. 69. n. 18.*

46 Ampliatur quartò, ut procedat in testibus ex quovis capite nulliter examinatis, veluti in testibus examinatis sine juramento, quia testes non jurati, & recepti sine citatione partis æquiparantur, ut notat Bald: in Auth: *Hodie, in princ. C. de juram: calumn:* & post eum Dec. *hic n. 32.* & ita indefinitè ex testibus nulliter receptis non esse concedendam manutentionem, firmavit Rota in *præalleg. Hebrien. Beneficii* coram Cardinali Lancelletto, de qua suprà, *num. 36.*

47 Sed cautè, quia etsi hoc sit verum in terminis juris communis, & Rota id generaliter dixerit; tamen hodie restringi debet ad tres nullitates memoratas, videlicet citationis, jurisdictionis, & mandati: alias enim nullitates judices attendere non debent, sed illis rejectis tenentur ad causarum expeditionem procedere, & ita in Tribunali Rotæ servari jussit Pius IV. in sua Constitutione, incipien. *in throno. §. 13. in Bullar. tom. 2. pag. 59.* & hoc ipsum postea idem Pontifex sanxit quoad omnia tribunalia, ut in alia Constitutione, quæ incipit, *Cum ad ipso. §. 13 eodem tomo pag. 80.* Quam quidem Constitutionem Clemens VIII. tandem extendit ad quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos dictionis Ecclesiasticæ, ut in Constitutione incip. *Litium disparidia in Bullar. tom. 3. pag. 23.*

48 Ioi gloss. *Inevitabili*, QUÆRO, an valeat receptio testium, si citatus ob inevitabilem ne-
49 cessitatem comparere non potuit. In hoc articulo tres sunt Doctorum opiniones. Prima opinio est glossæ nostræ in *Inevitabili*, quæ absolutè tenet receptionem non valere, quia ex justa causa detentus, non potest dici contumax; & ideo attestationes contra ipsum absentem non sustinentur, necessitate possea probata, l. *Si prætor ff. de iudic.* l. *Si finita, §. Si forte, ff. de damn. infect:* notatur in cap. *Cùm Bertoldus, §. Post modum, infrà de re judic.* & cum glossa consentiunt hic Abb; Antiq: *in fin.* Hostien: *num. 4. in ver. Necessitate*, Butr. *num. 14.* Abb. *num. 11. verf. Adverte, & num. seqq.* Sed & si anteà constaret de legitimo impedimento, testes non essent recipiendi, l. *Si quando, C. de testibus*, secundùm Hostien. *loco citato.*

50 Quinimò si judex noverit inevitabile impedimentum citati, examen est ipso jure nullum, ut hic firmant Bald: *in 3. notab.* Butr. *num. 14.* Imola *num. 6.* in gloss. *Inevitabili*, Abb. *num. 12.* & Felin. *num. 18.* per textum cum glossa in l. *Quæsitum, ff. de re judic.* qui non reperitur alibi secundùm Joann. de Imola, ubi patet impedimentum infirmitatis non levis notam judici reddere sententiam ipso jure nullam: & idem dicendum de aliis impedimentis, ut notat Bart: in l. 2. *§. fin. num. 3. ff. de custod: reor.* & in Extravag. *Ad reprimendum, in ver. Neglexerit*, & in l. 2. *num. 8. ff. de in jus vocan.* Butr. & Imola in cap. *Querelam, supra de Procur.* & hinc colligi scientiam judicis de legitimo impedimento nullam reddere sententiam non tantum diffinitivam, ut in locis proximè citatis, sed etiam interlocutoriam, qualis est hæc, videlicet receptio testium, secundùm Felin. *d. num. 18. verf. Et ex hoc dicto.*

51 Secunda opinio est Joan. Andr. *hic n. 10.* qui tenet testium receptionem non esse finditus nullam, ex quo præcessit citatio, sed non valere quoad hoc quin possit absens in personas testium objicere, ficut potuisset si fuisset præsens; & sic audietur ad opponendum etiam multa casus exceptos in cap. *Præsentium, infra eodem*, ut remittit ad notata per eum in cap. *Præsumitur, de regul. Iur. lib. 6. in Mercurial. in fine quæstionis*, ubi post multa concludit citatum personaliter, qui venire non potuit ad opponendum contra personas testium restituendum esse ad facultatem opponendi ea, quæ tunc opponere potuisset, etiamsi non præcesserit protestatio juxta formam dict. cap. *Præsentium*, & idem concludit in citato ad domum, qui non comparuit allegans se citationem ignoraffe: audietur enim ad opponendum in personas testium, licet non servaverit formam prædictæ Decretalis *Præsentium*, sicut auditur fictus contumax appellans, leg. *ab eo, C. quando, & quando iudex*; & notatur in Clem. *unic. de dolo, & contumacia*, & cum Joan. Andr. simpliciter tranlit Card. *hic num. 7.* Sed hanc opinionem in citato personaliter, & inevitabili necessitate detentor relinquit Doctores crebriori calculo, maximè Butr. *num. 14.* & plenius Abb. *n. 11 verf. Adverte.* Tum per hanc litteram, à contrario sensitibi, *si non ex inevitabili necessitate*, quæ verba apertissimè offendunt attestationes non valere quando adesse non potuit ex inevitabili necessitate, ut dixi supra *in 3. notab.* Tum quia regula est, quod gesta contra absentem legitimè impeditum sunt nulla, vel rectractanda constito de impedimento, ut cap. *Cùm Bertoldus, de re judic.* & l. 4. §. *Si forte, ff. de damn. infect.* & cap. *Querelam, de Procur.* Tum denique quia per restitutionem ad opponendum in personas testium non est sufficienter consulturn indemnitati absentis ipso impedimento detenti, cùm potuerit ab initio illos repellere ex toto, ut non subjicerentur examini, secundùm ea, quæ notantur in
52 cap. *Ex parte Ada*, & in cap. *Cùm causam, infra eodem*, & examen illud facit saltem judicium, cùm præcesserit citatio, ut notat Bart. in l. *Maritus, num. 3. ff. de quæstion.* & potuisset etiam dare interrogatoria uti melius informatus, quam judex unde totale interesse meretur totalem restitutionem secundùm eos, cum quibus etiam tranlit Felin. *hic n. 19.*

53 Fatentur tamen prædicti veram esse opinionem Joan. Andr. in secundo casu, ut scilicet citatus ad domum in illis casibus, in quibus citatio hujusmodi fieri potuit, ut restituendus ad opponendum contra personas testium si dicat se citationem ignoraffe; quia & si attestationes ipso jure valeant, cùm citatio legitima præcesserit; succurrendum est tamen illi ope restitutionis in integrum, cùm non sit versus contumax, secundùm prædicta.

54 Tertia opinio est Abb. *hic num. 12. verf. Vade dicerem*, qui distinguit sic, Aut judex sciebat impedimentum citati: & receptio testium est ipso jure nulla, ut l. *Quæsitum ff. de re judic.* cap. *Si duobus, de appellat.* & notatur in cap. *Querelam, de procur.* & in hoc casu procedat prima opinio glossæ, & sequacium. Aut judex ignorabat impedimentum: & talis receptio mero jure sustinetur, sed est retractanda saltem ope restitutionis, si hoc pars postulaverit, & de impedimento doceverit, ut notatur in dicto cap. *Querelam*, & in d. l. *Quæsitum*, maximè ubi testes possunt ex integro examinari, argum. exctus in cap. *Præsentium*, & cap. *Cùm causam, infra eod.* & videtur satis æqua distinctio, & fuit originaliter Butr. in d. l. 2. *num. 8. ff. de in jus vocan.* ubi tenet processum esse nullum ipso jure, si citatus erat constitutus in carcere, & judex hoc sciebat; sed si ignorabat, necessariam esse restitutionem, per id, quod legitur, & notatur in d. l. d. *Quæsitum*, & consentit Bald. *hic num. 12.*

55 Adverte tamen, quia impeditus ex inevitabili necessitate citari debet ut saltem comparet per procuratorem, nisi esset causa nimis gravis, ut cap. *Querelam, supra de Procur.* & notatur in l. *Veritas ff. de minor.* secundùm Innoc. *hic num. 2.* in ver. *Inevitabili*, Host. & Joan. Andr. *num. 4.* & Bellam. *in prim. in ver. Inevitabili*: licet Aretin. *contra in 5. notab.* & est similè in Episcopo, qui tenetur per seipsum statis temporibus limina visitare, ut in cap. *Ego, N. infra de juresjur.* Nam quandoque contingunt impedimenta, quæ eum excusant à personali visitatione tantùm, non autem

autem à visitatione per certum nuncium, ut intimant Joann. de Fan. & Præpos. post cum in cap. *Inter 2. ad fin. q. 3. distinct.* & scripsi plenius in d. cap. *Ego E. num. 2.*

DE TESTIBVS, & Attestationibus.

Cap. Intimavit.

SVMMARIVM.

1 *Testificari compellitur, qui juravit testimonium non dicere, si attestationes publicatæ non sunt, nec renunciatum testibus. & n. 8.*
2 *Juramentum temerarium an, & quando repellat à testimonio. & num. seqq. usque ad num. 8.*
3 *Testis in odium illius, qui eum juramento astrinxit ad non deponendum, testificari compellitur, etiamsi perseveret in crimine, & veritas per alium probari possit. & num. 7.*
4 *Sed contra alium non admittitur, nisi pœnituerit. & num. 7.*
5 *Periurus repellitur à testimonio etiam post peractam pœnitentiam.*
6 *Quod procedit in perjuro strictè sumpto, non autem in eo, qui temerè juravit, quia large tantum perjurus dicitur.*
7 *Testes publicatæ attestationis ulterius producendi non sunt.*
9 *Nisi per viam restitutionis in integrum.*
10 *Subtrahens adversario copiam probationum ab habeatur pro convicto, & causam perdat.*
11 *Testis subtractus ab adversario habetur pro producto, perinde ac si contra eum deposuisset. & num. seq.*
12 *Instrumentum si alicui subtractum fuerit, statur illius juramento, vel ex arbitrio boni viri juramentum deferatur.*

1 INTIMAVIT. Qui juravit testimonium non dicere, nec auxilium, nec consilium præbere, testificari compellitur, si attestationes publicatæ non sunt, nec est renunciatum testibus producentis. Hoc dicit, Baldus, In prima ponitur partis querela. In secunda Papæ proviso, ibi, *Ideoque.*

2 Nota primò ibi, *Qui sunt juramento adstricti.* Tellem, qui temerarium præstitit juramentum, à testimonio non repelli, prout hic notat glossa post figurationem casus, ut in ver. *Juramento*, & Bald. *num.* 2. Verum Innocent. in cap. *Constitutus, il primo, in princ. infra eod.m*, tenet hoc procedere modum accusati, qui juramentum extorsit; creditur enim ad veritatem celandam hoc procurasse, vel saltem ab alius procuratum esse de illius voluntate, secundum terminos d. cap. *Constitutus*: alias verò temerarium perjurium non repellit à testimonio, cap. *Quoniam, 1. 1. q. 3.* l. *Eum qui, ff. de mun.* Idem firmant in d. cap. *Constitutus* Host. *num.* 1. & Butr. *num.* 6. quia licet in criminalibus testes non compellantur, cap. *Horum infra de testibus cogen.* & ideo juramentum de testimonio non prohibendo videatur habere fomentum juris: tamen cum testi liberum sit testificari si voluerit, malum est, & contra bonos mores, & contra jus publicum hanc sibi facultatem adimere, & se jurejurando constringere ad testimonium non ferendum, d. cap. *Quoniam*, & cap. 1. *de crim. falsi.*

3 Sed Abbas in d. cap. *Constitutus, n.* 4. & Felin. *hic n.* 7. sic distinguunt, & bene, videlicet, An testis producitur contra partem, quæ illum juramento seduxit ad non testificandum: aut producitur contra alium. Primo casu in odium extorquentis illicitum juramentum admittitur testis ad deponendum etiamsi in crimine perseveret: & in hoc primo membro conveniunt Innoc. & omnes, qui si reus excipiat de crimine perjurii seu temerarii juramenti, competit producenti explicatio de paritate criminis contra eum, qui fuit in causa, & dolo inducendo testem ad temere jurandum, ut cap. *penult.* & cap. *final. infra de adulter.* Quinimò hoc casu non tantum admittitur tellis, sed etiam compellitur, ut hic patet in fin. etiamsi veritas per alios probari possit, ut contra Butr. & nonnullos antiquos bene deducit Felin. *hic n.* 1. respondens ad verba hujus textus, *si necesse fuerit.*

4 In secundo autem casu subdistingue: nam aut testis adhuc perseverat in suo temerario juramento: & non debet contra alium admitti, quia perseverat in crimine, cap. *Testimonium, infra eod.* Aut est emendatus, & hoc casu post peractam pœnitentiam admitti potest ad testificandum, etiam contra alium, quia hujusmodi crimen non est publicum, sed de gravioribus, ut colligitur ex textu, & glossa in cap. *Qui Sacramento, 22. quæst. 4.* & non omne crimen repellit à testimonio, ut in dicto cap. *Testimonium.*

5 Et hinc collige notabilem limitationem ad Regulam, quæ habet, perjurium indistinctè etiam post pœnitentiam peractam repelli à testimonio, ut in prædicta Decretali *Testimonium*, & ibi gloss. in ver. *Perjurii.* Procedit enim in perjuro strictè, & propriè sumpto, id est in eo, qui falsum juravit, ut in cap. *Homines, 22. q. 2.* Aut venit contra licitum juramentum, juxta cap. *Querelam, de jurejuran.* non autem in illo, qui juravit temere; quia licet talis etiam dicatur perjurus, ut cap. *Sicut nostri, de elect.* cap. *Si aliquid, in fin.* & *per totam, 22. q. 4.* tamen non est perjurus strictè, & propriè, sed largè ut dict. cap. *Sicut*, & hic notant Felin. *num.* 8. quæ limitatio est ex mente glossæ in cap. *Venerabilem, in ver. Perjurium, supra de elect.* quæ notabiliter declarat Regula, quòd perjurus repellatur à testimonio, ut non procedat in perjuro, qui temerè juravit, juxta textum in dicto cap. *Sicut nostri*, & ibi similis glossa in ver. *In causa*, eamdem distinctionem originaliter posuit Hostien. in d. cap. *Testimonium, num.* 9. *infra eodem*: ubi concludit temerarium juramentum nunquam repellere à testimonio contra eum, qui juramentum extorsit: sed contra alium ita demum repellere si jurantem non pœnituit: alias verò juramentum temerarium à testimonio non repellit, sicut nec à dignitate: & subdit ita communiter DD. sentire: & eum sequitur Abbas ibidem, *num.* 3. *post medium, vers. Hanc opinionem*, & hoc teneas.

Secundò

8 Secundò nota, si testimonium eorum publicatum non est. A contrario sensu post publicatas attestationes, illicita testificata testes non esse ulteriùs producendos, ut hic, & in cap. *Constitutus, il secundo, vers. Cum materia*, & in cap. *Petrus, supra eodem.* Gloss. hic in ver. *Earum*, & in
9 Clem. 2. *in ver. Producere, de testibus.* Sed hoc limitant hic Innoc. Host. Joan. Andr. Bald. Butr. & communiter DD. nisi per viam restitutionis in integrum ex clausula generali, *si qua mihi justa causa esse videbitur*, de qua in l. 1. *ff. Ex quibus causis majores*, quia per ipsam succurritur publicationi, ac renunciationi, præsertim præstito juramento, quòd hoc malitiosè non peratur, ut hic per eos, quod latius prosequitur Felin. *n.* 2.

10 Ultimò nota ibi, *Testimonium recipere non possunt.* Eum, qui subtraxit adversario copiam probationum, non haberi pro convicto, nec causam perdere, & ita ad hoc ponderat hunc text. Bal. *num.* 2. nam si perderet causam, non esset opus iterum testes examinari, cujus contrarium hic statuitur; licèt fateatur contra subtrahentem oriri præsumptionem, quia conatur veritatem celare: subdens hoc esse bene notandum: & eum sequitur Felin. *hic circa finem, vers. Ultimò dicit.* Idem voluit glossa *ult.* in l. *Providendum, C. de postulan*, & fuit opinio Vincentii, & Philippi in cap. *Pervenit, il primo, infra eodem*, quam dicit communem Felin. in cap. *Cùm venerabilis, num.* 2. *de except.* & Boer. alios citans *decis.* 292. *num.* 3.

11 Sed oppositum è diametro tenuit hic Innoc. in princ. per textum in dicto cap. *Pervenit*, ubi idem tenet Hostien, *num.* 1. *in ver. Ostendit, infra de testibus cogen.* & *per* 5. *Tria, 3 quæst. 7*, & hoc sequitur Bart. in d. l. *Providendum, in antiqua lectura, in fin.* & Angel. in l. 1. §. *Si verò, ff. de eo, per quem factum erit.* Et fuit opinio glossæ ultimæ in dicto cap. *Pervenit*, dum dixit, testem ab adversario subtractum haberi pro producto, perinde ac si contra eum deposuisset. Et eum sequitur ibi Cardin. *num.* 2. *&* 3. ea ratione, quia licet credendum est juramento illius, qui volebat producere instrumentum et subtractum, vel deferendum est illi juramentum arbitrio boni viri l. *Si quando, C. Vindic.* l. *Si de possessione*, & ibi Cyn. *C. de probat.* cap. *final. quod metus caus.* Eodem modo credendum est illi, cui testes subtracti sunt, vel deferendum est ei juramentum, quasi testis habeatur pro producto, secundùm eum.

Tu verò pro concordia opinionum distinguè, ut plenè scripsi in quæstione facti in dicto cap. *Pervenit, à num.* 10. *usq. ad num.* 23. & præcipuè *num.* 15. *infra eodem.*

DE TESTIBVS.

Cap. Licet universis.

SVMMARIVM.

1 *Judæus nil potest probare minus, quam per duos testes fideles, & honestos, agat contra Christianum. & n.* 13.
2 *Testes in multis causis plures quàm duo requiruntur, sed nunquam sufficit unus. & num.* 4. *&* 13.
Declaratur. n. 7. *&* 11. 12. *usq. in fin.*
3 *Judæi testimonium contra Christianum non admittitur.*
4 *Testes ultra duos in multis casibus sunt necessarij, sed in nullo casu ultra tres, si habeant quantitates à jure requisitas, & explicatas ex Divina, jure duorum, &c. & n.* 7.
5 *Leges civiles requirentes majorem numerum, quàm duorum, vel eorum testium valent, & ventantur approbatæ à Canone.*
Contrà, num. 7. *& num.* 9.
6 *Princeps Laicus ex magna causa potest statuere contra præcepta moralia affirmativa, vel saltem judicialia.*
Contrarium, num. 11.
8 *Testes ultra in multis casibus requiruntur.*
10 *Ecclesia potestas non extenditur ad peccatum.*
12 *Lex civilis, quæ in diversis requirit septem testes, non valet ex defectu potestatis.*
13 *Testis unius quàmvis legitimus non probat.*
14 *Quod locum habet in omnibus causis tam prophanis, quàm spiritualibus.*
15 *Testimonio unius creditur, ubi de nullo præjudicio agitur, puta an aliquis sit baptizatus, an Ecclesia sit consecrata.*
Idem si agatur de modico præjudicio. n. 17.
Idemque pluribus aliis casibus, remissive. num. 19.
16 *Clericatus potest probari per unum testem.*
18 *Testis unius sufficit ad probandam possessionem in judicio manutentionis.*
20 *Testis unus in judicio præsumptionem induxit.*

1 LICET UNIVERSIS. Judæus nil potest probare minus, quam per duos testes fideles, & honestos. Hoc dicit Joan. And. Bellamer. Butr. Cardin. Anchar. Imol. & Joan. de Anan, vel generaliùs secundùm Bal. & Felin.
2 neque Judæus, neque Christianus fundat probationem ad decisionem causæ per unum testem tantùm; quia licet aliquando requiruntur plures, nunquam sufficit unus.

3 Nota primò, Judæum fragat contra Christianum, nihil probare posse per minorem numerum, quàm duorum testium probatæ vitæ, & laudabilis conversationis, ut hic est casus secundùm Aretin. & alios. Non ergo admittitur testimonium Judæi, vel criminoli, cap. *Si hæretici*, cap. *Non potest*, & cap. *Pagani, 2. quæst. 7.* cap. *Judæi, supra eod.* & infrà cap. *Proximè.* & cap. *Testimonium*: & hic notant gloss. 2. Host. *num.* 1. *vers. Fideles conversationis*, & plerique alii.

Secun-

4 Secundò nota multas esse causas, quæ plures quam duos exigunt testes, sed nullam esse causam, quæ unus testimonio, quamvis legitimo terminatus probit, ut dicitur in littera, & sic authoritas Divinæ Scripturæ legis: *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.* Deuteron. 17. & 19. Matthæi 18. Joann. 8. exponi debet, id est non pauciorum, secundum glossam *hic* in verbo *Duorum*, & Joan. Andr. *num. 2. in verb. in ore duorum*, Bald. *n. 1. verf. Nam.* In verba; & sic authoritas Divina non excludit, quin possint esse plures, similis glossi,
5 habetur *in summa 2. quæst. 4.* Quinimò ex hac littera colligunt idem Bald. *num. 5. verf. in text. ibi*, Aretin. *num. 8. in 4. notab.* & Felin. *num. 1. post*
6 *med. verf. supra sic unum dicit*, valere leges civiles requirentes majorem numerum, quam duorum, vel trium testium, & censeri approbatæ à Canone. Ex ex hoc inferunt Aretin. & Felin. ne Princeps secularis ex magna causa possit statuere contra præcepta moralia affirmativa, vel saltem judicialia condendo legem.

7 Sed salvâ reverentiâ tantorum Patrum, verum videtur authoritatem illam, *in ore duorum, vel trium, &c.* esse referendam non modo ad minorem numerum, quàm duorum, sed etiam ad majorem, quam trium, ita ut æquè repugnet Juri Divino, si unicus testis sufficiat, atque ut requirantur plures quam tres, ut probat irrefragabiliter text. in cap. *Cùm esset, supra de testam.* ubi leges humanæ requirentes numerum septem, vel quinque testium in ultimis voluntatibus dicuntur esse contra legem Divinam, quâ scriptum est, *in ore duorum, vel trium, &c.* & sic authoritas illa aperte intelligitur etiam de excessu ultra numerum trium. Nec refragatur hæc Decretalis, quia non dicit dari causas, quæ plures, quam tres exigant testes (hoc enim esset manifestè contra jus Divinum) sed dicit dari causas, quæ plures exigunt quàm duos, quod non repugnat legi Divinæ, quia Divina lex non dicit præcisè, *in ore duorum, &c.* Sed alternativè *duorum, vel trium*, & sic relinquit legi humanæ determinandum quando non sufficiant duo, sed requi-
8 rantur tres; ideoque lex humana tam Ecclesiastica, quam sæcularis providè ordinavit in multis casibus duos testes non sufficere, sed necessariò tres esse adhibendos, ut patet in dicto cap. *Cùm esset, de testam.* ubi in testamento ad non pias causas non sufficiunt duo testes, sed ultra eos requiruntur etiam præsentia Presbyteri Parochialis. Idem patet in deposito pecuniæ, vel alterius rei excedentis libram auri, in quo tres testes requiruntur, ut in Auth: *de instrum. cauc. & fid. §. Si quis agitur*, & in Authen. *Si quis vult, C. qui potiores in pignore habeant*; Speculat. *in tit. de teste, §. Restat, num. 5. verf. Item in pecunia depositione.* Idem in contestimine inventarii, ubi similiter non sufficiunt duo testes, sed requiruntur tres, ut in Auth: *de hæred.* & Falcid. §. *Si verò absunt, &c §. Sanctimus*, l. *Sanctimus*, §. *Si verò desint, C. de jure deliber.* Speculat. *ubi supra num. 5. verf. Item in inventarii confectione*, & in aliis casibus ibi per eum relatis, & per Farinac. *in prax. criminal. quæst. 63. cap. 5. per totum.* At nullus omnium datur casus, in quo tres testes non sufficiant, dummodò sint omni exceptione majores, vel habeant qualitates à jure requisitas: Ideoque non obstat cap. *Prælat. 2. quæst. 4.* ubi ad condemnandum Cardinalem Episcopum requiruntur vigiuti septem testes, quoniam ille textus intelligendus est ubi testes sunt suspecti, ut dicit ibi Gratian. *in §. seq.* Hoff. *hic num. 3.* & Joann. Andr. *num. 4. verf. In glossa terra*, Roman. *singular. 277. infin.* Abbas in cap. *Per tua, in fin. de major. & obedient.* vel certè dispositio d. cap. *Præsul*, procedit de juris rigore, qui non est servandus secundum Hoffiens. &
9 Joan. Andr. *ubi supra.* Item non obstat quod secundum leges in testamentis de jure civili requirantur septem testes, & in codicillis, & donatione causâ mortis requirantur quinque, ut hic in glossi. in verbo *Quædam.* Quoniam hujusmodi leges tanquam adversantes Juri Divino, & naturali, ac nutrientes peccatum declarantur irrationabiles in dicto cap. *Cùm esset, de testam.* ut ibi dicit in *quæst. de cœcu. à num. 4. usque ad num. 142.* Unde patet verum non esse quod dicunt Bald. Aretin. & Felin: leges civiles, de numero septem testium esse approbatas à Canone, id est in hoc cap. Imò enim sunt improbatæ in dicto cap. *Cùm esset*, & cum foveant peccatum, approbatione potuissent, quia potestas Ecclesiæ non extenditur ad peccatum, cap. 1. 40. *distinct.* cap.
10 *Sic fit*, ibi. *& ideo per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum*, &c. 7. *quæst. 1.* & in his terminis tradit Abb. in dicto cap. *Cùm esset, num. 30.* Nec eis suffragatur hoc cap. Quia loquitur de testibus ultra duos, sed non ultra tres, ut ostensum est supra *num. 7.* & sic non respondit tacitæ objectioni, quæ posset fieri de testamentis, & codicillis. Quemadmodum nec verum est quod Aretin. & Felin. affirmant de potestate Principis statuendi
11 contra præcepta moralia affirmativa, aut saltem judicialia. Imò enim præcepta moralia cùm sint juris naturalis, immutabilia sunt. §. *Hinc ergo*, & ibi glossi. *1. 6. d. ff.* S. Thomas in 4. *sent. dist. 2. quæst. 1. art. 4. quæst. 1. ad 2.* Præcepta verò judicialia non est opus ut tollantur durante Principis, quia sunt evacuata per Adventum Christi; & quamvis non sint mortifera, sunt tamen mortua, ut idem docet in 1. 2. *quæst. 103. art. 4. & quæst. 104. art. 1.*
12 Minus obstat text. in l. *Nullum, ff. de divort.* ubi in divortio septem requiruntur testes: & notat Speculat. *in d. tit. de teste, §. Restat, num. 6. in fin. verf. Item in divortio*, Nell. *de testibus, num. 8. 4. verf. In divortio.* Etenim divortii causa spiritualis est, & ad Ecclesiam pertinet, cap. *Mulierum, 33. quæst. 5. cap. 1. in fin. de consanguin. & affinitat.* cap. *Accedentibus, de excessibus prælatur.* cap. *Audito, de præscription.* Concil. Tridentin. *sess. 24. de Sacram. Matrim. Can. ult.* illa lex ponit falcem in messem alienam, nec valet ex defectu potestatis, secundum communes theoricas Doctorum in cap. *Petitum, infra de novi operis nunciat.* & in cap. *Ecclesia sanctæ Mariæ, supra de Constitut.* hæc de prima parte textus.

13 Quo verò ad secundam partem ponitur regula universalis negativa, videlicet, nullam esse causam, quæ unus testimonio quamvis legitimo terminetur: & de hac præcipuè loquitur Divinæ legis authoritas secundum illud Deuteron. 19. *Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit; sed in ore duorum, aut trium stabit omne verbum*, concordat cap. *Admonere*, ibi. (Quoniam nec illa Divina, humanaque lex unius testimonio etiam

etiam ido neo quemquam condemnat, vel justificat) 33. *qu.* 2. cap. *In omni*, & cap. *Venient, supra eodem.* Imo vox unius vox nullius, ut dicitur in l. *Iura jurando, C. de testium.* Speculat. *in tit. de teste, d. §. Restat, num. 7.* Roman. *singul. 672.* incip. *Dilium nunc*, Marsil. *singular. 47.* incip. *Testa,*
14 *& vulgaris*: & locum habet hæc regula in omnibus causis tam profanis, quam spiritualibus, ut notat Abbas in cap. *Cùm dilectus, num. 4. de success. ab intestat.* Anton. de Butr. in dicto cap. *In omni, num. 7.* & in dicto cap. *Venient, num. 4.* plenè Tiraquell. *de retrac. exig. in princ. verf. Satiandæ ratio est.*

15 Cæterum gloss. 3. hic notabiliter declarat propositum regulam, ut locum sibi vendicet in alterius præjudicium, in quibus terminis loquitur lex Divina ubi supra, & Deuteron. 17. ibi, *Nemo occidatur contra eum unus testimonio dicente*: & jura superius citata. Secus verò ubi de nullius præjudicio agitur, quia in his creditur testimonio unius, puta utrum aliquis ut baptizatus, cap. *Parvulos*, & cap. *Cùm itaque, de consecrat. distinct. 4.* An ecclesia sit consecrata, cap. *Si omnitates*, & ibi gloss. in verb. *Nec certè testes, de consecrat. distinct. 1.* Speculat. *in tit. de teste, §. Restat, num. 8. verf. Nona*, gloss. *final.* in cap. *Nuper*, & ibi etiam Bald. *num. 40. infra eod.* Et idem Baldus
16 *hic num. 4.* qui ex hoc infert Clericum posse probari per unum testem, quia talis actus de se, & sui natura nemini præjudicat. Sequitur Felin. *num. 1. in fin.* Covarr. *practic. quæst. cap. 33.*
17 n. 3. Et idem est si agatur de modico præjudicio. Aymon. *cons. 182. Videtur, num. 15. verf. Alibi scribit*, Anton. Gabriel. *communi. conclus. in tit. de testibus, concl. 2. n. 7.* & hinc est, ut possessio in judicio manutentionis per unum testem sufficienter probetur. Grat. *cons. 110. n. 8. dub. 2.* Seraph. *dec. 1526. n. 1.* Rota *in recent. decis. 51. n. 8. par. 1. & decis. 15. n. 15. par. 6.* Et prædictis addit Speculat. *in d. tit. de teste, §. Restat. n. 8.* ubi ad propositam regulam, quod testis unicus non probet, ponit 10. limitat. & *n. 12.* concludit præmissos casus esse speciales, & sæpè ant fidem adiberi extra judicium, puta ubi de nullius præjudicio
20 agitur. In judicio verò præsumptionem inducere ad hoc habes jura ibi allegata in glossi. *cit.*

DE TESTIBVS, & Attestationibus.

Cap. Constitutis, il primo.

SVMMARIVM.

1 *Intestium producendi partem impedientes excommunicari possunt.*
2 *Consanguinei si impediant testes attestari punitur reus, de cujus voluntate hoc fieri præsumitur. & n. 5.*
3 *Juramentum de non testificando contra aliquem, non est obligatorium. & sur. & n. seq.*
4 *Veritatem in judicio occultare est mortale peccatum.*
6 *Delictum consanguinei, amici, vel famuli præsumitur commissum de voluntate illius, in cujus commodum resultat.*

Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.

Dummodò habeat causam continuam, seu successivam: secus si delictum sit momentaneum. n. 8.
7 *Domestici præsumuntur non facere nisi quod placet majori suo.*
9 *Hæc tamen præsumptio admittit probationem in contrarium.*

1 CONSTITUTIS, il primo, Excommunicari possunt qui partem impediunt in testibus producendis. Hoc primo, & denunciandi sunt testes non teneri juramento
2 de veritate tacenda. Hoc secundo, & si consanguinei impediunt testes actoris, punitur reus, de cujus voluntate hoc fieri præsumitur. Hoc dicit tertiò secundùm Joann. Andr. & alios post eum. Secunda pars ibi, *illos.* Tertia ibi. *Si qui autem.*

3 Nota primò, ibi, *juramento hujusmodi non teneri*, juramentum de testimonio contra aliquem non prohibendo non esse obligatorium, & denunciandum esse testem hujusmodi juramento minimè teneri. Butr. *hic in 2. notab.* Abbas *num. 2.* Joann. Andr. *ex omnibus in Summo. textus*: & ita hic est casus contra opinionem Laurentii, qui dicebat testem juramento adstrictum à parte ad non testificandum contra ipsam, teneri juramentum sium servare, nec esse cogendum deponere super negotio principali, sed tantummodo super coactione, ut notatur in cap. *Pervenit, il primo*, in glossa in verb. *Commentum, infra de testibus cogen.* Sed hoc expresè reprobatur hic & concordat cap. *Intimavit, supra eodem*, & cap. *Olim*, ubi de hoc, *infra de accusat.* Ratio est, quia licet in criminibus testes non compellantur, cap. *Dilectorum*, & ibi glossa magna, & DD. *de test. cogen.* tamen non possunt se juramento adstringere ad testimonium non ferendum, secundùm Abb. *hic num. 2.*
4 hujusmodi enim juramentum est illicitum, ac temerarium, nec servari potest sine interitu salutis æternæ, quia in judicio veritatem occultare est culpa lethalis, cap. *Quæsivit, 11. quæst. 3. cap. 1. infra de crimin. falsi.* & Reipublicæ interest peccata nocentium esse nota, l. *Eum qui, ff. de injur.* cap. *Ex famo, de sentent. excommun.* quæ rationes adducit glossa *cit.* in dicto cap. *Intimavit, supra eodem*, & in dicto cap. *Olim, in ver. de tacenda veritate*, item gloss. *hic in ver. Sentiri*, Hoff. *num. 1.* Abb. *d. n. 2.* & idem Abb. in d. cap. *Pervenit, in 1. notab. de test. cogend.* & Felin. in d. c. *Intimavit, in 1. not. supra eod.*

5 Secundò nota, quia verisimile non videtur præsumptionem esse contra accusatum, si ejus consanguinei accusatorem impediant in testibus producendis: & ita hic est casus secundum Abb. Antiq. *in princ.* Jo. Andr. & omnes *in Summ. textus*, Propterea enim ille Archiepiscopus jubetur suspendi ab officio Pontificali, quia id factum præsumitur de illius voluntate, nec caret
6 scrupulo societatis occultæ, ut in littera; & hinc generaliter collige delictum commissum à consanguineo, vel amico, aut famulo in dubio præsumi perpetratum de voluntate ipsius consanguinei, amici, vel domini, in cujus commodum, seu utilitatem resultat; præsumitur enim contra ipsum ex quo potuit prohibere, & non prohibuit; & ideo est puniendus, ut in textu, & no-

tant gloss. *in ver. Verificabit*. Hostien. *num. 4.* Bart.
7 *in 5. notab.* Auchin. *num. 5.* & Abb. *in rubr. notabil.* Nam ut inquit Baldus *num. 21.* præsumitur quod illi de domo non faciant nisi illud,
8 quod placet majoribus. Verum Abbas *hic* aliter hoc intelligit, & bene, dummodo impedimentum, & delictum habeat causam continuam seu successivam; prout in casu hujus Decretalis; secus verò si delictum sit momentaneum. & ita intelligit cap. *Qua præsumptione*, 1. q. 1. & hanc declarationem Abbatis sequitur Barbatia in l. *Si mora, n. 12. ff. solut. matrim.*
9 Hæc tamen præsumptio, quæ resultat ex delicto domicilii, non est juris, & de jure, sed juris tantùm, ideo admittit probationem in contrarium, ut hic notat gloss. *in ver. Verificabit*, & Bald. *num. 1.*

In textu ibi, *tanquam offendant se causam fovere*. An inhibrahens adversario copiam probationum perdat litem, & habeatur pro convicto, & quia pœna pro inhibitione ipsa sit puniendus, scripsi latissimè in quæstione facti in dicto cap. *Inveniens in certa quæst. de iudiciis* ubi plenè videas.

DE TESTIBUS.

Cap. Præsentata.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio expirat, si judex recedat à loco, in quo debet judicare, & transferat sedem locum, in quo tenetur residere, & nab. & 12.*
2 *Collatio beneficii facta à Vicario Episcopali postquam à diœcesi potest ut Vicarius, abierit, & ad locum sui Canonicatus se contulit, an valeat, & num. seqq. infra.*
3 *Domicilium ut contrahatur, requiritur animus perpetuo habitandi.*
4 *Animus perpetuo habitandi quando præsumatur.*
5 *Domicilii translatio ex quibus probetur.*
6 *Domicilium Clerici facit præsumitur in loco beneficii residentiam requirentis.*
8 *Ad domicilium contrahendum non sufficit sola animus declaratio sine alia probatione.*
9 *Proinde ut alium substituens non remanet amplius procurator.*
10 *Vicarius egrediens locum Vicariatus animo non redeundi, censetur officio renunciare.*
Si Legatus egrediatur provinciam animo non redeundi an expiret munus legationis. ibid.
11 *Absentia atque cum obligatione alibi remanendi, mortis æquiparatur.*
12 *Vicarius Episcopi habens speciale mandatum ad conferendum beneficia, potest ea conferre etiam extra diœcesim.*
13 *Nisi per absentiam extra diœcesim Vicariatus expiraverit.*
14 *Collatio beneficiorum non potest demandari ab Episcopo nisi Vicario Generali.*
15 *Beneficia conferendi facultas Vicario attributa non transit in Successorem.*

PRÆSENTATA. Summatur, & dividitur, ut per Joan. Andr.

1 In textu ibi, *in Archiepiscopi Ebredunen. assumptum*. Nota jurisdictionem expirare, si judex recedat à loco, in quo debet judicare, & transferat se ad locum, in quo tenetur residere ratione beneficii sibi collati, prout hic recessit ille arbiter electus in Archiepiscopum, ut latius dicam infra *num. 11.*

2 Ex quo infero ad quæstionem. An collatio beneficii facta à Vicario episcopali, ubi erat Vicarius, recessit, & ad locum sui Canonicatus se contulit, ut valida, necne.

3 Contigit hic casus in Vicario Episcopi Placentini, qui beneficium contulit postequam recessit è diœcesi Placentina, & migravit ad ecclesiam alterius Episcopatus, in qua erat Canonicus. Et responsum est collationem esse nullam, quia constabat eum transtulisse domicilium ad locum Canonicatus, cùm haberet animum ibi perpetuò habitandi, ut requiritur ad contrahendum domicilium, l. *Cives, C. de incol. lib. 10.* Abb. in cap. *In num. 8. infra de Parochis*. Felin. in cap. *Dilectus filius, ii secunda num. 12. in 2. limitat. vers. Et*
4 *hoc, supra, de rescript.* Tamen enim talis animus ex sola habitatione non præsumatur, nisi fuerit decennalis, ut notat gloss. *unic.* in l. 1. *C. de incol. lib. 10.* Angel. *consil. 27. Quidam Villar. num. 2.* Doctores in dicto cap. *final. de Parochis*. Felin. in dicto cap. *Dilectus filius, num. 11. vers. Primus casus*, tamen brevis temporis habitatio sufficit ad talem animum præsumendum, si cum habitatione concurrant conjecturæ significativæ domicilii, Abb. *loc. cit.* Marian. Socin. in cap. *fin. de foro compet. num. 26. vers. Si verò habitatio*, Felin. in dicto cap. *Dilectus filius, num. 11. vers. Secundus casus*: quæ sane conjecturæ in casu nostro abundè concurrunt.

5 Primò quidem, quia recessit de diœcesi cum rebus suis: quod demonstrat animum domicilium transferendi, ut notat Bart. in l. *Domicilium, num. 1. ff. Ad municipal.* & in l. *Assumptio, §. Iurisprudentium, num. 2. eodem tit.* Abb. *in loco supracit.* Marian. Socin. in d. cap. *fin. in 5. principali quæstione, n. 54.*

6 Secundò, quia transtulit se ad locum valdè distantem à diœcesi Placentina, quod magnopperè confert ad judicandum quem non habere animum revertendi, arg. hujus cap.

7 Tertiò, quia Vicarius obtinet in loco, ad quem profectus est beneficium obligans ad residentiam: unde præsumitur ibi manisse animo perpetuò habitandi: nam jura valdè prona sunt ad præsumendum domicilium Clerici in loco beneficii residentiam requirentis, secundum Innoc. & alios in cap. *Ex ore, de privil.* Felin. in d. cap. *Dilectus filius, num. 2. in 2. conclus.* Socin. in d. cap. *final. in 4. principali quæst. in secundo membro principali, num. 22.* Cùm enim Clericus in tali beneficio ad residentiam teneatur, nisi præsumeretur ibi velle habitare, esset præsumere culpam, & delictum, contra l. *Merito ff. pro soc.* & quamvis hic Vicarius jam visus sit neglexisse residentiam quo tempore Vicariatum exercuit, cùm tamen posteà resipiscens de ea diœcesi recesserit, & ad locum beneficii se contulerit: utique præsumendus est potius voluisse satisfacere ob-

obligationi residentiæ necessariæ, quàm muneri Vicariatus dependenti à mera voluntate, arg. l. 3. 4. & l. *Si quid ex famosis ff. de solut.* præsertim quia quanto diutius abesset à residentia, tantò graviores pœnas incurrebat ex Decreto Concilii Tridentini *cap. 12. sess. 24.*

8 Quarto, cùm hic Vicarius ad locum beneficii reversus declaraverit se nolle redire ad diœcesim Placentinam, cessat omnis difficultas: nam in hac materia sola declaratio sufficit ad animi probationem absque alia exceptione temporis, Abb. in d. cap. *final. de Parochis, in fin.* Felin. in d. cap. *Dilectus filius, num. 12. vers. Secundum casum.* Quod sine dubio procedit, quoties cum declaratione concurrit etiam habitatio declaranti, ut in casu nostro, secundum Marian. Socin. qui ita conciliat opiniones in d. cap. *final. de foro compet. in 6. principali quæst. num. 25.*

Quintò, quia nunquam est reversus: unde præsumitur animum non revertendi ab initio habuisse. Cravet. *cons. 105. Pernoctatio arguit, num. 4.*

Neque obstat quòd idem Vicarius fuerit protestatus se velle retinere officium Vicariatus. Quia talis protestatio non est arrendenda, cùm sit contraria tot factis, ex quibus resultat tam animus non recedendi à loco beneficii, quàm etiam tacita renunciatio muneris Vicariatus, ut infra dicetur: & ideo renunciatio hujusmodi per talem protestationem non tollitur, nec impeditur, cap. *Cum M.* et ibi dixi *num. 19.* post gloss. *in ver. Præjudicio*, Innoc. *num. 1. Compost. n. 6.* & alios communiter *supra de Constit.* & probatur aperte in cap. *Solicitudinem, de appellat. prope fin.* ubi appellans, qui comparet coram judice à quo, & propterea censetur tacitè renunciare appellationi; quamvis compareat, & simul declaret se velle appellationem prosequi; nihilominus renunciatio inducitur non obstante prædicta declaratione.

9 Rursus non obstat, quòd Vicarius alium sui loco substituerit: quia inde colligitur potius habuisse animum non revertendi, nec perseverandi in officio, in quo alium substituebat: sicut dicimur de procuratore, qui si ex facultate sibi tradita alium substituat, quasi non habeat animum negotium prosequendi, non remanet amplius procurator, cap. *Ex qui, de procuratoribus, lib. 6.* l. *Vere procuratores, §. Quid ergo*, & ibi Bart. *num. 4. de solut.* Vant. *de nullitat. in rit. de nullitat. ex defect. in actibus, seu mandat. num. 104.*

Constat igitur de domicilio in eod. loco per hunc Vicarium contracto, & de animo ibi perpetuò manendi, & ex consequenti nunquam redeundi ad diœcesim Placentinam, in qua Vicariatus officium ante discessum exercebat.

10 Quo posito sequitur, ut per talem discessum desierit esse Vicarius, ejusque officium, & jurisdictio expiraverit. Quod probatur optimè simili de Legato, qui est Ordinarius, quemadmodum & Vicarius, cap. 2. *de offic. legat. lib. 6. Si enim* is provincia egrediatur animo non redeundi, expirat munus legationis, gloss. in cap. *Præsenti, in ver. Emittat, eod. tit. & lib.* Villadieg. *de legat. quæst. 16. num. 7.* Gambar. *eodem tract. lib. 9. nu. 5.* & quamvis Hostien. in cap. *Novit, de offic. legat.* videatur intelligere gloss. de legato non tantùm egresso è provincia, sed etiam revocato; quem sequitur Archidiac. in d. cap. *Præsenti, in 2. col. in ver. Emittat*, & ibi Joan. Andr. *in 2. col. in gloss. in ver. Hic præsertim ea opinio*, quod revocatio non requiratur, videtur esse verior: alias hic modus mittendi legationis per egressum de provincia animo non redeundi non esset diversus à præcedenti relato per gloss. ut considerat ibid. Joan. de Fant. quem refert, & sequi videtur Geminian. in eodem cap. *Præsenti*. Verum etiamsi opinio Hostiens. & Archid. vera esset in legatos tamen quatenus pertinet ad casum nostrum, probaret potius nostram sententiam: nam ipse dicunt ideo per solum recessum de provincia animo non redeundi non expirare legationem, quia cùm legatus possit compelli invitus ad munus legationis obeundum, l. *Munerum, §. Indicandi, ff. de muner. & honor.* sequitur ut quemadmodum expressè renunciare non potest legationi, ita nec possit renunciare tacitè per hujusmodi egressum de provincia: Unde Doctores apertè sentiunt eum, qui potest renunciare expressè suæ jurisdictioni, censeri illi tacitè renunciare egrediendo è loco, ubi eam exercet animo non redeundi. Et propterea cùm Vicarius de quo agitur, non solùm non posset invitus compelli ad suscipiendum officium Vicariatus ab Episcopo, cui non erat subditus, sed potius cogi deberet ad residentiam in loco beneficii, consequens est, ut sicut expressè ipse renunciare poterat Vicariatui, ita egressus à diœcesi animo extra eam perpetuò manendi, eidem Vicariatui tacitè renunciare censeatur.

11 Confirmatur id per textum in hoc cap. *Præsentata*, quo in terminis nostris probatur, eum, cui mandata est jurisdictio, si de loco recedat, ubi erat exercenda, & ad locum, in quo tenetur residere, proficiscatur, non habere amplius jurisdictionem, unde post *Felin. ibi* notat Felin. *num. 2.* absentiam à loco cum obligatione alibi
12 residendi mortis æquiparari. Et quamvis Felin. dicat id intelligendum esse quoad actus, qui non possunt explicari extra territorium, collatio autem beneficii fieri potest à Vicario habentis speciale mandatum etiam extra diœcesim, ut resolvunt Dominici de Rota *decis. 5. incipien.*
13 *Nam quod Vicarius, de Offic. Vicar. in am. g.* Tamen quoad casum nostrum satis est ut indicetur revocatio Officii Vicariatus; inde enim sequitur etiam revocatio facultatis conferendi beneficia.
14 Expiravit itaque Vicariatus officium, & ita corruit etiam facultas conferendi beneficia, quæ præsumitur ab episcopo eidem tributa contemplatione officii Vicariatus; quia non potest episcopus talem facultatem tribuere alteri, quàm Vicario Generali, gloss. in cap. *fin. de offic. Vicar. lib. 6. in ver. Commissa*, & in cap. *Deliberationi, in ver. Cuicumque, de offic. Legat. eodem libro*, Oldrad. *cons. 77. Quod verò Episcopus, num. 1.* Archid. in cap. *statutum, in 2. col. in ver. Generaliter, de Prebend. lib. 6.* Rota *decis. 287. in antiqua*. Et ita cùm talis facultas posset esse inutilis si conferetur tributa contemplatione personæ, & non officii; præsumitur episcopus contemplatus officium ut valeat actus. Decius post alios in cap. *Quantam Abbat. num. 49. de offic. Delegat.* & per consequens non transit quidem in
15 successorem, licet concessa sit contemplatione dignitatis, ut communiter tenent Doctores in

d.cap. *Quemadmodum*, ubi Decanus *num*.51. sed expirat per revocationem Vicarii, tanquam accessoria ad ejus dignitatem extinctam. Et ita communem opinionem declarat Abbas in dicto cap. *Quemadmodum*, n.11. *in fin.* & Felin. *itidem* n.7. *vers. Sed primo*, præsertim cùm fine Vicariatus hæc facultas stare non possit, ut per Doctores supracitatos.

Cavit igitur Vicarius facultate conferendi beneficium, de quo agitur. Et propterea ejusdem collatio facta ab episcopo, licet posterior, prævalere debet, cap. *ult. supra de suppl. negligen. Prælator.* cap. *Congregatio*, & ibi gloss. *elit. de elect.* Innoc. in cap. *Considerantes*, n.3. *vers. De hac electione, eod. tit.* Bellain. *cons.* 10. Fallum est tale, Ioannes, *in* 6. *dubia*, n.44. & seq. facit cap. *Non præsumat, de regul. jur. lib.* 6.

DE TESTIBVS.

Cap. Venerabili.

SVMMARIVM.

1 *Testes diligenter, & sigillatim sunt examinandi, præsertim si agatur de vita, & miraculis canonizandi. & n.* 15.
2 *Canonizatio utique posset pro Sancto, copulativè requiruntur sanctimonia vita, & miracula.*
3 *Miraculum ad hoc ut sufficienter probetur ad effectum canonizationis, quatuor requiruntur.*
4 *Miracula ex vi verborum, aut ex vi parentelæ ad canonizandum non sufficiunt.*
5 *Testes nisi seorsim examinentur, testimonium non valet, & cæt.*
6 *Testes deponere non debent per eumdem præmeditatum sermonem.*
7 *Testes omnes in publicatione testamenti evadunantur.*
8 *Examen testium super vita, & miraculis canonizandi potest communiter in partibus.*
9 *Commissarii ad testes examinandos an subdelegare possint.*
10 *Ecclesia in canonizatione Sanctorum an possit errare. & n.seqq. usq. in fin.*
11 *Papa in particularibus actionibus potest errare. & n.*29. & 37.
12 *Errare potest qui utitur media fallibili.*
*Declaratur. n.*30.
13 *Opera, quæ sunt communia bonis, & malis, non possunt testimonium perhibere de sanctitate alicujus.*
*Declaratur. num.*41.
14 *Iudicium Ecclesiæ aliquando sequitur opinionem, quæ sæpè fallit, & fallitur.*
15 *Quod præcellit etiam in Ecclesia universali in his, quæ ad fidem non pertinent.*
*Declaratur. n.*40. & 42.
16 *Ecclesia quantum potest, debet se conformare judicio Dei.*
17 *Romana Ecclesia numquam à tramite Apostolicæ traditionis errasse probatur.*
18 *Papa ante diuum canonizationis induxit populum adorandum, ut Deus non permitat ipsum errare in hoc negocio. & n.*43.
20 *Corpora multa Sanctorum veneramur in terris, quorum anima cruciantur in inferno.*
*Declaratur. n.*44.
21 *Iudicium aliud est secundùm præsens inspectum, aliud secundùm æternam sententiam.*
22 *Homo videt quæ foris apparent, Deus autem intuetur cor.*
23 *Credens ut loquitur, etiamsi falsa loquatur, fideliter loquitur, & è converso.*
24 *Papa canonizando aliquem secundùm informationem sibi factam, quantumcunque vera non approbet, tamen non errat.*
*Contrarium. num.*27.
25 *Errare nihil aliud est, quàm unum pro alio putare. & n.*26.
26 *Scire dicimur non solùm quæ videmus, sed etiam quæ ab aliis audivimus, & quæ vehementer opinamur.*
30 *Papa in his, quæ spectant ad fidem, vel ad statum universalem totius Ecclesiæ, errare non potest. & n.* 40. & 42.
31 *Canonizatio Sanctorum est ex his, quæ spectant ad statum universalem totius Ecclesiæ. & n.*38.
32 *Error damnabilis in Ecclesia esse non potest.*
33 *Mendacium aliquod si in Scriptura Canonica admittatur, mutabitur fides nostra, quæ ex illa dependet.*
34 *Hæreticum est sentire contra determinationem Concilij.*
35 *Iudicium eorum, qui præsunt Ecclesiæ, potest errare in quibusdam, si persona eorum tantùm respiciantur. Secus si consideretur Divina Providentia.*
36 *Papæ iudicio in determinationibus fidei magis standum est, quàm quorumlibet sapientum in scripturis opinioni.*
38 *Canonizatio Sanctorum est medium inter diffinitiones fidei, & alias sententias, quæ ad particularia facta pertinent.*
Hanc, quam Sanctis exhibemus, est quædam fidei professio. ibid.
39 *Opinio media eligenda.*
40 *In Canonizatione Sanctorum Divina Providentia præservat Ecclesiam, ne media fallibili attestationum fallatur.*
43 *Oratio fit ad Ecclesiæ etiam ut impleantur, quæ quæ Deus promisit, & infallibilia sunt.*
45 *Error circa Reliquiarum approbationem non est præsumendus maximè in Ecclesia Romana.*

1 VENERABILI. Diligenter, & sigillatim examinandi sunt testes, præsertim si agatur de vita, & miraculis canonizandi. Hoc dicit. In prima parte ponitur petitio. In secunda testium recipiendorum commissio, ibi, *discretioni.*

2 Nota primò ibi, *super vita, & miraculis*: ad hoc ut quis canonizari possit ut Sanctus, duo copulativè esse probanda per depositionem testium fide dignorum, nempe sanctimoniam vitæ, & miracula, ut hic per Butr. *in* 1. *notabili.* Abb. *num.* 1. *vers. Et ex hoc*, & Felin. *num.* 1. & est expressum in Constitutione Gregorii IX. *Cum dicat Dominus*, §. 3. *in Bullar. rom. t. pag.* 53. de quo die latius, ut scripsi in cap. 1. *num.* 3. *infra de reliq.*
3 *& vener. Sanctor.* Et aude hic quatuor requiri, ut miraculum sufficienter probetur ad effectum canonizationis. Primum est, ut ex Deo nò ex arte procedat, neque ex Diabolo: nam quandoque etiam per malos miracula fiunt, cap. *venerunt*, 1. *quæst.* 1. & cap. *Prophetarum*, & cap. *Item Balaam*, 2. *quæst.* 7. Secundum ut sit contra, id est, supra naturam, sicut pater de virga Moysis conversa in Colubrum. & de Asina loquente ad Balaam,
4 cap. *Cùm ex injuncto*, §. 1. & 2. *infra de hæret.* Tertium ut non fiat ex virtute verborum, sicut accidit in Sacramento Eucharistiæ, cap *Ratio*, & cap. *Quia corpus*, & cap. *In quibus, de cons. distin.* 2. cap. *Cùm Martha*, §. *Quæsitum, infra de celebrat. Missar.* Adde neque ex vi parentelæ, ut in Rege Franciæ secundùm Felin. *hic num.* 1. Sed ex merito hominis hoc contingat. Quartum ut sit ad corroborationem fidei: herba enim transit in vitium ministerio hominis, sed propter hoc fides Catholica non corroboratur; & ideo ad canonizationem faciendam nisi hæc quatuor simul concurrant, facta miracula non prodessent, secundùm Hostien. *hic num.* 4. *vers. Ad hoc autem*, cujus verba ad litteram transtulit glossa in cap. *omnis. ver. Sedes Apostolica. post med. vers. Et quantum ad hoc, de reliquiis, & venerat. Sanctor. lib.* 6. & Troil. Malv. *in tract. de canonizat. Sanctorum*, in 3. *dubio principali, num.* 38. & *num.* 46. ubi testatur prædicta quatuor communiter approbari per canonistas.

5 Secundò nota ibi, *sigillatim*, testes præcipuè in causis canonizationis esse sigillatim examinandos, id est non duos simul, sed unum seorsim ab alio: alioquin testimonium non valeret, ut tenet glossa 2. & Abb. *num.* 5. in cap. *Cùm causam, supra eodem*, Specul. *in tit. de teste*, §. *Hunc tractandum, in princ. & vers. Sed pone*: & hic notant gloss. *in figuratione casus, in fine*, Joan. Andr. *num.* 2. *in ver. Sigillatim*, Butr. *num.* 5. Abb. *num.* 1. *vers. Nota quod testes*, & Felin. *num.* 3. Et hoc multiplici ratione. Primò quia sic liberius proferunt veritatem, ut notatur in cap. *Quia propter, supra, de elect.* ubi habetur simile. Secundò quia melius possunt convinci de falsitate exemplo Danielis, qui secretò, & separatim examinavit Senes, accusantes Susannam, & de falsitate convicit. Daniel. 13. 51. arg. cap. *Ex tenore, supra eodem.* Si enim essent simul, unus posset ab alio instrui, & ipsum sequis & tamen testes deponere non debent per eumdem præmeditatum sermonem, l. 3. *ff. de testibus.* Quæ ratio habetur hic in gloss. 2. *hic*, & communiter approbatur. Tertiò ne ipsis forsan altercationibus, vox contradictoria foris audiatur, arg. cap. *In causis, supra de elect.* & sic partes discere possint testificata: in quo casu non esset amplius locus productioni testiū, cap. *Vltra tertiam, infra eodem*, cap. *Constitutus*, 6.
7 *fin. supra, de constit.* Et tamen casus in quo omnes coadunantur, in publicatione scilicet testamenti l. *Publicati*, C. *de testam.* Ita Hostiens. *hic*, & Joann. Andr. ambo, *num.* 2. *in ver. Sigillatim*. Butr. *num.* 6. & Abb. *num.* 3. Qui tamen refellit tertiam rationem, remittens ad notata in d. cap. *Vltra tertiam, infra eod.*

8 Tertiò nota ibi, *examinare curetis*: ad probandum vitam, & miracula alicujus canonizandi, non requiri ut testes ex longinquo perducantur ad curiam Romanam, sed licitè posse examen committi in partibus, prout Papa hic fecit,

secundùm Abb. *num.* 2. & sic servatur, ut patet in Constitutione Gregorii IX. de qua supra n. 2.
9 & in aliis pluribus. An autem illi Commissarii examen hujusmodi possint alteri subdelegare, Franciscus Buttrinus, alias Bonaguida putabat non posse ob arduitatem negotii, & industriam electam, arg. cap. *fin. supra de off. deleg.* Sed Joann. Andr. *hic, num.* 3. cum quo Abb. n. 2. Et alii transeunt, dicit in hoc tenendum esse quod habetur, & notatur in Clem. *Indicet, de offic. deleg.* ubi distinguitur, an sit judex super receptione testiū, & tunc subdelegare possit alteri vices suas, ut ibi in litera: An verò nudus minister ad examen expediendum, & non possit, ut ibi plenè notatur in glossa 1.

10 Dubitari solet; an Ecclesia in Canonizatione Sanctorum possit errare.

Varia sunt opiniones. Prima opinio est Canonistarum, qui frequentius opinati sunt hunc casum posse contingere ut Ecclesia error in Canonizatione Sanctorum, licet non sit credendum. Idque non obstare supponit Innoc. *in c.* 1. *num.* 4. *infra de reliquiis, & venerat. Sanctor.* & expressè affirmat ibi Host. *num.* 10. *circa fin. vers. Quid si Ecclesia errat*, gloss. *in cap. omnis, in ver. Sedes Apostolica, ante med. vers. Et si Ecclesia, eod. in titul. lib.* 6. plenè Felin. *hic n.* 2. & ex Theologis licet
11 obiter, Card. Cajet. *in tract. de indulgent. cap. 8. circa fin. vers. Præsumit enim Ecclesia*, ubi sic ait (Sicut potest interevenire error humanus in Canonizatione alicujus Sancti, ut S. Thomas dicit, ita potest interevenire error humanus in collatione indulgentiæ. Si quis autem putet Romanum Pontificem non posse errare in suis particularibus actionibus, &c. putet quoque ipsum non esse hominem) hæc ille.

12 Primum, & præcipuum hujus opinionis fundamentum est, quia qui innititur medio fallibili, potest errare, cap. *Lator*, & cap. *Consequentes, supra de re judic.* sed Ecclesia in Canonizatione Sanctorum innititur judicio humano, cùm inquirat per testes de vita, & miraculis canonizandi, ut hic patet, & judicium humanum est fallibile, cùm testes possint esse falsi, & corrupti, cap. *sicut, supra de testib.* Ergo Ecclesia in canonizatione Sanctorum potest errare.

Secundò pro hac opinione arguitur, quia nullus potest esse ita certus de statu alicujus, sicut ipsemet de se, quia quæ sunt hominis, nemo novit nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ut dicitur primo ad Corinth. 2. *Sed nemo non potest per certitudinem scire de seipso, an sit in statu salutis*; dicitur enim eccles. 9. *Nemo scit verum dignum sit odio, vel amore.* Ergo longè minùs id potest scire Papa, & consequenter potest in canonizando errare.

13 Tertiò pro eadem opinione arguitur, quia opera, quæ sunt communia bonis, & malis, non possunt testimonium infallibile perhibere de sanctitate alicujus, arg. l. *Nec natales*, C. *de probat.* & l. *Non hoc*, C. *Vnde legit*. Sed jejunia, orationes, & eleemosynæ, ac alia multa bona opera sunt communia bonis, & malis, cap. *Nihil enim, de Consecr. distinct.* 5. cap. *Odi*, 24. *quæst.* 1. Ergo per opera hujusmodi Papa non potest per certitudinem scire, an aliquis sit canonizandus ut Sanctus, & per consequens in canonizatione errare potest.

14 Quarto ad hanc partem inducitur textus in cap. *A nobis, si secundo, infra de sent. excom.* quem in proposito adducunt Hostien. Joann. Andr. & Felin. *loco citato*, ubi hæc legitur (judicium Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & falsam sæpe contingit, & falli, propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus; & qui liber est apud Deum, ecclesiastica sententia iniquo datus) Hæc ibi, quemcextum Abb. *ibidem num. 2.* intelligit procedere non tantum in Ecclesia particulari, sed etiam in Ecclesia universali, in his, quæ ad fidem non pertinent, quia eadem est ratio: nam Ecclesia universalis sequitur aliquando opinionem cùm de occultis divinare non possit, cap. *nn. infra de Eccles. Benefic.* Unde etiam Concilium, per quod universalis Ecclesia repræsentatur, errare potest excommunicando forte Prælatum, qui non erat excommunicandus ex causa latente, & sequitur Felin. *hic n. 2.*
16 *vers. sed facium.* Nec refragatur quòd Ecclesia debeat se conformare judicio Dei, ut dicitur in d. c. *nunc in prim.* Dei autem judicium veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, semper innititur, d. c. *A nobis.* Quoniam debet se conformare quantum possit, sed interdum non potest, ut in oc-
17 cultis, d. cap. *nn.* Abb. & Felin. *ubi supra.* Quod si urgeres: Ecclesia universalis errare non potest, c. *A vetusta*, ibi, *nunquam errasse probatur*, 24. *quæst.* 1.
18 Respondent Abb. & Felin. illud debere intelligi in fide, & articulis fidei: nam pro hoc tantum oravit Christus ad Patrem, Luc. 22. *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua.* Sed in occultis errare potest ut in juribus suprà citatis.

19 Quinto multum habet ponderis, quòd antequam deveniatur ad ultimum actum canonizationis, scilicet diffiniendo illum, de quo agitur, Sanctum esse, & Sanctorum catalogo adscribendum, & tamquam Sanctum esse venerandum, Papa, Fratres, & totus Clerus, & populus convenient statuta die ad aliquam certam Ecclesiam, & Summus Pontifex sermonem facit recitans processum, & inducit populum ad orandum, ut Deus non permittat ipsum errare in hoc negotio, ut attestantur Hostien. in cap. 1. *n. 5. vers. Nono*, & Joan. Andr. *num. 4. eodem vers.* Ergo Papa agnoscit se posse errare in negotio canonizationis; aliquam ad quid cum populo deprecaretur Dominum ne hoc permitteret: nam frustra precibus impetraretur, &c. l. 1. C. *de Vindicat. lib. 10.* glos. 1. in cap. 1. *suprà de rescript.*

20 Ultimò pro hac parte adducitur illud Augustini. *Multa corpora Sanctorum veneramur in terra, quorum animæ cruciantur in inferno*: ut hic per Felin. *num. 2. vers. Pro hac parte.*

21 Secunda opinio est Augustini Triumphi *de potest. Eccles. cap. 14. art. 4.* ubi ait duplex judicium posse dari de homine, unum scilicet secundùm præsentem justitiam, aliud secundùm æternam sententiam. Differunt autem hæc duo judicia, quia per primum judicat homo habens pro teste exteriorem evidentiam: Scriptur enim Joan. 7. *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi ab ipso audierit, & cognoverit prius quid faciat?*
22 Per secundum autem judicium judicat Deus habens pro teste interiorem conscientiam, quia homo judicat quæ foris apparent, Deus autem intuetur cor, 1. *Reg.* 16. Præterea differunt hæc duo judicia, quia in primo quatenus non invenitur quid reprehendat homo, seu quid culpabile sit per hominem judicantem; potest tamen inveniri quid reprehendat Deus, & quid culpabile sit in conspectu Dei. At in secundo nihil invenitur reprehensibile, nec culpabile, nec per
23 Deum, nec per hominem. Papa ergo canonizando aliquem sanctum secundùm præsentem justitiam non errat, quia sic credit esse Sanctum, prout informationem recipit secundum allegata, & probata sibi. Nam, ut inquit Augustinus *in epist. 35. ad Severum Abbatem.* (Qui sic creditur ut loquitur, etiamsi falsa loquatur, fideliter loquitur: qui autem non credit quæ loquitur, etiamsi vera loquatur, infideliter loquitur)
24 Ad hoc cap. *Homines*, & c. *seq. 22. quæst. 2.* Quantumcumque igitur Summus Pontifex non vera approbet canonizando, vel approbando aliquem sanctum, ex quo fideliter, & vera approbat secundùm informationem sibi factam, non errat: Eamdem opinionem complectitur Troil. Malvet. *in tract. de Canonizat. Sanctor. n. 3. lib. principali num. 48. vers. Sed quidquid sit*: nam errare nihil aliud est, quam pro alio putare, cap. *In quibus, 22. q. 2.* & est, glos. 1. relata ad textum in c. *Quamvis, 38. dist.* præcedente probatione Sanctitatis vitæ, & miraculorum quis non potest putare unum pro alio, quia hoc esset crassum, & sapinum putare, cùm ipsa probatio miraculorum concludat videntem præsumptionem sanctitatis; & sic non solùm excludat errorem, imò includat scientiam. Scire enim dicimus non solùm quæ videmus, sed etiamquæ ab aliis audimus, cap. *Hæc videtur, 2. quæst. 5.* Item ea, quæ non ambiguimus, sed vehementer opinamur, l. 2. §. *Idem habeo, ff. de aqua plur. arcen.* sequitur ergo ut Ecclesia, cui facta fuerit talis probatio sanctitatis vitæ, & miraculorum, non possit putare unum pro alio; & per consequens errare non poterit, secundùm eum; qui tamen remittit se ad Cardin. Turrecr. *de potest. Papæ quæst. 41. alias 51.*

27 Cæterum hæc sententia admittit posse contingere ut aliquis Sanctus ab Ecclesia canonizatus sit in inferno; atque ita quoad rei substantiam non discrepet à prima opinione, licet dissentiat in hoc, quod putat eo casu Ecclesiam non errare: cujus contrarium asserunt Auctores primæ opinionis. Quod & verus videtur: nam si canonizatus esset in inferno, utique Ecclesia putaret aliud pro alio, hæc fideliter; putaret enim Sanctum esse, qui sanctus non est, & sic er-
28 raret, ut in d. c. *Inquibus, 22. quæst. 2.* Præterea hæc distinctio videtur destrui per textum in d. c. *A nobis, si secundo, de sent. excom.* nam quando Ecclesia absolvit non absolvendum, vel ligat non ligandum, quamvis vite, & recte procedat secundùm allegata, & probata; tamen illius judicium dicitur falli, ut illic patet. Adidem, *ibi ita. 35. quæst. 9.* & cap. *Latus, infra de re judic.* ubi Ecclesia dicitur decepta. Facit text. in cap. *Cùm olim, §. Nos igitur, eodem tit.* cap. *Tua ex litteris, §. 1 vers. Præsertim, suprà de restit. in integr.* & cap. *Cùm olim, de dol. & contum.*

29 Tertia opinio primæ opposita fuit Joannis de Neapoli *in quodl. 11.* relata à S. Antonino, *in 3. part. tit. 12. §. 2.* qui dixit ea, quæ facit Papa cum Cardinalibus, esse duplicis generis. Quædam enim

enim sunt quæ pertinent ad particularia facta particularium hominum: hujusmodi sunt collationes beneficiorum ecclesiasticorum, promotiones ad gradus, dignitates; & sententiæ pro aliquibus, vel contra aliquos latæ; & in talibus Papa potest errare: & ratio est, quia cùm sit purus homo, & viator, & non confirmatus in gratia, inordinatè potest afficiad aliquos, & potest decipi per falsas probationes, & attestationes, ex quibus procedit in hujusmodi actionibus; & sic potest errare, & ad hoc facit quod dicetur in dict. cap. *A nobis*, videlicet quod judicium eccle-
30 siæ & fallit, & fallitur. Quædam verò sunt, quæ facit Papa pertinentia ad Statum universalem totius Ecclesiæ, vel quantum ad fidem, ut sunt determinationes, & declarationes, quæ spectant ad fidem, & articulos; & Ecclesiæ Sacramenta, & omnia alia contenta in sacra Scriptura; vel quantum ad bonos mores, ut sunt statuta, decreta, & decretales: & in talibus quamvis absolutè positis solis personis Papæ, & Cardinalium, Papa cum ipsis possit errare; suppositat tamen Divina Providentia, & Spiritum sanctum loqui per Ecclesiam, credendum est Papam non posse
31 errare, quia Christus oravit pro Ecclesia Luc. 22. *Ego pro te rogavi Petre ut non deficiat fides tua*: & dicere, in hujusmodi Papam errare, esset hæreticum; & ad hoc facit quod dicitur in c. *A recta fide, 25. q. 1.* & ad illud secundum genus dicit ipse pertinere canonizationem Sanctorum, qui proponuntur per canonizationem ut exemplar & fidei & sanctæ vitæ, & ab omnibus adorandi, & in necessitatibus invocandi.

32 Huic opinioni suffragatur etiam quod in Ecclesia non potest esse error damnabilis, dict. c. *A recta*, cap. *Hæc est fides*, cap. *In sede*, & cap. *Cum beatissimus, 24. quæst. 1.* Sed hic esset error damnabilis si coleretur tanquam Sanctus, qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata ejus, crederent hoc esse falsum, & si ita contingeret, possent ad errorem perduci. Ergo Ecclesia canonizando
33 Sanctos non potest errare. Præterea, ut inquit Augustinus *in Epist. ad Hieronym.* Si in scriptura Canonica aliquod mendacium admitatur, mutabitur fides nostra, quæ ex scriptura Canonica dependet: ad hoc cap. *Si ad Scripturam, 9. dist.* & c. *Quæ vero, 23. quæst. 5.* Sed sicut tenemur credere
34 illud, quod est in sacra Scriptura: ita illud, quod est communiter per Ecclesiam determinatum; Unde hæreticus judicatur qui sentit contra determinationem Conciliorum, cap. *Sicut, 15 dist.* Ergo communis judicium Ecclesiæ erroneum esse non potest. De hac tamen tertia opinione vide quod dicam *infra numer. 39.* Quarta opinio
35 est B. Thomæ in *quodl. 9. artic. ult.* qui mediam viam sequutus, docuit aliquid posse judicari possibile, secundùm se consideratum, quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile invenitur (Judicium ergo eorum, qui præsunt Ecclesiæ, potest errare in quibusliber, si personæ earum tantum respiciantur. Si verò Divina consideretur Providentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit, ut non erret, licut ipse promisit Joan. XIV. quod *Spiritus veritatis docebit omnem veritatem*, de necessitate scilicet ad salutem certum est quod judicium Ecclesiæ universalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impossibi-
36 le est. Unde magis standum est judicio Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quam in judicio proferri, quam quorumlibet sapientum in scripturis opinioni; cùm Caiphas, quamvis nequam, tamen quia Pontifex, legatur etiam in-
37 ictus prophetasse. Joan. XI. In aliis verò sententiis, quæ ad particularia facta pertinent, ut cùm agitur de possessionibus, vel de criminibus vel de hujusmodi; possibile est judicium Ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio verò
38 Sanctorum medium est inter hæc duo: quia tamen honor, quem Sanctis exhibemus, quædam professio fidei est, qua Sanctorum gloriam credimus; pie credendum est, nec etiam in his judicium Ecclesiæ errare posse) Hæc S. Thomas, cui consentiunt Cardin. Turrecr. *in Summa de Eccles. seu de potest. Papæ, q. 51. & 73.* & hoc præmittit *libro 2. num. 110.* S. Antonin. *in 3. part. tit. 12. c. 8. §. 2.* Melchior Can. *lib. 5. de locis Theologic. c. 5.* Sylvest. in ver. *Canonizatio, num. 2. circa fin.* Fabrena, *in eod. ver. nu. 2.* Covarr. *var. resolut. lib. 1. c. 10. n. 13.* & fusius omnibus Ambros. Catharin. *in peculiari libello hujus quæstionis.*

39 Hæc opinio mihi valdè probatur, tum quia est D. Thomæ, qui in hujusmodi secretis semper aut ratione, aut revelatione fuit edoctus, antequam scriberet, & cujus doctrina fuit per Ecclesiam approbata, ut apud Sylvestrinum ver. *Omissa primo, num. 9. vers. Et ideo circa illam quæstionem*, & in ver. *Lex, §. 13. in 3. dicta.* Tum quia est media inter primam, & tertiam opinionem ad invicem oppositas, arg. l. *Antiqui, ff. de pars. hæredit. petit.* Deflectit enim à prima, quia S. Thomas negat Ecclesiam in canonizatione Sanctorum errare posse, quod prima opinio affirmat absolutè, & minus rationabiliter. Deflectit verò à tertia, quia S. Thomas docet pie credendum esse Ecclesiam in hoc errare non posse: sed tertia opinio asserit, ita credendum ex necessitate salutis, & sic damnat primam opinionem tamquam hæreticam, quod plana durum videtur, cùm habeat sectatores primarios Canonistas, & doctissimum Cajetanum, & articulus hominum ab Ecclesia diffinitus; per id, quod habetur, & notatur in c. *Cùm Christus, infra, de Hæretic.* & per hunc in c. *Sententiam, suprà, de crimin.* ubi ait (Si Sancti diversas opiniones inter se habeant in hac, quæ ab Ecclesia non sunt diffinita, licitum esse cuique quod vult dicere) *Cujus dictum secundum* ibi Holt. *n. 3.* & Baram. *1. 30. C. de Pœn. Iud. qui mal. judic.* Ad hoc c. *Neque, 9. dist.*

Superest nunc respondere ad argumenta in contrarium adducta pro prima opinione.

40 Non obstat igitur primum. Quoniam, ut respondet S. Thomas *de quodlib. 9. art. ult. ad 2.* Divina Providentia præservat Ecclesiam ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur; & ut inquit Covarr. *loco citato*, pie credendum est Summum Pontificem in perscrutandis ejus, qui in Sanctos est referendus, & miraculis, & gestis, ab ipso Spiritu sancto instrui: ad hoc c. *Qui contempsit*, & c. *Frustra, 8. distin.* c. *Inquitur, 24. quæst. 1.* c. *Quis nesciat, 11. dist.*

Non obstat secundum, quia Pontifex, cujus est canonizare Sanctos, potest verificari de statu alicujus per inquisitionem vitæ, & attestationem miraculorum, & præcipuè per instinctum Spiritus sancti, qui omnia scrutatur etiam profunda Dei. Ita S. Thom. *loco citato in responsi. ad primum.*

41 Non obstat tertium, quia ut respondet Augustin. Triumph. *de potest. Eccles. quæst. 14. art. 4. ad 2.* (Quamvis per illa opera non possint discerni boni à malis, quia jejunia, & orationes, & eleemosynæ possunt fieri bono animo, & malo: sunt tamen quædam opera, quæ habent circumvoluntam malitiam, nec possunt bono animo fieri, ut opera prohibita à lege divina, per quæ boni discernuntur à malis, juxta illud Matth. 7. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* A talibus ergo si aliquis homo immunis fuerit inventus, & comprobatum fuerit in bonis operibus habuisse semper constantiam, & supra modum humanum excellentiam secundùm præsentem justitiam, potest in Sanctum canonizari cum attestatione miraculorum) Hæc ille. Sed esto bona opera per se non perhibeant testimonium infallibile sanctitatis, tamen divina Providentia præservat judicium Ecclesiæ ne fallatur, ut dictum est supra in *resp. ad primum.*

42 Non obstat quartum, nempe c. *A nobis, il secondo, de sent. excom.* Quoniam procedit in his tantùm, quæ pertinent ad particularia facta, non autem in his, quæ concernunt statum universalem totius Ecclesiæ, qualis est canonizatio Sanctorum ut constat ex dictis supra *in 3. & 4. opinione*, & est ex mente Host. in d. c. *A nobis, n. 3.* dum dicit illum textum non habere locum in Ecclesia generali simul congregata, quæ nunquam errare potest, c. *Accita, 24. q. 1.* consentit ibi Jo. Andr. *num. 4.*

43 Non obstat quintum, quia oratio fit ab Ecclesia, etiam ut impleantur, quæ Deus promisit, & infallibilia sunt, sicut Samuel in cinere, & sacco postulabat impleri quod promiserat Deus, non quod esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligentem, & negligentia pateret offensam, ut est textus singularis in cap. *Prædixerat, de pœn. dist. 1.*

44 Non obstat ultimum, Tum quia dictum illud licet passim tribuatur Augustino, tamen hoc negant Covar. & alii. Ac præterea esto illius author fuerit Augustinus, tamen secundùm Covar. *ubi supra* dum dixit, multa corpora Sanctorum veneramur in terris, quorum animæ cruciantur in infernis, hoc tantùm intellexit, videlicet nos venerari multa corpora, quæ putamus esse Sanctorum ab Ecclesia canonizatorum, & tamen non sunt illorum, sed potius damnatorum hominum, & fortasse infidelium Latronum, Sicariorum, & hujusmodi. Judicium ergo Ecclesiæ in hoc non fallitur, quia diffinit aliquem esse Sanctum, puta D. Hieronymum; sed non diffinit tale corpus esse D. Hieronymi: & fieri potest, ut anima, quæ illud corpus informabat, fuerit alterius,

45 & crucietur in inferno. Licet nec circa approbationem reliquiarum error sit præsumendus, ut ibi per eum, maximè in Ecclesia Romana. Ad hoc c. 1. *infra de reliq. & vener. Sanct.* & notat per Joan. Andr. in c. *A nobis, il secondo, num: 4. de sent. excomm.*

DE TESTIBVS.

Cap. Non debet.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus criminaliter pendente accusatione non potest in testem produci, nisi in criminibus exceptis.*

2 *Et quæ sint hujusmodi crimina.*

Item non potest alium accusare, nec Ordines suscipere, nec esse alterius procurator, n: 1. & 9.

3 *Secus si fuerit accusatus civiliter.*

4 *Quod verum est si sit emendatus de crimine, nec eum comitetur infamia.*

5 *Cum accusatur quis de crimine, statim gravatur ejus opinio.*

6 *Accusatio civilis infamiam non irrogat, nec repellit à promotione.*

7 *Testimonium, accusatio, & Ordo æquiparantur in repellendo.*

8 *Accusationis pendentia præjudicat in quærendis, sed non in quæsitis.*

NON DEBET, Ponit regulam, & casum exceptum, quam secundò probat per duo similia, ibi, *Cùm etiam*

1 Joann. Andr. Quæsitum fuit utrum accusatus criminaliter pendente accusatione possit in testem produci. Et respondet Papa non posse; quia nec alium accusare, nec Ordines suscipere po-

2 test, juxta primum dictum, Fallit in criminibus exceptis. Hoc dicit. Baldus Et quæ sint crimina excepta, vide hic plenè per Abbat. Antiq. *à num: 1. usque ad n. 6.*

3 Nota primò ibi, *De crimine*: Accusatum ita demum repelli à testificando, & aliis, de quibus in littera, si fuerit accusatus criminaliter ad pœnam seu vindictam; secus ergo si civiliter ad interesse, ut hic notant gloss. 1. *ante tuedium verf. Fraterea ex eo.* Innocen. Hostiens. & Joan. Andr. omnes *in princ.* Bald. *num. 3.* Abb. & Joan. de Anan. in *summario textus*, & reliqui omnes. Quod verum est, secundùm gloss. & Host. *ubi supra*, si sit emendatus de crimine, & eum non

4 comitetur infamia, ut in cap. *Testimonium, supra eod.* & arg. cap. *Per tuas, infra de simon.* Ratio differentiæ est, quia cùm aliquis accusatur de crimine, statim gravata est ejus opinio, ut hic dicit

5 gloss. 1. *in princ.* & est textus in cap. *Tanta Daniel, 81. dist.* ubi id notant Archid. Bellam. Turrecr. Gemin. & Præpositus, omnes *in princip.* Unde nil mirum si repellatur à testimonio, ut hic, & in c.

6 *Testimonium, supra eod.* At verò accusatio civiliter intentata infamiam non irrogat, ut cap. *Tua, supra de Procurat.* & cap. *Super his, infr. de accusat.* Unde nec refellit à promotione, ut notat Innoc. in cap. *Qualiter, il secondo, in gloss. magna, verf. Et notandum tres, eodem tit.* & ex facto respondit Gemin. *cons. 77. Quia super promissis, num: 4. verf. Tertia, ratione tansa, & leg.* & not. in d. c. *Testimonium, sup. eod.*

7 Secundò nota ex hac Decretali testimonium, accusationem, & Ordinem æquiparari in repellendo, secundùm gloss. *hic ante medium, verf. Ex hac enim Decretali.*

8 In glossa magna pro intellectu textus fac regulam, quod pendentia accusationis præjudicat in quærendis, sed non in quæsitis, arg. l. *Pluribus, §. Et si placeat ff. de vet. Obligat. l. prima, §. Quamvis autem, ff. de postul.* & *§. ult. 15. quæst. 1.* & ita hanc regulam constituunt in cap. *Omnipotens de accusat.* Petr. de Anchar. *numer: 2.* Joann. de Anan. *numer. 3.* Mar. Socin. *eodem numer.* & Felin.

9 *in 2. not.* Et propterea accusatus non potest esse testis, nec alium accusare, nec ad Ordines, vel dignitates promoveri, nec esse alterius procurator, ut in glossa, quia in his agitur de quærendis, sed bene potest bona sua administrare, testamentum condere, pecunias sibi debitas exigere, instrumenta conficere si sit Tabellio, & alia id genus; quia in his agitur de quæsitis, ut scripsi in prædicta Decretali *Omnipotens, n. 7. 8. & 9. de accusat.* ubi plenè videas.

DE TESTIBVS Cogendis.

Cap. Pervenit, il primo.

SVMMARIVM.

1 *Testis compellitur fraudem illius detegere, qui probationes copiam adversario subtrahit.*

2 *Testes compelluntur etiam in criminali, quos accusatus malitiosè accusatori subtraxit.*

3 *Accusari quis potest eodem libello de duobus criminibus capitalibus.*

4 *Testis, qui juravit contra aliquem non testificari, juramento non obstante debet compelli.*

5 *Juramentum de testimonio contra aliquem non ferendo est illicitum, ac temerarium.*

6 *Reipublicæ interest peccata nocentium esse nota.*

7 *Instrumentorum appellatione veniunt etiam testes.*

8 *Procedit in materia tantùm secus in restringibili.*

Testis occultans dotis suæ quæ pœna puniatur, idem.

9 *Testis in criminali compellitur testificari an fuerit adstrictus à parte ad non deponendum.*

10 *Archiepiscopus, qui processum contra se fabricatum subtraxit, an habeatur pro convicto de criminibus, de quibus fuit accusatus, an vero, & quæ pœna pro subvertione sic puniendus, & nu: seqq. usque in fin.*

11 *Corpus delicti constare debet etiam si reus verò, vel sibi sit confessus, nec aliàs potest secuti condemnatio, & num: seq.*

12 *Confessio facta vel præsumpta non potest magis operari, quam vera.*

13 *Corpus delicti constare debet, ut damnari possit eunuchus, qui in vim statuti, vel consuetudinis habetur pro confesso.*

14 *Probationes adversario subtrahens ostendit se iniquam litem sovere.*

15 *Et pro confesso haberi debet.*

Sed contra num: 18.

Distinguitur, num: 19.

16 *Judicem qui contra se corruptore litem perdit, sive privata sit lis sive publica, sive fiscale.*

17 *Subtrahens instrumenta præsumitur habere malam causam, nec est opus aliud probare ad eum convincendum.*

20 *Stupri pœna de jure Canonico est depositio.*

21 *Adulterii pœna depositio, est perpetua detrusio in monasterium.*

22 *Fornicationis simplicis pœna quæ sit.*

23 *Subtrahens adversario probationes experiri debet in se indicii auctoritatem elusam.*

24 *Pœna surripientis instrumenta, & scripturas publicas est legis Cornelia de falsis.*

25 *Nisi scriptura subrepta sint nulla, & infirmet.*

26 *Causæ omnes sive contra Episcopos debent esse speciales, & manu Papæ signata.*

27 *Auditer Camera generalem habet facultatem procedendi contra Episcopos, eosque puniendi absq. Signatura Papæ, & num: seqq.*

Etiam pro delictis, pro quibus veniret imponenda pœna depositionis, vel privationis, num: 29.

28 *Monitoria tamen ut vere sonabitur comparent, decernere non potest sine Commissione manu Papæ Signata.*

29 *Episcopi citari, vel moneri non possunt ad personaliter comparendum, nisi pro criminibus, pro quibus pœna depositionis veniret imponenda.*

30 *Clausula sine præjudicio, vel dummodo non sit alteri jus quæsitum, & alia præservativa, intelliguntur præter ea quæ in expressis.*

1 PERVENIT, il primo, duos habet intellectus; quidam enim, ut Laurent. intelligunt hanc decisionem, ut sonat littera, ita ut testis sit cogendus tantummodo revelare fraudem accusati, qui eum adstrinxit juramento, ad non deponendum contra ipsum, & sic tantùm deponere super coactione, non autem super principali crimine, & secundùm hanc lecturam communiter sic summatur. Compellitur testis fraudem illius detegere, qui probationes copiam adversario subtrahit, ita Joann. Andr. Bald. Bellam. Butr. Card. Anchar. & Imol. Alii verò intelligunt hunc textum largius, adeò ut

2 testis sit compellendus deponere etiam super principali, & quod hic dicitur ad detegendam tantæ fraudis commentum, supplent, & nihilominus ad deponendum super principali. Et secundùm hunc intellectum, quem potiùs gloss. *ultima hic*, & Abb. dicit esse verum, & communem. Decretalis hoc intendit. Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiosè accusatori subtraxit. Primò ponitur facti narratio. Secundò Judicis institutio, ibi, *nos igitur*, vel communis divisio, ut innuitur ibi, *respondemus.*

3 Nota primò, ibi, *simonia*, & *adulterii*, posse quem eodem libello accusari de duobus Capitalibus criminibus, prout ex hac littera notat Bald. *post princip. verf. In text.* ibi, *simonia*, & Anchar. *num: 1.*

4 Secundò nota ibi, *Juramento astrinxit, ut non deponeret contra ipsum*: testem, qui juravit contra aliquem non testificari, non obstante juramento, esse nihilominus compellendum ad testimonium ferendum: & ea ratio, quia hujusmodi juramentum est temerarium, & illicitum; & ideò non servandum, ut cap. *Intimavit*, & ibi Bald. *numer. 2.* & cap. *Constitutio, il primo, supra de testib.* & denunciari debet non temeritali jura-

mento-

mento, ut dicitur in prædicta Decretali Constitutu, ut 10 cap. *Olim, infra de accusat.* & firmat gloss. 1. *hic* Hostiens. *in princ. in ver. Iuramento*, & communiter Doctores.

Etenim cùm ferre testimonium sit munus publicum, ad quod etiam invitus quis compellitur, non potest hunc juri publico etiam intercedente juramento derogari, cap. *Si diligenti, supra de foro compet.* & notat Abb. in dict. cap. *Intimavit in principio.* Item est contra bonos mores quemquam inducere ad occultandam veritatem, cùm Reipublicæ interest peccata nocentium esse nota, l. *Eum qui nocentem, ff. de injuriis*, cap. *Vt famosi, de sent. excomm.* unde licet testes in criminalibus non compellantur, tamen usuum est eos ad testimonium non perhibendum juramento adstringere, ut hic in vers. *Nemo debet*, & clarius in dicto cap. *Constitutu, supra eod.* secundùm Abbat. *hic in 1. not.*

7 Tertiò nota ibi, *quorum appellationes testes continentur.* Textum expressum, quod testes vel nunc appellatione instrumentorum, nimirum, quia causam instruunt, unde meritò appellari possunt instrumenta, l. 1. *ff. de fide instr.* & l. *in exercend. C. eod.* cap. *Notorium, §. Instrumentorum, de verb. signif.* secundùm Goffred. *hic*, & not. Bart. in l. *Admonendi, in fin. ff. de jureiur.* quod tamen procedit in lata significatione: Secus in materia stricte intelligenda, cùm aliud sit instrumenta, aliud testes, in [illegible] c per Butr. *in 2. notab.* Abb. *numer. 1* & Felin. *numer. 1. & 2. vers. Vbi autem essent*, idemque licèt subrahens instrumenta teneatur crimine falsi, ut dicam infra *num. 24.* tamen occultans per vim testem domi suæ, ut veritas non appareat, non punitur pœna falsi, cùm hoc non reperiatur jure cautum, sed alia arbitria secundùm Bald. *hic num. 2.*

Quartò nota ibi, *experiri debet in se judicio auctoritatem elusam*, cum qui probationes adversario subtrahit, esse puniendum, Butr. *hic numer. 3.* & Abb. *in [illegible] notab.* Sed de hoc latius infra *in prima quæstione.*

9 Ultimò nota ibi, *ad deterendum tanta fraudu commentum.* In criminali causa testem compelli ad testificandum super hoc an fuerit adstrictus à parte ad testimonium non perhibendum. Butr. *hic in 1. notab.*

10 QUÆRO, de notabili quæstione facti. Quidam Archiepiscopus in Regno Neapolitano inquisitus de homicidio, adulterio, stupro, & aliis excessibus subtraxit processum informativum contra eum per Commissarium Auditoris Cameræ desuper fabricatum. Quæsitum est, an propter hujusmodi subtractionem de talibus excessibus habeatur pro convicto, An ve, & qua pœna pro eadem subtractione sit puniendus.

11 Circa primam partem quæstionis, quod spectat ad crimen homicidii, palam est Archiepiscopum condemnari non posse, quia non constat de corpore delicti, & cùm confessio resul-
12 tans ex subtractione processus, sit ficta, vel præsumpta, secundùm Hostien. *hic numer. 1. in ver. Ostendit*, non potest magis operari, quàm confessio vera, ut per Bald in l. 2. §. *Quod si actor, in fin. numer. 4. vers. Nota hic, & vers. Facit ad quæstionem*, & c. *C. de iuramento propter calumniam.* Sed si reus verè confiteretur se homicidium commisisse, non posset ex tali confessione damnari, nisi aliter de homine occiso constaret, Bart. in l. *Diem, numer. 2. ff. de test. milit.* Angel. *de maleficiis, in ver. Et vestem cæleste, numer. 25. vers. Quidam confiteter*, Boll. *tit. de delictis, numer. 12.* Clar. *in pract. criminali, §. final. quæst. 55. vers. Potest etiam.* Farinacius alios cumulans de inquisitione, *quæst. 2. numer. 7.* Ergò longè minus damnari potest ex præsum-
13 pta confessione resultante ex subtractione processus; ideoque stante statu, vel consuetudine ut contumax habeatur pro confesso, si de corpore delicti non constet, non potest sequi condemnatio, quia si confessus verè non potest condemnari non constito de corpore delicti, multò minus hàc confessus. Ita Guillelm. de Benedict. in cap. *Raynutius, part. 2. ver. Mortua itaque testatore, il primo, numer. 162. & seq. de testamen.* quem refert, & sequitur Farinac. *d. numer. 7. vers. Amplia quantum ampliationem.*

14 Sed quod pertinet ad alia crimina contra Archiepiscopum inducitur primò hæc Decretalis ubi qui subtraxit adversario probationes ostendit iniquam à se litem foveri, quæ verba desumpta sunt ex l. *Providendum, C. de postulan.* & locum habent etiam in criminali, ut innuit littera hujus textus ibi, *de simonia, & adulterii crimine accusatus*: & observant Hostiens. *in princip.* Joan. Andr. *numer. 2.* Abb. & Felin. *in summario textu.* Ponderandum est enim verbum *ostendit*,
15 quod probat accusatum ex hoc solo, quod malitiosè subtraxit probationes fisci, censeri malam causam fovere, & haberi pro convicto; videtur
16 enim confiteri crimen, arg. l. *Quemadm. ff. de his qui not. infam.* Idque ad exemplum ejus, qui teptat judicem corrumpere, ut l. 1. *C. de pœna judic. qui mal. judic.* ubi qui diffidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit, sive privata sit lis, sive publica, sive fiscalis, ut ibi per Bald. & Salic.

Secundò ad hanc partem inducitur text. in cap. *Constitutus, il primo, supra de test. bin.* ubi cùm Archiepiscopus esset de simoniæ crimine accusatus, & ejus consanguinei probationes accusatori subtraxissent, textus decidit id factum præsumi de voluntate ipsius Archiepiscopi, Ideoque ab officio Pontificali eum suspendi jubet; si igitur Archiepiscopus ibi punitur ex sola præsumptione resultante ex subtractione probationum facta per consanguineos, eodem modo, & fortius puniri potest ex præsumptione resultante ex propria ipsius subtractione.

17 Tertiò adducitur textus in l. *Si de possessione, C. de probat.* ibi, *ad emptionem probationem non est indicis alio opus, sed instrumentorum furtum monstrare fuscitur*: & ita subtractio probationum facit plenam fidem contra subtrahentem, ut ibi per Bart. *in princ. & numer. 2. in secunda lectura*, & per Bald. *numer. 1. vers. Sed instat quærere*, ubi ait subtrahentem instrumenta præsumi habere malam causam, nec esse opus aliud probare ad eum convincendum.

Quartò adducitur authoritas Hostien. *hic numer. 1. in ver. Ostendit*, qui post Laurentium tenet apertè hunc Archiepiscopum Genuens. qui malitiosè fisco, seu accusatori subtraxit probationes, ex hoc haberi pro convicto, & confesso de criminibus simoniæ, & adulterii, de quibus fuerat accusatus. Idem tenet Cardin. *hic numer. 2. & seq.* Bart. in d. l. *Providendum, in antiqua lectura in*

in fin. C. de postulan. [illegible]cen. in cap. *Intimavit, in princ. supra de testibus*: dicens eum, qui subtrahere voluit adversario copiam probationis, causam perdere, per hunc Decretalem, & §. *Vera, 3. qu. 7.* Idem voluit Angel. in l. 1. §. *Si rem, ff. de eo per quem factum erit*, Guidopap. *sing. 99.* Farinac. *de testibus, q. 72. n. 144. & seq.*

18 Sed pro Archiepiscopo videtur gloss. *ultima* in dict. l. *Providendum*, quæ exponens litteram ibi, *ostendit iniquam à se litem foveri*, sic ait, (Præsumitur enim contra eum, sed ex tali præsumptione non damnatur; Idemque videntur sentire gloss. *hic in ver. Ostendit*, & Innocent. *in princ.* dum dicunt subtrahentem adversario probationes fovere iniquam causam præsumptivè, & sic videntur innuere, ut pro convicto non habeatur, quod apertè voluit hic Vincentius, qui tenuit ex sola subtractione quem non haberi pro convicto, si alias foveat justam causam; & consensit Joann. Andr. post Philipp. *hic numer. 5.* dicens talem non eo ipso litem amittere, si bonam habeat causam Bald. in dict. cap. *Intimavit, num. 2.* & in dict. l. *Providendum, num. 4. in fin. C. de postulat.* ubi exponendo illum textum in ver. *Ostendit*, dicit semiplena probatione, non autem efficaci præsumptione; & sequitur Felin. in eod. cap. *Intimavit, in fin.* & idem Felin. in cap. *Cùm venerabilis, num. 21. de except.* ubi de communi Boer. alios referens *dec. 292. n. 3.*

Pro concordia Henric. Boich. *in hac cap. num.*
19 2. distinguit sic. Aut reus non est convictus ad plenum de hujusmodi subtractione callida, vel malitiosa, & tunc ex hoc solo non habetur pro convicto, nec præsumitur contra ipsum in negocio principali: nam etsi præsumptionem probare non oporteat, quia jus illam inducit, tamen factum ipsum, ex quo resultat, concludenter probari debet, cap. *Cùm inter N. senatorem, supra de elect.* cap. *Tertio loco, de probat.* & cap. *Illud*, & cap. *Tertio loco, de præsumption.* Aut de subtractione est plenè convictus; & tunc aut quæris utrum talis habeat contra se præsumptionem, quod malam causam foveat: & concludendum affirmativè, ut hic patet; & ita intelligas opinionem gloss. & Innocent. *hic*, dum exponunt verbum *ostendit*, id est præsumptivè. Aut quæris, an pro convicto habeatur in negotio principali, & tunc subdistinguo: nam aut talis non ostendit claris, & evidentibus documentis innocentiam suam, & tunc pro convicto habetur; & ita procedat opinio Hostiens. arg. dict. l. 1. *C. de pœn. jud. qui mal. jud.* & l. *Si de possessione, C. de prob.* Aut ostendit claris, & evidentibus documentis suitiam causæ suæ, & hoc casu non habebitur pro convicto, sed in sua justitia audietur: & sic intelligo opinionem Vincentii, & sequacium: nam cùm talis propter subtractionem pro moro judicis extraordinariè puniri debeat, ut mox dicetur in secunda parte quæstionis, iniquum esset ipsum alia pœna, scilicet amissionis causæ, & hic duplici pœna puniri, ut cap. *Si Clericus, supra de judic.* & arg. cap. *Ex parte, infra de Cleric. egrot.* & l. *Diem, ff. de off. Præsid.* Quam distinctionem totidem ferè verbis sequitur Bellam. *hic n. 1.* & Boer. *d. dec. 292. n. 9.*

Et cùm sit satis æqua, & opiniones conciliet, videtur omnino amplectenda.

Applicando igitur distinctionem Henrici ad casum propositum, cum Archiepiscopus de subtractione processus violenta, & callida ad veritatem occultandam fuerit plenè convictus ex compluribus testibus de visu contra ipsum formiter examinatis, ac repetitis, nec aliunde probaverit innocentiam suam claris, & evidentibus documentis, quin potius constet saltem semiplenè de opposito ex Summario processus ab eodem recognito, & habito pro originali, consequens est, ut conjungendo probationem saltem semiplenam, quæ resultat ex subtractione processus, cum alia semiplena resultante ex Summario testium, pro convicto haberi debeat de criminibus, de quibus fuit accusatus. Quare de rigore juris esset deponendus, & in monasterium detrudendus, quia pœna ordinaria stupri
20 de jure Canonico est depositio, secundùm communem opinionem, de quatestantur Diaz *in pract. criminal. Canon, cap. 77.* & Clar. post alios
21 *in pract. criminal. §. Stuprum, vers. Sed quæro*, & pœna adulterii similiter est depositio, & perpetua detentio in monasterium, & est communis opinio, ut dicunt Covarr. *in 4. Decretal. 2. part. cap. 7. numer. 19.* Diaz *ubi supra cap. 79.* & alii apud Clarum *in §. Adulterium, vers. Sed quæro*, & probatur in cap. *Lator*, juncta gloss. 1. 2. *quæst. 7.* ubi Episcopus Dyacliæ civitatis depositus fuit
22 propter adulterium, vel incestum. Quinimò etiam pro simplici fornicatione depositur, & in monasterium detruditur non modo clericus, c. *Si quis Clericus*; & cap. *Presbyter, 71. distin.* sed etiam Episcopus, ut patet ex *Canone 25. Apostolorum*, cujus hæc sunt verba (Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus post Diaconii gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab Ecclesia projectus, inter laicos agat pœnitentiam) referitur in cap. *Si quis Episcopus, 85. distin.* & quamvis rigor antiquorum Canonum hodie non ubique observandus, eo quod defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis Canonicæ non patitur in omnibus manere censuram, ut legitur in cap. *Fraternitatis, 34. distinct.* Ideoque pro simplici fornicatione hodie non fiat depositio, ut cap. *A multis, de etat. & qualit.* tamen secus est, si sit notoria, vel scandalosa, aut diu continuata, cap. *Quam sit, infra de excess. Prælat.* & cap. *Ex parte A. supra de testibus*, cùm concordan. ut per Butr. in cap. *Ad Ecclesiæ, numer. 13. vers. Per hoc patet, simplex fornicatio*: & ibi etiam per Abb. *num. 55. de judic.* quia tamen hoc casu Archiepiscopus de hujusmodi excessibus non fuit convictus, vel confessus per rei veritatem, sed per præsumptionem à jure inductam ex subtractione processus, ut hic, benignius agendo, mitiori pœna extraordinem videtur puniendus.

23 Circa secundam quæstionis partem planum est Archiepiscopum esse puniendum etiam pro subtractione processus texte clarus est hic in illis verbis, *& experiri debet in se judicio auctoritatem elusam*: & in l. *Providendum, C. de postulat.* ibi *authoritatem judiciariam à se delusam experietur*: Scilicet pœna docente, secundùm Hostiens. *hic numer. 2. in ver. In se.* & Joan. Andr. *eodem numer. in verb. Experiri debent*: & notant Butr. & Imol. *numer. 3.* & Abb. *in mult. not.* nempe quia insteu nò potuit super meritis causæ illo procurante, l. *Nec quis-*

quicquam, §. fin. ff. de offic. Proconsul. gloss. *hic in verb.*
24 *Elusam*: Hostiens. *numer. 2. in cod. ver.* Subripiens autem instrumenta, seu scripturas publicas tenetur crimine falsi, ut l. *Tam, C. ad leg. Cornel. de falsi.* & l. *Paulus, ff. eod.* Bald. *hic numer. 1.* & pœna falsi est deportatio cum publicatione bonorum, l. 1. §. *fin. ff. eod. tit.* hæc tamen pœna hodie non est in usu, ut asseritur Clar. *in pract. criminali, §. Falsum, vers. sed quæro.* Ideoque reus pro subtractione hujusmodi extra ordinem pro motu judicis punire debet, ut hic dicunt Henr. Boich. *numer. 3.* & Felin. *eod. numer. circa fin. vers. Et adde Baldum.*

25 Non obstat quod subripiens scripturas nullas, & informes nullatenus sit puniendus, ut l. *Si quis aliquid, in secunda, §. Testamentum, ff. de pœn.* ibi dicitur, Testamentum, quod nullo modo valet, impunè supprimitur, & per illum text. not. Bart. in l. *Qui testamentum, numer. 1. ff. ad leg. Cornel. de falsi.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. casu 306. numer. 15 & casu 311. numer. 9.* Hoc autem casu processus fabricatus à Commissario sit nullus ex defectu jurisdictionis, quia illius commissio non fuit signata manu Sanctissimi, prout requiritur ex decreto Concil. Tridentin. *cap. 5.*
27 *sess. 24.* quoniam responsum est Auditorem Cameræ esse judicem Ordinarium quorumcumque Prælatorum, & habere facultatem procedendi etiam contra Episcopos tam per viam inquisitionis, quam accusationis, seu denunciationis, & instigationis, eosque culpabiles repertos puniendi, dummodo tamen monitoria contra Episcopos ad comparendum personaliter nonnisi
28 prævia commissione manu Papæ signata decernat, ut exorsæ cavetur in Bulla Gregorii XIV. impressa post practicam Salustii Tibarii §. 12. & in alia, Pauli V. incipit *Exurge, §. 12. & 13. in Bullar. tom. 3. pag. 214.* Atque ita Signatura Papæ non requiritur, nisi in casibus illis specialis, cum monitoria decernuntur ad personaliter comparendum. Quod etiam statuit Pius IV. *in Constitutione 10. De salute Greg. §. 3. tom. 2. pag. 20.* nam illa excepto firmat regulam in contrarium in aliis casibus non exceptis, l. *Nam quod liquide, §. fin. ff. de pœn. legat.*

29 Rursus cum Episcopus nisi ex causa, ex qua deponendus veniret, neque quam citari possit ad personaliter comparendum, ut statuitur ejusdem Concilii decreto *sess. 13. cap. 6.* excepto illa *dummodo, &c.* declarat regulam de materia exceptionis; & sic etiam de gravioribus delictis esse intelligendam juxta theoricam Bald. *consil. 401. super facto numer. 2. vers. Secundo quæritur, libro 5.* quod etiam innuunt illa verba *Constitutionum, dict. §. 12.* pro quibuscumque criminibus, cum dictio *quibuscumque*, sit efferata, & universaliter omnia includat, *cap. solite, supra de major. & obed.* unde tenus Constitutionum est, Auditor Cameræ ex generali commissione procedere posse contra Episcopos pro quibusvis criminibus etiam depositione dignis absque signatura Sanctissimi, dummodo tamen pro iisdem criminibus eos non citet ut personaliter compareant sine Commissione manu Sanctissimi signata; & consequenter nihilo est Concilii depositio *dict. cap. 5. sess. 24.* quatenus requirit Commissionem specialem, & manu Sanctissimi signatam in processu per A. C. pro gravioribus delictis contra Episcopos conficiendo. Nec refert quod Concilio Tridentino non fuerit expresse derogatum. Quia hujusmodi derogatio non requiritur, sed satis est, ut Pontifex statuat, prout statuit hoc casu, contrarium ejus, quod Concilium disponit, ut declaravit Pius V. & ita pius censuit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres, ut scripsi plene in cap. *Nulla, numer. 86 infra de concess. præben.* Quemadmodum nec refert, quod in practicis Bullis Gregorii XIV. §. 36. & Pauli V. §.
30 38. adjecta sit clausula (Per præsentes tamen non intendimus Concilii Tridentini decreta in aliquo derogare, vel aliàs præjudicare, ed illa salva esse, & in suo robore permanere, eaque omnia omnino, & inviolabiliter servari mandamus) Quoniam cum facultas procedendi contra Episcopos ex generali Commissione absque signatura Sanctissimi obviet expresse Concilio Tridentino, ut ostensum est supra, hujusmodi clausula præservativa decretorum Concilii, ut evitetur contradictio, intelligi debet, præterquam in expressis, prout de clausula, *sine alicujus præjudicio*, tradit Oldrad. *cons. 330. Addem videtur in fin.* Card. Setaphin. *decis. 144. 5. numer. 4.* Rota *decis. 155. numer. 2. part. 7. recent.* Et de clausula, *dum modo non sit alteri jus quæsitum*, Crescen. *decis. 7. in fin. de jur. patr.*

Ex his cum Archiepiscopus memoratus per sententiam diffinitivam Auditoris Cameræ condemnatus fuerit in pœnam extraordinariam relegationis in monasterium Nurliæ, suspensionisque à Divinis, & ab exercitio jurisdictionis per triennium, ac deinde ad beneplacitum Sanctissimi; In Congregatione super revisione prædictæ sententiæ de mandato Sanctissimi D. N. PP. Innocentii X. habita in ædibus meis die 10. Julii 1647. cui interfuerunt DD. Auditor Cameræ, Fameius Episcopus Patracen. Vitricius Episcopus Alatrinus, Procurator Fiscalis, & Locum tenens criminalis A. C. re accurate discussa, & Archiepiscopo, ejusque Procuratoribus, & Advocatis sæpius auditis, unanimiter censimus benè fuisse per A. C. judicatum; & ita referendum Sanctitati Suæ.

DE FIDE INSTRUMENTORUM.

Cap. G. Perpetuus.

SUMMARIUM.

1 *Appellari potest à judice, qui parti hoc petenti non facit edi communia instrumenta.*
2 *Vicarii alii perpetui, alii temporales.*
3 *Vicarii perpetui qui sint.*
4 *Et an habeant Ecclesiam in titulum.*
5 *Vicarius temporalis non est censendus Vicarius, nec comprehenditur Vicarii appellatione.*
6 *Vicarius perpetuus pro spectantibus ad Vicariam suam potest agere, & convenire.*
7 *Reconventio coram judice delegato fieri potest etiam in causa spirituali.*
8 *Instrumenta communia debent edi postulanti ad fundandam intentionem etiam in causa reconventionis.*
9 *Appellans si culpa judicis, vel parte acta primæ instantiæ ad judicem appellationem transferre nequit, quo remedio sit ei succurrendum, & n. 20. & seqq. usque ad num. 31.*
10 *Acta omnia primæ instantiæ tenetur appellans expensis suis producere coram judice appellationis de iure communi, quamvis Concilio Tridentino.*
11 *Sive procedatur ex officio, sive ad querelam partis & teneatur transferre etiam alia, quæ ex fusione eiusdem causæ coram alio judice gesta fuerint.*
13 *Etiamsi acta ad institutam causa non faciant.*
14 *Quia ex Concilio habet locum etiam in profanis spectantibus ad forum Ecclesiasticum.*
Non autem in profanis pro appellationem ad judicem Ecclesiasticum devolutis. num. 17.
Item locum habet etiam in actis factis coram Delegato Apostolico.
16 *Et judex, & notarius cogi possunt exhibere acta originalia sic de fide exempli sit dictum.*
18 *Item debet locum etiam si causa fuerit evocata ad Curiam.*
19 *Sententia non visis actis etiam probatorijs est nulla.*
21 *Acta tradenda sunt appellantis per judicem à quo intra triginta dies, aliàquin sine illa causa prout justitia suaserit terminanda est.*
22 *Et judex, vel notarius in hoc culpabiles puniuntur ut hic.*
23 *Acta si judex à quo, vel appellatus negaverit se habere, vel noluerit exhibere, judex ad quem absolvet appellantem, & pronunciabit acta si nequam reperiantur fore cassa, & vana. & num. 29.*
Dummodo appellans velit expensas subministrare. num. 30.
24 *Sententia lata sub conditione extrinseca non valet secus si conditio dependeat à natura negotij in judicium deducti.*
25 *Contumacia non est justa causa, ut quis iure suo privari debeat.*
26 *Nec audientia propter contumaciam denegatur in perpetuum, sed ad tempus.*
27 *Nisi interveniat etiam contemptus.*
28 *Vel in præcepto fuerit commutata pœna.*
31 *Acta primæ instantiæ judex à quo quantum in se est tenetur appellanti gratis exhibere: notarius verò congrua mercede accepta.*
32 *Nisi sit Cancellarius Episcopi, & non tratatur.*
33 *Appellatus tenetur ad expensas translationis actorum si ipse, non autem appellans, prosequi causam voluerit.*

1 G. PERPETUUS. Licitè appellatur à judice, qui parti hoc petenti non facit edi communia instrumenta, Hoc dicit Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Anchar. Imol. Abb. Joan. de Anan. Barbat. Guido pap. & Felin. Dividitur in duas partes. In prima appellantis narratio. In secunda appellationis Commissio, ibi, *ideoque.*

2 Nota primò ibi, *Perpetuus Vicarius*, duas esse Vicariorum species, alii enim sunt perpetui, alii
3 temporales. Vicarij perpetui sunt qui canonicè à persona Ecclesiastica, & auctoritate Episcopi sunt instituti, assignata sibi congrua fructuum portione ut hic, in cap. *Ad hæc*, & in cap. *Ex parte, de officio Vicar.* & in cap. *Postulasti, de*
4 *rescript.* & notat gloss. 1. in cap. *final. eodem tit.* & Hostiens. *hic num. 1.* Ex isti habent jus in re, id est in jus Vicariæ, sed non dicuntur habere Ecclesiam quoad titulum: nam solus Prælatus eam habet intitulatum, ut ait gloss. in d. cap. *Adhæc, in verb. Removere.* Nisi tamen tota Cura esset in Vicarium perpetuum translata, quia tunc esset curatus actu, & habitum verum habens titulum, & veniret Parochi appellatione ut dixi in cap. *Ex parte num. 19. & seqq. supra de offic. Ordinarij.*

5 Vicarij temporales sunt qui constituuntur ad tempus, ut habetur in cap. *Perveniet, de Appellation.* & in cap. *Cum ex eo, de elect. lib. 6.* & talis Vicarius ad tempus non est censendus Vicarius, ut hic dicit Vincentius, & post eum Butr. *num. 4.* Anchar. *in 1. not. ab.* & Abb. *num. 1.* qui ex hoc infert, ut Vicarij appellatione non comprehendatur Vicarius temporalis qui pro tempore necessitatis constituitur ad servitium Ecclesiæ. De differentiis autem inter Vicarios perpetuos, & temporales egi latissimè in prædicta Decretali, *Ex parte, de offic. Vicar.* ubi plenè videas.

6 Secundò nota ibi, *Eum super Decimis coram iudicibus auctoritate Apostolica convenisset*, Vicarium Ecclesiæ perpetuum pro spectantibus ad Vicariam suam posse agere, & conveniri, Anchar. *hic num. 2.* & Abb. *in 2. not. ab.* facit text. in l. *Officium, vers. Denique ait, ff. de rei vendicat.* Generaliter autem ait, & quando Vicarius perpetuus, vel temporalis posset esse in judicio, & an præjudicet Domino, distingue ut hic per Cardin. *num. 1.* & Abbat. *num. 2. circa med. vers. Ego distinguerem latius.*

7 Tertiò nota ibi, *coram ipsi reconvenisset*, & *eosdem*, coram judice delegato posse fieri reconventionem etiam in causa spirituali, Butr. *hic in 3. not. b.* Imol. *num. 1.* Ad hoc cap. *Dispendia, §. Iam quoque, de rescrip. lib. 6.* & est simile in judice laico, quin in causa civili reconventionis est judex competens, etiam contra clericum, ut cap. *primo de mutuo petition.* & scripsi in cap. *auctoritas, num. 57. supra de delegat. ad statutum.*

8 Ultimò nota ibi, *copiam quærendam instrumentorum communium*, Instrumenta communia esse edenda postulanti ad fundandam intentionem, non solum in causa principali, sed etiam in causa reconventionis, ut hic per Butr. & Abb. *in 3. not. b.* & Imol. *num. 2.* Generaliter autem circa editionem instrumentorum, vide gloss. *hic in verb. Communium*, magistraliter distinguentem. & Abb. Antiq. *num. 1.* & Hostiens. *in summa de fide instrument.* & Legistas in l. 1. §. *Earumque, ff. de edendo.*

9 QUÆR. Quid sit agendum si sit appellant. vel dicens de nullitate sententiæ culpa judicis, vel partis acta primæ instantiæ ad judicem appellationis transferre nequit.

10 Ad evidentiam præmitto appellantem teneri acta omnia primæ instantiæ producere coram judice appellationis, ut l. *Ne causæ*, l. *A Proconsulibus*, & l. *Præcipimus, C. de appellat.* l. 1. & ibi gloss. Bart. & alii scribentes, C. *de edend.* cap. *Cupientes, vers. Cum omnibus actibus, interibus, & omnibus aliis*, & vers. *Electas, & vers. Si verò in discordia, de elect. lib. 6.* & pluribus confirmat Vantius *de nullit. in tit. A quo, &*

quibus modis, *&c. num.* 21. *pag.* 56. & cendat Rota coram Cardinali Cavalerio *decis.* 43. *n.* 1. & sæpe alibi, & hodie sanctum est à Concilio Tridentino, *sess.* 13. *cap.* 3. ubi disertis verbis statuitur, ut reus in causa criminali appellans à sententia Episcopi, vel eius Vicarii coram judice ad quem acta primæ instantiæ omnino produ-
11 cat, & judex nisi illis visis ad eius absolutionem non procedat: & S. Congregatio eiusdem Concilii Interpres censuit nihil hic esse distinguendum an officio judicis, an ad querelam partis procedatur in causa criminali: sed quia decretum illud loquitur de reo appellante in causis criminalibus; ideo pro causis civilibus fuit editum aliud decretum *sess.* 24. *c.* 20. §. *Præterea*, quo cautum est, ut si quis in causis à jure præmissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu alias ad lapsum biennii ad alium judicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta ad judicem appella-
12 tionis expensis suis transferre & S. Congregatio censuit teneri: tum quia appellavit, vel ob lapsum biennii causam ab Ordinario avocavit, ex Concilio, *sess.* 24. *cap.* 20. §. *Præterea*, transferre non solum acta gesta coram Ordinario, à quo appellavit, vel causam avocavit, sed & alia omnia si quæ occasione eiusdem causæ coram
13 alio judice gesta fuerint. Item censuit appellantem teneri transferre propriis expensis omnia acta ad judicem appellationis, etiam ad justitiam
14 causæ non facientia: idque habere locum etiam in causis prophanis spectantibus ad forum Ecclesiasticum.

15 Item propositio dubio, an Concilium *cap.* 20. *sess.* 24. *inserit. Præterea*, habeat locum etiam in actis factis in partibus coram judice delegato Apostolico, ut appellans non possit audiri in Curia, nisi dicta acta producantur S. Congregatio censuit habere locum.

16 Imò cum fuerit quæsitum an Episcopus, & eius Notarius cogi possint per delegatum Sanctissimi judicem appellationis, ut revocata copia exhibeant appellanti acta omnia originalia coram eodem Episcopo gesta; an verò integram actorum copiam tantum tradere teneantur, ex *cap.* 20. *sess.* 24. S. Congregatio censuit posse judicem appellationis jubere sibi originalia exhi-
17 quatenus de fide exempli sit dubium.

Non mutatet decreta illa non comprehendere causas prophanas per appellationem devolutas ad judicem Ecclesiasticum, ut in subjecta declaratione. Cum in *cap.* 20. *sess.* 24. decernatur, ut in causis appellationum debeat appellans acta omnia coram judice ad quem exhibere, quæ situm fuit an comprehendantur causæ ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, de quibus in principio eiusdem Decreti an verò etiam & causæ prophanæ per appellationem ad judicem Ecclesiasticum devolutæ 15. Congregatio censuit non comprehendi dicto §. *Præterea cap.* 20. etsi judici Ecclesiastico commissæ fuissent sive in prima sive in secunda Instantia.

18 Verum cùm de omnibus causis id cautum non sit decretis Concilii, tamen satis est cautum esse jure communi, quimò id locum habet etiamsi causa fuerit avocata ad Curiam: Nam ille, qui vult ut in causa procedatur, tenetur acta transportare, ut resolvit Rota coram Coccino *de-*
19 *cis.* 422. *n.* 1. & in *recent. decis.* 184. *n.* 2. *part.* 7. ubi allegantur aliæ decisiones concordantes; & est ratio, quæ secundum juris disposition em sententia non visis actis etiam probatorii est nulla, ut notat Bartol. *l.* 2. *n.* 5. *C. de edend.* Remin. *sen. eiusdem num.* 12. *circa med. vers. Tamen contrario opinat.* Felin. in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *n.* 17. *de Constit.*

20 Omnibus præmissis si judex à quo, vel appellatus fuerit in causa quominus acta translatitia appellanti, seu de nullitate dicenti, quæstionis est quo remedio sitei succurrendum.

21 Concilio Tridentino in d. *c.* 3. *sess.* 13. decernit simpliciter ut judex à quo intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat; alioqui ausq; illis causa appellationis huiusmodi. prout justitia suserit, terminetur: sed non aperit Concilium quo pacto causa sine actis terminari possit,
22 aut debeat: similiter in d. *cap.* 20. *sess.* 24. Statuit, ut si notarius in differentia exhibitione actorum fraudem fecerit ab officij administratione arbitrio Ordinarij suspendatur, & ad dupli pœnam quanta ea lis fuerit inter appellantem, & pauperes fori distribuendam compellatur, & judex in hoc culpabilis ad eandem duplæ pœnam teneatur, scilicet exprimit sancta Synodus quo remedio succurrendum sit appellanti in diffinitione causæ.

23 Innocentius *hic num.* 1. format hanc quæstionem Guilelmus petit sententiam latam contra se pro Petro super fundo sempronianio cassari, vel quia nulla est, vel quia injusta, & ab ea est appellatum. Petrus respondet, exhibe sententiam. G. actor respondet: ego non habeo eam scriptam, quia judex noluit de ipsa mihi copiam facere, vel quia amisi eam, sed tu exhibe, quia ipsam habes: an reus, scilicet Petrus, cogendus sit eam exhibere: & respondet Innocentius esse cogendum, *ut hic*, & in *l. In apud quem*, *C. de edend.* Imò si reus non dicat sententiam latam, interrogabitur an talis sententia pro eo lata sit, *l. penult. ff. de interrogat. action.* & si negaverit, cogetur edere, sive renuntiare sententiæ, vel judex pronunciabit si quæ sententia apparuerit pro Petro lata, nullas vires habeat, arg. *l. Non attinum est*, *ff. de interrogator. action.* Ita Innocentius, quem totidem fere verbis referunt, & sequuntur *hic* Hostl. *num.* 5. *in verb. Communium*, Joan. Andr. *num.* 1. Bald. *n.* 3. & communiter Canonistæ. Et ex Legistis Bartol. in d. *l.* 2. *num.* 2. *vers. Sed circa hoc*, *C. de edend.* ubi primo notat ex lectura ibi posita judicem appellationis jubere primo judici, vel etiam parti, contra quam appellatur, ut fecit sibi copiam actorum primæ causæ: & mox sub-dit (Sed circa hoc quæro quid sit judex, vel ille contra quem appellatur, hoc non faciat, neque producat sententiam, à qua est appellatum, quod erit officium judicis, ad quem facta est appellatio? dicit Innocen. extra de fide instrum. *cap.* G. *Perpetuus*, quod debet partem interrogare utrum habeat illud instrumentum sententiæ, vel aliud, de quo agitur, ut si dixerit se non habere, vel noluerit exhibere, pronuncies, quod si aliquo tempore illud instrumentum reperiatur, ei non exhibeatur fides, sed sit cassum, & vanum, quod satis placet (Hactenus verba Bart. qui eandem practicam recepit in *l. Si appellatorum*, *num.* 2. *C. de appell.* ibi-

si aliquis posit rescindi sententiam, vel aliquod instrumentum, quod adversarius habeat, & adversarius non fuit exhibere sibi statuto termino à judice, quod judex potest pronunciare, quod si quo tempore illud instrumentum, vel alio apparet sententia, non possit illo uti. Et hanc theoricam Bartoli, ut præferat ex Innocentio deductam sequuntur Roman. in d. *l.* 2. *num.* 15. *vers. Adhuc tamen verum est*, Alex. *vers. Quod tamen* ait Bart. Gure. Junior. *num.* 45. & *num.* 31. in fin. dicens Doctores communiter cum Bartolo tenere, Ripan. 17. qui similiter dicit hanc conclusionem communiter teneri; & videri verissimam non solum propter contumaciam, sed propter concemptum, Decius *num.* 10. *vers. Secundo est casus*, Cagnolus *num.* 44. *vers. Secundo est casus*, *l.* 20. *alleg.* 10. in fin. Cotar. *vers. In fide*, *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. Et quamvis Raphael Fulgos. Paul. de Castro, Alex. Curt. Junior. & Crotus dicant Innocentium id non dicere, ad quod à Bartolo allegatur, sive ut dicit idem Curtius, infideliter Innocent. à Bartolo allegetur; quia Innocentius loquitur quando appellatus negat fuisse prolatam sententiam: De contumacia autem in exhibendo nihil dicit: contrarium tamen innuit verba illa Innocentij (Cogetur reddere, sive renuntiare sententiæ) Corrupit enim in aliquibus Codicibus legitur *redere*. Et legendum videtur *edere*, prout legunt Bart. *hic num.* 3. & Abb. *col. num.* 6. & Petr. de Anchar. in Clemen. 1. 3. *Ceterum*, *num.* 6. *vers. Item*, *& aliquid quæro*, *de usuris*; & sic Innocentius loquitur etiam de contumacia in exhibendo quemadmodum eum intelligunt Ancher. *hic num.* 4. qui relatis illius verbis dicit sic: (Si autem exhibere nolit judex contumaciter pronunciabit, quod dictæ sententiæ non adhibeatur fides imposterum) & Joan. de Imol. *num.* 3. *circa med.* ibi (Et si non exhibeat, poterit judex pronunciare quod si aliquo tempore apparet sententia pro illo lata non valeat propter eius contumaciam) & idem Anchar in *cap. Cum, num.* 6. *vers. Sed hic quæritur*, *de appell. lib.* 6. ubi refert verba Innocentii ad eum modum, quo referunt à Bartolo concordant Felin. *hic num.* 12. Bald. in *l. Nefarius*, *num.* 8. *vers. Est modus*, *C. de testam.* ubi dicit valere sententiam, in qua pronunciatur, ut si pungetur reperiatur burmum, ita cassum, & nullum, Cagnol. in d. *l.* 2. *num.* 49. & 50. *C. de edend.* Nam, ut ipse ait, licet judex appellationis non videatur judex competens, nisi ibi prius constito de sententia, de qua pars conqueritur: nihilominus quando appellans fecit quidquid potuit, & omnem diligentiam adhibuit, ut haberet copiam sententiæ, & actorum, & non potuit habere, nec appellatus vult edere, & exhibere; & sententia, de qua conqueritur, non est pro appellante, sed contra eum, ita ut non sit verisimile ut id diceret, nisi verum esset; propterea permissum est, ut judex appellationis eo modo possit procedere, & pronunciare, ne appellans indebitè opprimatur, & ipse judex appellationis uatur jurisdictionem, suam saltem modo prædicto sibi possibili.

42 Nec prædictis obstat quod regulariter non valeat sententia sub conditione lata ad *l.* 1. §. *Biduum*, *ff. quando appellandum sit.* Quoniam hoc vendicat sibi locum quando sententia proferatur sub conditione extrinseca, veluti si navis ex Asia venerit, vel simili; secus verò si ferat sub conditione dependente à merito negocii in judicium deducti, ut declarat glossa *final.* in *l. Cum Judex*, *C. de sent. & interlog. num. Judex*, Rimnald. & Ripa in d. *l.* 2. *C. de edend.*

43 Hæc non obstat quod contumacia non videatur justa causa, ut quo jure suo privari debeat glossa notabilis, quæ communiter approbatur, in *l.* 1. §. *Hoc judicium*, in glossa *magna ff. Si quis ea dicen. non abscond.* Bald in *l. Si in matris cura facum*, *C. de appell.* ubi allegat text. in auth. *Si quis*, *C. de fun. cant. lib. pass.* & ideo judicantia, quæ dicuntur propter contumaciam, non in perpetuum, sed ad tempus denegari debet, Bald in d. *l. Hoc judicium*, quem ibi refert, & 27 sequitur Alex. *col.* 3. Non respondetur objectum procedere quando verosimile est simplice contumacia: secus vero si intervenat etiam contemptus, Felin. in *cap. ad petitionem*, *col. penult. de excusat.* Ripa d. *l.* 2. *num.* 17. *C. de edend.* vel ubi in præceptio facto judici à quo de transmittendis actis esset commissa pœna, Bart. in *l. Ausfa*, *num.* 2. *ff. de iure deliberan.* Rops in d. *l.* 2. *num.* 17. & ibi etiam Decius, qui tribus modis fuisse contumacium, *n.* 50. *vers. Sed ad ejus responsionem*, *quod* Tene igitur theoricam Innocentii à Canonistis, & Legistis fre juntissimè receptam, quam etiam probant Sac. Congregatio Concilii exponens verba illa *cap.* 3. *sess.* 13. aliquoties absque illis (sciliet actis primæ instantiæ) ausa appellationis huiusmodi. prout justitia suserit, terminetur. Censuit enim constito de Contumacia judicis à quo, recusantis exhibere acta, partes judicis ad quem esse absolvere partem appellantem à molestationibus, & pronunciare acta, & sententiam Judicis à quo si unquam reparantur cassa fore, & nulla. Dummodo tamen petens velit expensas subministrare, ut adnotavit Cardinalis Caraffa.

31 Ulterius QUÆRO, an acta appellanti è dendæ sint gratis.

Breviter distingue, aut quæritur de persona judicis, qui sententiam tulit, & à quo appellatum fuit: & is quantum in se est, utique debet acta primæ instantiæ postulanti gratis exhibere, itaque nullam mercedem eo nomine rapiat, ut patet in Concilio Tridentino *sess.* 13. *de ref. cap.* 3. ubi (Is autem à quo appellatum fuerit intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat) Aut quæritur de persona notarii: & is tenebitur ipsam actorum copiam exhibere appellanti congrua mercede accepta, ut *sess.* 24. *cap.* 20. *ad finem*, ubi (Porro ipsam actorum copiam teneatur notarius congrua mercede recepta appellanti quanto citius, & ad minus intra mensem exhibere. Et ita hæc decreta intellexit Sac. Congregatio, quæ tamen hoc limitavit nisi sit Cancellarius Episcopi, & non notarius, quia in illi casu nullam recipit mercedem.

32 Item Sac. Congregatio censuit appellantem teneri ad expensas translationis actorum, si ipse, non autem appellans, prosequi causam voluerit. Quod si postea appellans illis actis voluerit uti, teneri eam expensas pro sua portione subire nisi tamen aliter se habeat loci consuetudo.

DE IVREIVRANDO.

Cap. Ego N.

SVMMARIVM.

1 IVramenti forma septem capitula continens secundum quam Papæ iurant Episcopi.

2 Limina Apostolorum visitare de iure tenentur Episcopi singulis annis per seipsos, vel per certum nuncium, ad idque se iuramento adstringunt.

3 Liminum visitatio quo tempore ut Ecclesia primum instituta fuerit.

4 Quibus temporibus se facienda, & an Episcopi tenentur ad id iurejurando se obligare debeant de iure communi.

5 Et quid post Constitutionem Sixti V.

6 Impedimenta, ob quæ Episcopi admittuntur ad Limina per Nuncium visitanda, ac præcepta iuramenta. & num. 9. usque ad num. 19.

7 Quæ sint causæ legitimæ impedimenti. & num. 24. usque ad num. 35.

8 Liminum visitatio in quibus consistat, & quid facere teneatur Episcopus, vel eius Nuncius pro illa integre absolvenda. & num. 61. usque in fin.

9 Impedimenta a testibus, vel instrumentis probari debeant.

10 Ad vel & quando probari possint iuramento.

11 Et ex hoc pendet ex arbitrio iudicis.

12 Iuramenta impositi flandum est quando verisimile presumitur esse prævaluisse.

13 Contra non visitationis impedimenta ex Bulla Sixti V. probari debent ad Episcopi non iuramenta, sed legitimæ probationibus ex consistorio ad primum Cardinalem in omnibus, & habita ad Sac. Congregationem Concilii.

14 Probatio per iuramentum non sufficit, ubi Constitutio requirit legitimam probationem.

15 Nec quando fieri possit per testes.

16 Probatio data in hac forma non est, admittitur inducere probationem substantiæ.

17 Impedimentum adesse non sufficit, nisi ob illud quis impedatur.

18 Nec sufficit illud negotium allegare, nisi et ob expressam causam ex causa impedimenti.

19 Impedientem probare debet se non potuisse impedimentum removere.

20 Impedimenta legitima quæ sint relinquitur arbitrio iudicis.

21 Liminum visitatio ad quem tempus instituta fuerit.

22 Assimilatur huic Synodo Episcopali.

23 Exempla regulam non restringunt.

24 Infirmitas quando excusat Episcopum à liminibus per se ipsum visitandis.

25 Impedimentum adeo longum dicitur retentus præcisa seu impedibilis.

26 Regia vocatione excusat Episcopum à visitatione Liminum.

27 A Liminum visitatione sicut à residentia excusat munus, & Respublica ejusque Episcopatus dignitas.

28 Item etas senio.

29 Item Hostilitas, & timor hostium.

30 Item incursus Tartarorum.

31 Item pestis, iuramento non sit levis.

32 Item diuturna, seu varium impedimentum, sive levis, sive mora.

33 Ex præditis impedimentis quidem excusant à visitatione personali tantum, quandoque verò etiam à transmissione procuratoris.

34 Et hoc casu tempus ad visitandum durat, & sub duratio temporis impedimenti, eoque cessante tantundem temporis instauratur.

35 Impedimentum quando adsorbet omnem diligentiam prius adhibitam, tunc dilatatio debet instaurari.

36 Limina visitare quibus temporibus intervallis Episcopi tenentur.

37 Et à quo tempore omnibus Episcopis incipiunt currere triennia, quadriennia, quinquennia, & decennia. & num. seq.

38 A præfixis designat principium temporis, & terminum à quo.

39 Liminum visitationis tempora quando incipiant currere Episcopis Italiæ.

40 Et quando Episcopis Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, &c.

41 Et quando Episcopis Africanis.

42 Et quando Episcopis Asiaticis.

43 Et quomodo hæ annorum partes sint computandæ.

Liminum visitationem tempus Episcopis præfixum durat usque ad ultimum numerum diei supremæ, & diei termino non computato in termino. ibid. & num. seq.

Imò excusantur Episcopi à Concilii domuncio ad Urbem pervenire, ut in ultima die termini, licet Basilicas non visitarint; nec relationem status Ecclesiæ exhibuerint ante consummationem eius diei. num. 45.

44 Diuturnitas habetur, vel non habetur pro completa, prout favet an odium suadet, ut habeatur, vel non habeatur.

46 Sic tamen tempus non potest dici extra terminum, quando tempus intra terminum iuramenti.

47 Limina visitandi tempus effluxum Prædecessori quando intelligatur excursisse Episcopo successori.

48 Et quid si Episcopus ita minus breve ad visitationem perficiendam.

49 Ad Limina visitanda cum admittantur Episcopi, nisi conferrat prius quàm ad residentiam conferatur.

50 Liminum visitatio fieri debet in ultimo anno triennij, vel quadriennij, &c.

51 Capitulum per vicariale non sufficit celebrare in fine primi triennij, & statim in principio secundi celebrare annui.

54 Visitatio facta ab Episcopo ultima die anni non debet repeti, nec procuratio exigi in principio anni sequentis.

53 Limina visitandi impedimentum, vel sit legitimum quæ tempore debeat contingere.

54 Et ad obsecuta parum dicatur legitimum præstent impedimentum.

55 Et quid si incidant in anno visitationis.

56 Et quid si Episcopus in fine ultimi anni de industria visitationem deposuerit. & num. seq.

57 Impedimentum superveniens in ultimo momento non excusat quando quis potuit se in necessitate ultimi momenti dici, cum poterit antea esse diligens.

58 Limina non visitantes ab ingressu Ecclesiæ, & administratione sacramentorum, quam tempus diuturnum sunt ipsa interdicti.

59 Non tamen incidant in hac pœna nisi transacta ultima die ad visitandum præfixa.

60 Et post lapsum remanent ligati, etiamsi antea eos pœnituerit.

61 Liminum visitatio tribus altibus perficitur.

62 Primus actus est visitatio Basilicarum SS. Petri, Pauli de Vrbe.

63 Quem actum Episcopi non tenentur probare iuramentis, aut testibus, vel fide Sacrista, sed statur eorum assertioni.

64 Ad Limina visitanda mandatum speciale requiritur.

65 Et procuratores in Curia existentes nunquam admittuntur etiam cum speciali mandato.

Quod servatur etiam cum Episcopo indiarum num. 67.

66 Sed impeditis potest dari dilationes, vel prorogationes ad visitandum.

68 Limina visitandum secundus actus est exhibitio debitæ obedientiæ, & subiectionis Romano Pontifici & num. seq.

69 Limina Apostolorum ibi esse dicuntur, ubi est Papa.

70 Necessè securus Episcopus visitans Legatum.

71 Iuramentum, quod Episcopi præstant Papæ in actu consecrationis est iugum.

72 Limina visitandum tertius actus est relatio Ecclesiæ tam materialis, quam formalis.

73 Status materialis Ecclesiæ in quibus consistat.

74 Et inqualibet Liminum visitatione de statu materiali sit referendum.

75 Status formalis Ecclesiæ in quibus versetur.

76 Limina visitandum relatio Congregationi Concilij exhibenda quid præcipuè continere debeat. & num. seq. usque in finem.

77 Synodum provincialem, vel diœcesanam Archiepiscopi, vel Episcopi non celebrantes quas pœnas incurrant.

79 Visitatio Diœcesis saltem biennio ab Episcopo perficienda est.

80 Congregatio Concilij respondet ad dubia ab Episcopis liminum visitationis proposita, etiamsi Concilij Tridentini interpretationem non concernant.

81 Distributiones quotidianæ iubentur Canonicis, qui Episcopum liminum visitandum comitati sunt, aut eius nomine visitarunt.

82 Limina visitare tenentur etiam Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ in partibus Infidelium. & num. seq. usque in fin.

83 Episcopi titulares, quamvis Clero, ut populo Christiano careant, tamen sunt veri Episcopi.

84 Loca ab hostium capitanum desinunt esse Religiosa, & sacra. & num. seq.

85 Sacramenta Ecclesiæ vera sunt apud hostes.

1 EGO N. Ponit formam iuramenti septem capitula continentem, secundum quam iurant Papæ Episcopi: & hoc sit pro summario & divisione.

2 Nota ex ultimo capitulo Episcopos teneri singulis annis aut per se ipsos, aut per certum nuncium Apostolorum Limina visitare, ad idque

3 iurejurando se obstringere. Quamvis autem hanc iuramenti formam primus forte omnium introduxerit D. Gregorius Author huius Decretalis ad Petrum Subdiaconum: tamen institutio ipsa visitandi Apostolorum Liminà Spiritu Sancto dictante orcum habuit in primitiva Ecclesia post martyrium Beatorum Petri, & Pauli, ut clare conjici potest ex decreto primo edito ab Anacleto; ac deinde à Zaccharia renovato, quod refertur à Gratiano in cap. *Iuxta*, 93. *dist.* in hæc verba [Juxta Sanctorum Patrum, & Canonum institutà omnes Episcopi, qui huius Apostolicæ Sedis ordinationi subjacent, qui propinqui sunt annuè circa idus Maij Sanctorum Principum Apostolorum Petri, & Pauli Liminibus præsententur omni occasione se posita] Quo verò de longinquo (idest extra Italiam constituti secundum primum Intellectum glossæ *ibi*, & Turrecr. *in princip.* juxta chirographum suum impleant. Qui autem huius Constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se Canonicis subjacere sententiis) Hæc ibi: nam si Anacletus, qui successit Clementi, & fuit Quintus in ordine Romanus Pontifex, jubet Principum Apostolorum Limina visitari juxta Sanctorum Patrum, & Canonum institutà: Ergo necesse est iateri id sancitum fuisse illicò post martyrium Apostolorum. Verba enim illa Sanctorum Patrum, & Canonum, referri non possunt nisi ad Linum, Cletum, & Clementem, qui soli post Petrum præcesserunt Anacleto, vel ad reliquos Apostolos, quorum aliquos non est ambigendum, quin viderit Anacletus, quippe qui ab ipso Petro ordinatus Sacerdos, & instructus fuit, ut constat ex eius Epistola secunda ad universos Episcopos in Italia conditutos, quæ habetur *tom. 1. Concil. pag. 1. pag. 46. col.* ibi [Prout Dominus tribuit, & ut a Beato Petro Principe Apostolorum summus instructi, à quo & Presbyter fum ordinatus] Quod quidem institutum cum forte in desuetudinem abiisset, postea renovavit Zaccharias in Synodo

4 Romæ habita *can.* 4. Quod autem hic sancitur, ut Episcopi jurent se visitaturos singulis annis, recipit declarationem passivam ex d. c. *Iuxta* ut procedat in Episcopis propinquis, seu in Italia exilentibus dumtaxat: nam in remotis, extra Italiam non annuè id præstare debent, sed juxta chirographum suum, idest scripturam, vel cautionem, quam fecerunt Domino Papæ in ordinatione, secundum Archidiaconum, & Præpos.

Neque obstat quod Abbas hic num 6. sentiat Episcopo in remotis teneri quidem visitare ad præscriptum d. cap. *Iuxta*, sed non adstringi juramento, de quo loquitur textus hic, quia juramentum non extenditur cap. *penultr. infr. eod.* nam respondetur hic non agi de extensione ipsius juramenti; prout loquitur tex. in d. cap. *penultr.* sed de obligatione ad jurandum, qua æquè omnes adstringuntur: non enim est dare rationem diversitatis cur Episcopi provinciarum Italiæ teneantur se juramento obligare ad Liminà visitanda, & ad id non teneantur Episcopi in longinquis, cùm omnes pariformiter arcteantur ad ipsam visitationem, licèt divetsis temporibus peragendam, ut d. c. *Iuxta*.

5 Sed hodie has omnes ambages sustulit nova Constitutio Sixti V. quæ incipit; *Romanus Pontifex. Publicata Romæ 13. Kalen. Januarij 1585. in Bullario tom. 2. pag. 509* in qua commemoratis

tatis gravissimis malis, & incommodis, quæ ex intermissa sacrorum Liminum visitatione antea factis temporibus obvenerunt Ecclesiæ Dei, providè statuitur, ut Episcopi, & alii majores Ecclesiarum Prælati per universum terrarum orbem constituti in manibus primi Diaconi Cardinalis si præsentes in Curia fuerint, si verò absentes in manibus Antistitis, qui ad impendendum munus consecrationis, aut ad tradendum Pallium à Sede Apostolica delegabitur, jurent juxta formulam in Quinterno Cancellariæ Apostolicæ descriptam se Beatissimorum Apostolorum Limina præscriptis in ea constitutione temporibus personaliter visitaturos, aut si legitimè impediti fuerint per certum nuncium ad id specialiter ablegandum.

6 Qui constitutione posita de pluribus dubitari contingit.

Et primò An impedimento, ob quæ Episcopi ex prædicta Constitutione admittuntur ad Limina per nuncii visitanda, juramento probari valeat.

7 Secundò quæ in specie sint eiusmodi impedimenta, & quo tempore debeant contingere, ut pro legitimis habeantur, & quomodo annorum spatia ad visitandum sint computanda.

8 Tertio, in quibus consistat hæc Liminum visitatio, & quid facere oporteat Episcopum, vel eius nuncium pro illa integrè absolvenda.

9 Quoad primum dubium impedimenta testibus, vel instrumentis probari debere affirmant multi, quos suppresso nomine refert Joan. And. in cap. *primo*, *n.* 1. *vers. Quantum dicunt*, *de dolo, & contumac. lib.* 6. & alii apud Menoch. *de arbitr.*, *iudic. cas.* 118. *n.* 1. quorum tamen opinio non procedit nisi quando impedimenta sunt talia, ut verisimiliter probari possint per testes, vel instrumenta, ut declarat Jas. in l. 2. §. *Quod*

10 *dicimus*, *num.* 2. *ff. Si quis cautionibus.* Affirvero, ut Innoc. in cap. *Exitteris*, *in fin. de restitut. in integr.* & Specul. *in titul. de appellat.* §. *Nunc breviter*, *vers. Quid ergo dicemus impedimenta iuramento impediti posse probari*, *admittit maximè omnes testes*; quam sententiam tuetur Socin. Junior. *cons.* 79. *n.* 14. *vol.* 1. quando impeditus est persona honesta, & fide digna, & qualitas urgeat videtur convenire. Alii demum

11 dixerunt hoc totum pendere ex arbitrio judicis, qui personæ, loci, & facti qualitate perspecta interdum admittet loco probationis semiplenam probationem, & aliquando etiam juramentum, ut cap. *ult.* §. *fin. inf. eod.* & in hoc resident, in d. c. 1. *de hal. & contumac. lib.* 6. Host. *cons.* 3. Joan. Monach. & Arch. ambo. *n.* 1. *vers. Sed aliter* & Joan. And. *eod. num. vers. Tertiò prædicti*, & videtur de jure verius tum, ut inquit Menoch. *d. cas.* 118 *num.* 3. evenit nonnunquam, ut impedimenta occurrant in remotis regionibus, quæ nec testibus, nec instrumentis probari possunt judicis ergo erit prudentis de his statuere. Unde Præpos. in cap. *Placuit*, *in fin.* post alios, quos citat 18. *distinct.* ait Episcopum, qui vult excusare se, quare non venerit vocatus ad Synodum, si eidem impedimentum contigerit, quia fuit detentus invitus, admittendum esse ad probandum impedimentum per solum juramentum, & *n.* 3. addit: quod si vellet probare se ob infirmitatem impeditum, posset illud probare juramento, accedentibus conjecturis, ut

12 quia eius facies esset extenuata, tanquam surgentis ab infirmitate. Et est ex mente DD. de Rota *decis.* 302. Incipien. *Nota quod nec alias* 3. *de iureiurand. in antiq.* ubi post Archid. in d. cap. *primo*, concludunt credendum esse juramento impediti, quando verisimilis præsumptio est pro jurante dicente se impeditum.

13 Verumtamen quod pertinet ad præsentem quæstionem videtur respondendum impedimenta Episcoporum, qui admittuntur ad Limina per certum nuncium visitanda nequaquam juramento probari posse: nam etsi alias statutum esset in d. cap. *Iuxta*, 93. *distinct.* ut omnes Episcopi juxta SS. Patrum, & Canonum instituta tenerentur temporibus ibi expressis, nisi ægritudine essent detenti, Liminibus Apostolorum se repræsentare: & postea in hac Decretali Sanctum esset, ut Episcopi tenerentur præscriptis temporibus eadem Limina adjunctivè per se, aut per certum nuncium visitare; tamen cum ex vi Constitutionis Sixti V. jam ab omnibus Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis exigatur, ut de huiusmodi impedimento doceant per legitimas probationes per eorum nuncium transmittendas ad primum S. R. E. Cardinalem Diaconum, & hodie ad S. Congregationem Concilii, quæ in ipsius Cardinalis locum subrogata est ab eodem Sixto V. in Constitutione edita super ipsius Congregationis erectione clarè constat de huiusmodi impedimento aliter quam per juramentum esse docendum Dec. *in cap. de probat. n.* 150. ubi per glossf. in l. *Cum de indebito in ver. Legitimi*, *ff. eod.* concludit non sufficere probationem per juramentum, quando Constitutio, ut in casu nostro requirit legitimam probationem, & *eod. penult. vers. Tertio est ipso*, *num.* 168. concludit idem multò magis procedere, cum Constitutio ipsa legitimam probationem requirit per se, & principaliter, ut in hac specie.

Et confirmatur; nam cum Episcopo vinculo juramenti astringantur ex eadem Constitutione Sixti V. ad eadem Limina in certis annorum curriculis per seipsos visitanda, nisi essent legitimè impediti, frustra eorundem juramento staretur de legitimo impedimento. Qui enim sciens sine legitimo impedimento nuncium transmittendo in periurium incidere non veretur, utique nec timebit pejerare se legitimè impeditum. Quod si id facere ex ignorant se legitimè impeditum esse, utique & eadem facilitate jurabit se legitimè impeditum. Unde ne dicamus hanc Constitutionis particulam *per se*, & *principaliter*, seriò appositam otiosam esse, fateri cogimur Conditoris mentem fuisse, ut de impedimento aliter doceri oporteat, quam per juramentum.

15 Neque huic conclusioni adversantur opiniones initio relatæ: Siquidem & illæ tunc admittunt probationem per juramentum quando de impedimento attentis omnibus circumstantiis non potest commodè aliter, quam per juramentum doceri. Qui casus in materia nostra vix potest contingere, cum probationes non debeant recipi hic Romæ, ubi fortè non possent reperiri testes de impedimento conscii, sed in partibus ipsis, in quibus sunt Episcopi impediti, qui super ipso impedimento facile poterunt recipere attestationes, & in publicam formam redactas ad

ad præscriptum Constitutionis per nuncium S.

16 Congregationi Concilii exhibere. Et quamvis quædam reperiantur impedimenta, quæ in partibus per testes plenè probari non possunt; atque ita juramento impediti sit standum: tamen quia circumstantiæ faciem quæ simul debent concurrere cum assertione jurata, possunt per testes probari, ut in exemplo infirmitatis occultæ; Tunc etsi de ea non possit directè fides fieri per testes, potest tamen ut inquit Præpositus loco supracitato, per eosdem testes probari circumstantiæ; v. g. quod ex aspectu, & macilentia cognoscitur eundem morbo detineri. Accedere etiam potest judicium Medicorum, qui ex ipsis, quæ videntur, vel tangunter, suum possunt proferre judicium; & sic non videtur dari casus, in quo impedimentum solo possit juramento probari, & non per testes; si igitur potest testibus saltem adminiculativè impedimentum probari, utique non erit talis probatio omittenda.

Sed urgebis: imo de præsenti non potest fieri fides, nisi juramento impediti, eo quod etsi testes possint cognoscere, & habere notitiam, ac deponere de facto: nullo tamen modo possunt judicare an ex eo facto Episcopus sit censendus legitimè impeditus, nec ne, cum hoc solus possit affirmare qui se inde impeditum sentit. Præser-

17 tim quia ut Menochius asserit d. *cas.* 118. *in fin.* non solum requiritur, ut adsit impedimentum, sed etiam ut ob illud quis impediatur, alioquin non excusaretur.

18 Ad respondetur hoc argumentum non concludere, cùm non sufficiat impedito in genere allegare se impeditum, sed requiratur, ut exprimat factum, & causam in specie, ob quam putet se legitimè impeditum existere, ut in materia nostra notat Turrecremata in d. cap. *Iuxta*, 93. *distinc.* Et in simili de Episcopo excusante se cur non accesserit ad Synodum, notat idem Turrecrem. & Præpositus in cap. *Placuit*, *nu.* 2. post glos. *ibi in verb. Rationi*, 18. *distinct.*

Quibus accedit quod, ut dicit glossa in cap. *Si quis iusto*, *in verb. Detentus de elect. lib.* 6. cum hæc clausula, *iusto detentus impedimento*, contineat verba juris, pars ipsa non debet illis generaliter uti, sed tenetur exprimere verba tacti, ex quibus postea jus, hoc est judex elicit an illud factum justum inducat impedimentum. Quod satis patet ex cap. *Pervenit*, *in fine.* Atque ita ut not. Turrecr. Præpos. tenetur tantum ipsum, hoc est causam excusantem exprimere, & per testes probare, & factum ipsum sic probatum exhibere judici, qui judicabit an illa causa sit sufficiens.

19 Ex quibus concluditur hæc impedimenta aliter quam juramento impediti esse probanda. Addè impedimum debere etiam probare se non potuisse impedimentum removere, aliàs non excusatur c. *fin.* ubi tex. *supra de elect.* & l. *Sed & si per Prætorem*, §. 1. *ff. ex quib. caus. maior.* l. *Quibus diebus*, ubi Bold. *ff. de condit. & demonstr.* Dec. in cap. *In nomine Domini*, *in* 4. *notab. supr. de testib.* & censuit Rota apud Seraph. *decis.* 1206. *num.* 2. & *in recent. decis.* 343. *nu.* 1. *par.* 2. & hæc quoad primum dubium.

20 Quoad secundum, cùm idem factum uni possit afferre legitimum impedimentum, quod alteri non afferret, ratione diversitatis individuorum; difficile admodum, quin & periculosum videtur aliquid circa hæc generaliter affirmare; ideoque quæ sint justa impedimenta, tanquam indeterminatum, relinquendum videtur arbitrio judicis, l. 1. *ff. de iur. deliber.* cap. *De causis*, §. *Illa etiam*, *supr. de offic. delegat.* & in simili materia notat glossf. in d. cap. *Si quis iusta*, *de elect. lib.* 6. *in verb. Iusto*, ubi ait hoc esse judici relinquendum, quia nec numeris possunt. Unde satius esset ab hujusmodi determinatione, seu enumeratione abstinere; non tamen abs re erit nonnulla per modum exempli recensere, cum exempla regulam non restringant, ut dicam infra *nu.* 23.

21 Itaque præmittendum est primò, & si antiquitus hæc Liminum Apostolorum visitatio exigeretur in signum obedientiæ, reverentiæ, & subjectionis, ut constat potest ex §. *Episcopi verò*, juncto cap. *Iuxta*, *immediatè seq.* 93. *dist.* tamen ut patet ex *proœmio Extravagantis Sixti V.* dicta visitatio requiritur etiam ad effectum, ut Romanus Pontifex de statu Ecclesiarum certior factus, possit quæ ad onus supremi Apostolatus spectant, quoad omnes Ecclesias adimplere, & omnes Episcopos in partem diffæ solicitudinis assumptos Ecclesiasticis monitis solidare, & instructiones remittere. Cui fini videntur etiam adhibiti posse quæ in simili materia ponuntur in c. *Si*

22 *quis in metropolitana*, 63. *distin.* Unde colligi potest hanc visitationem Liminum nunc aliqua ex parte assimilari Synodis Episcopalibus, quarum mentio habeatur in d. c. *Si quis*, & in c. *Non oportet*, *cum seq.* 15. *dist.* in quibus quidem Synodis à Curatis exigebatur ratio curæ eisdem commissæ, ut per Bothæum *de Synod. Episcop. par.* 2. *num.* 46. quod conjicitur etiam ex hac Decretali, ubi unusquisque Episcopus jurat per hæc verba: *Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero Canonica præpeditione.* Et paulò infra: *Apostolorum limina singulis annis, aut per me, aut per certum nuncium visitabo, nisi eorum absolvar licentia.* Unde infertur, ut quæ in materia accedendi ac Synodum scripta, reperiuntur, congruè applicari possint visitationi Liminum, arg. l. *Non possunt. ff. de leg.* & cap. *Inter corporalia*, *de translat. Episcop.*

23 Præmittendum secundò, & si text. in d. c. *Iuxta*, 93. *distinct.* pro justa excusationis causa non visitandi Apostolorum Limina videatur admittere solam infirmitatem ibi: *præterquam si ægritudine fuerit detentus*: tamen, ut ibi not. Turrecrem. & Præpos. & potest colligi ex glos. *ibi*, & in d. cap. *Si quis metropolitanus*, 95. *distinct.* Hic casus infirmitatis ponitur pro exemplo, quod regulam non restringit l. *Damni infecti stipulatio*, *ff. de damno infect.* cap. *Ius naturale*, 1. *dist.* cap. *Inter cætera*, *supra de rescript.* glos. 1. in cap. 1. *infra de Clericis, vel Monachis.* Ideoque non prohibet quin alia etiam justa impedimenta admittantur. Et propterea Archidiacon. ibi post Joan. de Fan. exponit verbum illud, *ægritudine*, idest justo impedimento.

24 Porrò Canonicæ præpeditiones, seu causæ, quibus Episcopi excusantur ab accessu ad Conventum Episcopalem, adeoque à personali sacrorum Liminum visitatione, infrascriptæ inter aliàs recensentur.

Infirmitas in primis pro sufficienti capit à sacris Canonibus in hoc ipso casu visitationis

admittunt in d. cap. *Iuxta, dist.* 93. & habetur in simili materia in cap. *Non oportet*, 18. *dist.* tamen infirmitas debet esse gravis ad hoc, ut excuset cap. *Si Episcopus*, 18. *dist.* ibi *excepta gravi infirmitate corporis*, glos. in d. c. *Placuit, in ver. Ne quis negotiis.* Subdens ex l. 1. §. *Sed secundum, ff. de edict. rac.* levem ebrietatem, aut veterem quartanam non excusare, & hoc dictum glossæ etiam approbat Bothrus *de Synod. in 2. parte num.* 37. arg. l. *Quæsitum, ff. de re iudicat.*

25 De impossibilitate præcisa dubium non est, quin excuset, ut si quis esset inclusus in carcere, vel circumdatus à custodibus; hæc enim excludit omnino voluntarium; ideoque etiam à peccato, at transgressione excusat cap. *Sacra cum materia, de usque vi mat. cons.* cum impossibilium nulla sit obligatio, ut not. Turrecrem. in dict. cap. *Pervenit, in fin.* & statutum est decreto Concilij Meldensis, *cap.* 23. *tit.* 3. *Concil. par.* 1. *sess.* 2. *par.* 350. *col.* 1. in hæc verba (Ut si quilibet Episcopus ad Synodum vocatus quacunque occasione venire distulerit, nisi evidens impossibilitas præpedierit, salva consuta ex hoc Patrum authoritate decreta, cesset ab offitio, donec satisfecerit fratribus. Facit text. in cap. *cum vers. Sed insta, ex rationabile corporis necessitate de Clerico non resid. in 6.* & in cap. 1. *vers. Aut aliqua earum gravem necessitatem detineret, 1. qu.* 3. & in cap. *Placuit, ibi usque ad gravem necessitate*, 18. *dist.* in l. *Sed & si quis*, §. *illud, ff. si quis caut.* & in l. *Succurritur, ff. ex quib. caus. maior.*

26 De regia vocatione est textus in cap. *Si Episcopus*, *dist.* 18. ibi; *aut præceptione Regia.* Ad idem text. in cap. *Cum parati*, in illis verbis: *quod in legatione Regis esses, & Deo non potuisses ad rationem præstitis Cardinalibus accedere*, de appell. & tradit glos. in cap. 1. *in verb. Athena* 5. *quæst.* 5. Verum glos. in d. cap. *Si Episcopus*, hanc causam restringit ad Episcopum tenentem familiam, quod etiam sentit glos. in d. cap. *Cum parati, in verb. In legatione Regis*, dum ait Episcopum tenere obtemperare mandato Regis, si ab ipso teneat Regalia, alias non teneri, cap. *Quo auctor*, 23. *quæst. vlt.* cum alijs ibi per glos. alleg. Deinde hujusmodi causa restringitur per utranque glos. in loco citato, ut non procedat quando Episcopus est vocatus à Papa, ut contingit hoc casu, in quo Episcopi per hanc Constitutionem Sixti vocantur ad Limina visitanda; tunc enim vocatio Principis sæcularis non excusat: & sequitur Præpositus in d. cap. *Si Episcopus.* De hoc artic. scripsi plenius in cap. *Qualiter, infra de Cler. non resid.*

27 Munus item, & Reipublicæ officium Episcopatibus adjunctum, veluti cum Episcopi electores occupantur in electione Imperatoris, juxta c. *Venerabilem, de elect.* vel cum Episcopi actu interfunt Conventibus, Dietis, vel Assembleis, quibus Ecclesiastici interesse solent, justam præbet excusationem à visitatione Liminum, sicuti præbet à residentia ex decreto Concil. Trident. *cap.* 2. *vers. Nisi cum absentia, sess.* 23.

28 Ærus etiam affert legitimum impedimentum ab hac visitatione, sicuti ab accessu ad Synodum cap. *Placuit*, 18. *distin.* glos. in d. cap. 1. *in verb. Athena*, 5. *quæst.* 3. ubi ait, illum Canonem tria excipere impedimenta, ætatem, ægritudinem, & graviorem necessitatem. Quod tamen videtur intelligendum, dummodo ætas sit admodum gravis, arg. cap. *Nisi cum prudens*, 5. *alias vero causa. supr. de renunciat.* In quo Sac. Congregationis arbitrium maximè versatur perspecta Ecclesiarum distantia, personarum, ac temporum qualitate, atque alijs facti circumstantijs, arg. cap. *Quoniam frequenter*, 5. *Quod si forsan, supr. ut int. non contesc.* & ibi not. Joann. Andr. *num.* 6. *in verb. Senes*, & Felin. *sub num.* 4. *col.* 7. *vers. Advertam quæstionem.* Bald. *in Margarita in verb. Senes*, & alij apud Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.* 1. *centur.* 1. *cas.* 59. *num.* 3.

29 Hostilitas item excusat, arg. 1. *Ex transmissa, de præscript.* Bald. *consil.* 274. *Factum tale est, lib.* 1. seu timor hostium glos. *fin.* in d. cap. *Pervenit, in fin. 18. distin.* per text. in cap. *Ex parte*, 30 *il primo, de appellat.* Incursus latronum, l. *Scire, etiam oportet*, §. *Suffitit, in verb. Incursu latronum, ff. de excusat. Tutor.* Pestis quoque affert 31 legitimum impedimentum, dum tamen non sit levis, Præpos. in d. cap. *Pervenit in fin.* 18. *distin.* quem refert, & sequitur Bothrus *ubi supra num.* 38.

32 Itineris, seu vitæ impedimentum solet pro legitimo admitti, arg. d. cap. *Ex parte*, l. *Si quis*, §. *Quod dissimulat, ff. Si quis caution*, l. *Scire etiam oportet*, §. *Suffitit, ff. de excusat. Tutor.* Et hoc sive sit impedimentum itineris terræ, sive maris, puta si viæ essent obstructæ à grassatoribus, vel piratis, adeo ut accessus ad Urbem non pateret absque evidenti vitæ periculo, ut patet ex *cap.* 2. *sess.* 24. Concil. Trident. vers. *Excepta ij*, quibus cum imminenti periculo transiretur dum esset. Huic enim legi naturali cedit lex positiva, Turrecrem. in d. cap. *Pervenit, num.* 3.

33 Porrò ex his impedimentis, ut innuit Joan. de Jan. & Præpos. post eum in cap. *Iuxta, ad fin.* 95. *distinct.* quædam excusant Antistites à visitatione personali tantum, non autem à visitatione per certum nuncium, veluti ægritudo, decrepitas, minus Episcopatus adjunctum, & alia id genus, quæ tangunt personam ipsius Episcopi. Quædam verò excusant etiam à transmissione procuratoris, ut pestis, viarum obsessio, hostilitas, & consimilia, dummodo tamen talia sint, quæ impediant accessum Diœcesanorum ad Urbem: Si enim Episcopus non carcat Clero, exteri Sacerdotes non admittuntur ad Limina visitanda pro non suo Episcopo, quia in Constitutione hac Sixti V. Sancitur, ut Episcopi legitimè impediti visitare debeant per certum nuncium ex gremio suorum Capitulorum, aut in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, & in eorum defectum, Diœcesanum Sacerdotem; At si clero careant, omnino per aliquem alium presbyterum sæcularem, vel regularem spectatæ probitatis, & Religionis, de Statu Ecclesiæ plenè instructum.

34 Quotiescunque autem impedimentum est tale, ut excuset Episcopum etiam à transmissione procurationis, tempus ad visitandum non currit, sed dormit, & subducitur tempus impedimenti, ita ut eo cessante restauretur tantundem temporis Episcopo ad visitandum quantum absorbuit impedimentum, juxta theoricam Baldi in l. *Quod tempore*, n. 1. & 2. *C. de restit. milit.*

35 Quando enim impedimentum absorbet omnem diligentiam adhibitam per prius, tota dilatio debet

debet instaurari, ut idem Bald. ait in l. *Si ita stipulatus, num.* 2. *ff. de verb. oblig.* & sic computatio temporum, cum modo, tempus ipsum ante impedimentum, & post Rotman. *cons.* 443. *Quod primum in principio.* Liberè hoc casu in impedimentum absumpserit notabile anni partem, eo cessante, tutius fit petere prorogationem ad visitandum, antequam triennium, vel quadriennium labatur, si spatium videatur annis angustum.

36 Cæterùm quis in hac materia omnia ferè certam interpretationem habuerit ex observantia, & stylo Sacræ Congregationis Concilij, cui universum hoc negotium excipiendi Præsules Limina visitantes, eorumque postulata audiendi impositum est à Sixto V. in locum primi Cardinalis Diaconi, ut in Bulla institutionis ejusdem S. Congregationis.

Supponendum est primò ex præfata Sixti V. Constitutione de visitandis Liminibus Episcopos & alios majores Antistites Italos, & Italicis insulis, & provinciis à jacentibus teneri hoc munus obire tertio quoque anno Germanos vero, Gallos, & Hispanos, & cæteros, qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Balticum, quarto anno; remotiores verò, qui intra fines Europæ sunt, & Africanos quinto anno; Asiaticos demum, & qui extra Asiam sunt, ex omnibus mundi partibus decimo quoque anno, ut fusius exprimitur in eadem Constitutione.

37 Hæc autem annorum spatia ram Episcopis Italiæ, quàm cæteris omnibus Christiani ordinis incipiunt currere æqualiter à die publicationis ejusdem Constitutionis, hoc est à die vigesima Decembris anni 1585. Quod quidem quoad Episcopos & Archiepiscopos, qui tempore publicationis præfatæ jam consecrati erant, vel Pallium suscepterant, aut ad aliam Ecclesiam jam erant translati, est manifestum, quia sic expressè cavetur in ipsa Constitutione, §. *Ibi vero ex supra dictis.* Quoad alios autem quamvis Constitutio in §. *Ita autem annorum spatia*, statuerit, ut spatia hujusmodi tempore suscepti muneris, consecrationis, vel Pallii traditionis, aut translationis ad aliam Ecclesiam incipiant: tamen hæc verba non à fine accipienda, ut initium computationis trienni, vel quadrienni, &c. sumi debeat à die consecrationis, suscepti muneris, vel translationis hujusmodi; sed hunc habent sensum, ut ex ipso quod quis est consecratus, &c. incipiat sibi currere obligatio visitandi Limina, non autem, ut spatia supra dicta ab

38 eo tempore computari debeant. Et propterea in Bulla videtur tradita à omnia præpositio, *à*, quæ designat principium temporis, & terminum *à quo.* Clem. *Sicut*: & ibi Cardin. *n.* 3. *de appell.* Felin. in hoc cap. *Ego N. in princ.* & fuit dictum simpliciter, tempore, &c. Et hanc interpretationem semper habuerunt ea verba in S. Congregatione Concilij.

39 Itaque Episcopis Italis cœpit currere primum triennium à die vigesima Decembris anni 1585. quæ Constitutio Sixti V. fuit publicata, & expiravit anno 1588. Similiter die vigesima Decembris, à qua die idem incepit secundum triennium, & duravit usque ad diem vigesimam Decembris anni 1591. & ita ex inde de triennio in triennium; unde hoc præsenti anno 1636. à vigesima die Decembris incipiet currere decimumoctavum triennium æqualiter universis Episcopis Italiæ, & Insularum à jacentium, & expirabit anno 1639. eadem die vigesima Decembris, numerando qui à die publicationis Bullæ usque ad finem prædicti anni 1589. effluxerunt anni 54. qui constituunt præfata triennia decem, & octo, & successive anno 1642. pariter mense Decembris expirabit decimumnonum triennium anno 1645. expirabit vigesimum, & ita in futurum perpetuis temporibus.

40 Similiter Episcopis Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, &c. incepit currere quadriennium primum ab ipsa die publicationis Bullæ, & duravit usque ad diem vigesimam Decembris anni 1589. Et hac ipsa die incepit quadriennium secundum, & finivit anno 1593. in ipsa die vigesima Decembris. Atque ita anno 1637. proxime futuro incipiet illis currere decimumquartum quadriennium duraturum usque ad diem vigesimam Decembris anni 1640. quia ab anno 1585. quo Bulla fuit publicata usque ad finem prædicti anni 1640. intercedunt anni 56. qui constituunt quatuordecim quadriennia. Quoacirca Europæi, qui per totam diem vigesimam Decembris ejusdem anni 1640. Limina non visitarint pro decimoquarto qui triennio, incidentur utique in

41 pœnas à Constitutione inflictas. Eodem modo pro Africanis primum quinquennium simpliciter initium à die 20. Decembris 1585 publicationis Bullæ, & exivit anno 1590. in ipsa die 20. Decembris, & inde incepit quinquennium secundum, & exivit anno 1595. eidem mense Decembris, adeo ut anno præterito 1635. inceperit illis undecimum quinquennium, quod desinet anno 1640. & sic deinceps de quinquennio

42 in quinquennium. Sed & Asiaticis à publicatione Constitutionis effluxit primum decennium anno 1595. die 20. Decembris; secundum anno 1605. eadem die. Unde cum præterito anno 1635. à die 20. Decembris incœperit illis currere tertium decennium obstricti erant omnes æqualiter Limina visitare pro tota die 20. Decembris anni 1645. & sic in perpetuum ab uno aliud decennium.

43 Hæc autem computatio fieri debet ab ipsa die publicationis Bullæ exclusivè: & sic in fine cujusque trienni, vel quadrienni, integra dies vigesima Decembris cedit commodo Episcoporum, adeo ut tempus ad visitandum præfatum duret usque ad ultimum momentum ejus diei. Ita enim statuitur pro regula, *ut dies termini non computetur in termino*, l. 1. *ff. Si quis cautionem*, *cap. primo* cum concordant. de quibus ibi per glos. *in verb. Prorogatur. de restitut. spoliat. num.* 4. glos. *fin.* in cap. *Super eo, infra de appellat.* Socin. *regul.* 16. Ivè Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *in gl.* 2.

Neque obstat quod annus ubi incipit ibi desinat, & resolvatur, ut inquit Bald. *cons.* 458. *num.* 4. *in fin. vol.* 1. glos. & DD. in l. *Ita veniretur*, §. *Æstimatio, ff. ad l. Aquiliam.* Et quod cum anni naturalis conficiatur diebus 365. & horis ferè sex, glos. in c. *Quadragesima in verb. Dies, de consecr. dist.* 45. glos. in Clem. 1. §. *Licet quitur, de relig. & venerat. Sanctor.* Idcirco triennia, vel quadriennia visitationis præfata similiter desinere debeant eodem momento, quo inceperunt.

Id

Id, inquam, verbalitas, quia cum tractatus hujusmodi, ut claudatur, incipiat a die publicationis cæleberrimi, utique facta computatione 3 primo momento diei vigesimæ octavæ Decembris, triennium, &c. consummabitur, inde ex ea ratione tradita, momento dies vigesimæ Decembris in, in quo momento pertinget ad punctum sui principii, & sic fabitur ubi incepit.

44 Præterea quamvis maxime sit inter DD. altercatio, an, & quando tempus currat de momento ad momentum, & ultimus dies anni exempti habeatur pro completa, ut apud Tiraquell. *de gloss. tit. nunc. n. 6.* & apud Justinian. *l. 1. ff. de statuliber.* Canonistas in *c. Cum in cunctis, de decimis*, tamen frequentius receptæ est opinio glossæ in *l. 3. Mutatum, in verb. Mancipium, ff. de usucap.* Ita distinguendum fit, in materia, de qua agitur, versetur favor, vel odium, ut dies exempta imputetur, vel non impleta habeatur, prout favor suadet haberi, vel non haberi. Quam glossæ opinionem sequuntur ibi Bart. & Alberic. qui testatur in hac quæstione semper solere ad eam glossam recurri, & explicat difficile diem exemptam non habere pro completa, ubi est favor, ut tempus detur, & habeatur ubi est favor, ut tempus tribuatur. Idem tradit glos. *in cap. Cum in cunctis, in verb. Extorsere, de decim.* & Abb. *eo. c.* testatur eam glossam communiter approbari; & de communi testatur etiam Tiraquell. *de jure pri. nu. 44.* Ac certum est hoc casu in dubio favorem, ut tempus visitationi præstitum detur usque ad ultimum diem exemptum, diei superstitem, ut Ex Episcopi fine numquam a certuria, & prima Bullæ. Ergo ultimus dies exempta non debet haberi pro completa; ibant ut inquit Angel. *cons. 464. col. fin. versf. Non obstat Decretum, ex Bonifacio*, & ad excludendam contumaciam totus dies terminus cadit in terminum, maxime quia Sedis Apostolicæ nihil interest an Episcopi visitent Limina in ipsa die 20. Decembris, an vero postridie, & de punctis horarum hæc non curat, ut Bald. *ubi in d. c. Cum in cunctis, n. 3. de elect.* Tam parva enim horarum momenta non satis digna videri possunt animadversione. Legislatorum Cujac. *lib. 3. Commentar. Dies enim cap. 12. ff. de Adq. hæred. l. 1. ff. de usucapionibus*, ubi in numero dierum, intra quos abscedere, debentse judicio fabrica, dies terminorum computantur, & subinde dimittuntur, quia talis numeratio non est integra, ac controversa est. Et ita ulla recentiori

45 est. Quinimò Sac. Congregatio contulerit benigne excusare à censuris Antistites venientes ad Limina, dummodo ad Curiam pervenissent per totam diem vigesimam Decembris ultimi anni, in quo cadit visitatio, licet Basilicas Beatorum Apostolorum ex tunc visitaverint, nec relationem Status Ecclesiæ exhiberint ante consummationem ejusdem, eo quod negotium visitationis videretur inchoatum per accessum ad Urbem *arg. cap. In causis, de elect.* & eorum quæ in materia visitationis inchoatæ tradit Federic. 46 de Sen. *cons. 145. Ioannes Episcopus num. 3. in fine*, exemplo eium examinis testium, quod non potest dici extra terminum, quando testes intra terminum juraunt. Seraphin. *decis. 87. nu. 21.* Cum præterea hoc ipsum suadere videantur verba Constitutionis, quæ tantum exigunt, ut Antistites tertiò, quarto, quintò, & decimo quoque anno inter suscipiant, & Deo concedente perficiant.

47 Supponendum est secundò ex præcepto hujus Constitutionis Sixti V. §. *ad hæc autem, versf. Quæ ut tanto ab esse curant, &c.* tempus quodcunque excusatum alterius Episcopis, qui sive morte præventus, sive 4 ut quacumque de causa ob non finitum tempus ad præscriptum Limina non visitaverit, ita metuit si effluxisse, & excusatisse illius decessori, in tertio nimo ipso juxta Prædecessoris sui jus jurandum completo, debitam visitationem conficere teneatur. Quæ verba non cum habent sensum, ut Episcopus successor teneatur visitare pro omnibus triennij, vel quadriennij, &c. pro quibus ejus prædecessor non visitavit aliquam sequentem, ut si Episcopus prædecessor tantique Limina visitasset, & sibi Ecclesiam obtinuisset, & successor teneretur octies, aut decies uno anno visitare, cui de Ecclesiæ suæ ratione reddere pro octo, aut decem triennij, quibus antecessor Præterit in visitationem. Quod non est dicendum; sed illa verba ita sunt accipienda, ut Episcopus super consecratus, si eo triennio, vel quadriennio, quo eodem tempore cursit, ejus Prædecessor non visitaverit, teneatur ipse visitationem perficere; exempli gratia Episcopus Italiæ consecratus est die prima Maij hujus præsentis anni 1636. In quo cursit tertius annus decimi septimi triennij secundum ea, quæ dicta sunt supra *num. 39. versf. Itaque episcopi tranq.* si ejus Prædecessor pro hoc triennio decimo-septimo visitaverit, Episcopus ipse habebit spatium ad visitandum pro 18. triennio usque ad diem 20. Decembris anni 1639. Atque ita dicetur ponit visitationem pro omnibus triennij, atque octo hæc mensium a die prima Maij inchoatorum. Sin autem idem Prædecessor non visitaverit pro eodem triennio decimo septimo nunc currente, tenebitur successor visitationem absolvere hoc ipso anno 1636. inde exactum diem 20. Decembris proximè futuri, & sic a die prima Maij Consecrationis sua non habebit spatium ad visitandum nisi septem mensium, ac viginti dierum: & in hunc sensum intelligi debent illa excusatio tempus Prædecessori effluxum.

48 Quod si hoc spatium nimis breve Episcopo videatur ad visitationem perficiendam, & consificandam relationem Status Ecclesiæ, poterit impetrare à S. Congregatione prorogationem ad 49 hoc munus ob eundem 2 & in casibus in quibus Episcopi consecrantur in Curia paulò ante finem triennij puta mense Octobris, vel Novembris, quia non subest tempus autem adi Ecclesiam, conficiendi status Ecclesiæ relationem, & redeundi ad Urbem ad Limina visitanda ante exactam diem 20. Decembris immediatè sequentis ex gratia admitti solent ad visitationem prius quam abscedant à Curia, exhibita aliquali Ecclesiæ relatione, quæ illa, quæ facta fuit in Consistorio, eisque dantur litteræ testimoniales peractæ visitationis, cum eo tamen, ut cum ad residentiam se contulerint, & diœcesim visitaverint, infra sex menses, vel aliud tempus eisdem præscribendum uberiorem relationem transmittant ad Sac. Congregationem.

50 Supponendum est tertiò, Episcopos non debere infra tempora superius expressa quandocunque visitare, sed tantum in ultimo anno triennij,

nij, &c. idque satis aperte judicant verba Constitutionis, quæ non præcipiunt simpliciter visitationem infra illa annorum curricula, sed jubent ut Episcopi Italiæ tertiò, Germaniæ quartò, Africæ quintò, Asiæ decimo quoque anno inter suscipiant, & perficiant. Licet cum Episcopi ultra montes, ac præsertim Indiarum ob ingentem locorum distantiam benignius agi consueverit, alioquin si liceret infra dicta temporum intervalla visitare quandoque sequerentur duo inconvenientia. Primum, quia Episcopus Italiæ si exempli gratia visitaret initio anni 1637. proximè futuri, qui erit annus primus decimi octavi triennij à publicatione Bullæ posset differre aliam sequentem visitationem usque ad diem 20. Decembris anni 1642. quo tempore absolveretur decimum nonum triennium. Atque ita ab una visitatione ad aliam intercederet spatium sex annorum, quod est contra mentem, & verba Constitutionis, quæ vult, & tertio quoque anno

51 fiat visitatio. Ita in simili cum in cap. *In singulis de stat. Monach.* statuatur sit, ut Capitula provincialia Religiosorum fiant de triennio in triennium, Joan. Andr. *ibi in princip.* dicit (non sufficere in fine primi triennij facere unum Capitulum provinciale, & statim in principio secundi triennij facere unum aliud, quia id potius esset facere Capitula de sexto in sextum annum, quàm de triennio in triennium, & multò tempore posset sic tardari Ordinis reformatio; & sic etiam interpretata est consuetudo.) Hæc Joann. Andr. quem ibi totidem verbis sequuntur Antonius de Butr. *num. 4.* Cardin. *num. 3.* Anchar. & 52 Abb. & Joan. de Anan. *num. 1. in n. notab.* Similem quæstionem proponit Collector, in cap. *Procurationes nu. 13. infra de cens.* de Episcopo qui in ultima die anni visitavit Ecclesiam, & in sequenti, seu tunc incipienti. Et resolvit Episcopum non debere hoc facere, etiamsi per annum integrum esset absturus, quia hæc non est justa causa gravandi illam Ecclesiam; sed & tunc unica videretur visitatio, & continuata, ut c. *Cum venerabilis, de cens. & cap. Visitandi, 18. quæst. 2.* Alterum inconveniens est, quia si Episcopus Italiæ visitaret, verbi gratia die prima Decembris hujus præsentis anni 1636. qui est annus ultimus decimi septimi triennij à Bullæ publicatione, si admitteretur ad visitationem primo anno sequentis triennij decimi octavi, posset visitare iterum hoc ipso anno die vigesima prima ejusdem mensis decembris, in qua incipies decimum octavum triennium; & sic infra dies unum, & viginti. Quod similiter esset tam contra verba, quàm contra mentem prædictæ Constitutionis, quæ vult, ut Episcopi Italiæ tertio quoque anno reddant rationem Episcopalis administrationis, & contra prælegatam doctrinam Joann. Andr. & aliorum in dicto cap. *In singulis, de stat. Monach.* & Collector. *loc. citat.* Itaque Episcopi præsertim Italiæ non consueverunt in primo anno triennij ad visitationem admitti; in secundo autem anno non nisi rarò, & ex aliqua rationabili causa, & ita censuit sacra Congregatio super residentia Episcoporum, ut dixi in cap. *Qualiter, num. 42. & 47. infra de Cleric. non residen.*

53 His ita Constitutis, cum de impedimentis fusè superius actum fuerit, considerandum est ante omnia, quo tempore impedimentum cuique Episcopo contingat, & quandiù verisimile sit duraturum: nam si Episcopus incideret in febrim primo anno currentis triennij, vel quadriennij, &c. hæc non esset justa causa mittendi puncium ad visitationem peragendam, quia eo anno non tenetur, nec debet visitare, & verisimile est, ut ante ultimum annum triennij, vel quadriennij cesset impedimentum infirmitatis, atque ita Episcopis posset per seipsum præscripto tempore Limina visitare. Quod si impedimentum incideret in ultimo anno, quamvis tunc sit justa causa obligandi procuratorem, tamen si impedimentum incideret initio illius anni, quo tenetur visitare, & esset ejusmodi, ut verisimiliter duraturum non esset ultra paucos aliquot dies; certè Episcopus non satisfaceret conscientiæ suæ, qui hujus impedimenti prætextu abstineret à 54 personali visitatione: requiritur enim ad hoc ut impedimentum sit diuturnum, ut ait glos. in cap. 1. *in verb. Legatum, 5. quæst. 3.* Joan. de Imol. *consil. 86. num. 9. versf. Circa quantum*, aliàs vix daretur casus, ut Antistites tenerentur per seipsos visitare, quia rarò accidit, ut integri anni spatio quis non reperiatur aliquandiù impeditus. Un de impedimenta procellæ maris impetus fluminum, transitus piratarum, levis podagræ, seu alterius morbi, vel obstaculi parum duratori pro 55 legitimis habenda non essent etiamsi inciderent in anno visitationis; dummodo tamen non incidereat circa finem anni, adeo ut cessante postea impedimento, probabiliter non superesset congruum spatium personaliter accedendi ad Ur- 56 bem, & Episcopus de industria in illud tempus accessum non distulisset: nam hoc casu secun- 57 dum Geminian. *cons. 91. in fin. num. 12. versf. Secundo etiam.* Si quis ponat se in necessitate, vel negligentia ultimi momenti diei, cum potuerit ante esse diligens, quamvis superveniat impedimentum in ultimo momento, non excusatur; quia imputandum est ei, qui se taliter arctavit, allegat Speculator. *in tit. de dilat. §. Dilationem, versf. Potest Judex*, & glos. in dicto cap. *Cupientes, in ver. Comparere, de elect. lib. 6.* In quibus tamen omnibus plurimum exuberat arbitrium, & æquitas sacræ Congregationis.

58 Cessantibus ergo supradictis impedimentis, ac si quæ sunt his similia, Episcopi tenentur ipsi per se juxta intervalla temporum superius relata munus visitationis conficere; alioquin ab ingressu Ecclesiæ, ac etiam ab administratione tam spiritualium, quàm temporalium, nec non à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum à Capitulis earum interim liberè exigendorum, & in opus fabricæ, seu ornamentorum Ecclesiæ emptionem, prout major exegerit necessitas, insumendorum, ipso facto tandiù sunt suspensi, donec à contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis à Sede Apostolica meruerint obtinere, ut patet in Bulla in 6. *Si verò quod absit*; 59 Non tamen incidunt in has pœnas nisi transacta ultima die termini ad visitandum præfixi, etiamsi tantum temporis affluxerit, ut certum sit, eos ante præfinitum tempus visitare non posse, ut optimè probat textus in c. *Commissa, in princ. de elect. lib. 6.* & per illum text. in simili casu tradunt in cap. *fin. ne Clerici, vel Monachi.* Butr. *num. 8. in 3. quæst.* Cardin. *nu. 6. in 2. quæst.* Anchar. *num. 6. in fin.* expectandus est enim totius tem-

temporis lapsus quasi in diem rota obligatio sit collata l. *in 2. §. de verb. oblig.* l. *Ita stipulatus,*
60 & l. *hoc idem, §. si ea cautio.* Lapsi tamen ultima die termini, remanebunt ligati constitutione, etiamsi ante lapsum eos permiserit, quia imputandum est eis quod se arctaverunt, arg. l. 2. §. *In quotannis, §. Si quis cautio.* cap. *Consulit. §. 1. supra de offic. deleg.* cum suis concordan. & not. Host. in d. cap. *fin. nu. 1. in verb. Redeunt ad Cler. vel Monach.* post Goffred. Vincent. & Abb. *Antiq.* ibi *num. 3.* Butr. Cardin. & Anchar. *supra citat.*

61 Porrò ejusmodi munus visitationis Liminum in tribus actibus potissimum consistit, videlicet in narratiu sacrorum Liminum visitatione, in exhibitione debitæ obedientiæ, ac reverentiæ Romano Pontifici, & in relatione Status Ecclesiæ. Quos tres actus complectitur Bulla in §. *Quæsita*: & eorumdem meminit Sac. Congregatio Concilij in litteris patentibus, quas tribuere solet Episcopis post peractam visitationem hac, vel consimili formula, videlicet Nos, &c. S.R.E. Presbyter Cardinalis, &c. Fidem facimus, & attestamur Reverendissimum in Christo Patrem Episcopum, &c. Constitutioni fel. rec. Sixti V. *&c.* cumulate satisfecisse: nam & sacra Beatorum Petri, & Pauli Basilica humiliter, & devotè præsens venerata est, & Sanctissimi D. N. pedibus provolutus Sanctitati Suæ, & Sac. Congregationi, &c. ore, scriptoque rendit de statu Ecclesiæ suæ, &c.

62 Itaque primus actus perficitur ab Episcopis adeundo Basilicas SS. Petri, & Pauli de Urbe, ibique humiliter venerando Beatorum Apostolorum corpora. Nam & si obligatio quam habent Episcopi de visitandis Liminibus Apostolorum ex forma juramenti posita in hac Decretali non intelligatur de Ecclesijs SS. Petri, & Pauli situatis in Urbe, sed de Curia Romana, ut dicit hic Joan. de Anan. *num. 9.* nec de Apostolis mortuis, sed de Papis, ut per Joan. Andr. in verb. Apostolorum, & dicemus infra *num. 68. verf. Secundus actus*, tamen obligatio hæc visitandi prædictas Basilicas deducitur ex alijs Canonum, & Sanctorum Patrum decretis, & præcipuè ex dicto cap. *Iuxta 2. 93. distin.* ex Leonis *Epistola* 4. ex Pelag. cap. *lib. 4. tit. 25.* ex Anicreto *lib. 6. cap. 164.* ex hac Sixti V. Constitutione, & ex diuturna observantia, ut propterea non bene Anastas. Gernion. Archiepiscopus Tarantasiæ excludat à visitatione Liminum hunc actum venerationis Basilicarum in suo tractat. de *Indult. Cardin. ad fin.*

63 Quem quidem actum Episcopi non tenentur probare juramento, aut testibus, ut supra de impedimentis dictum est; sed satis est, ut ipsimet referant Cardinali Præfecto, vel Secretario S. Congregationis Concilij se personaliter Basilicas visitasse: nam qui e sua Diœcesi ad Urbem accessit ad Limina visitanda dubitari non potest, quin Basilicas præsens venerata sit, ideoque eorum assertioni in hoc plena fides habetur; adeò ut nec per fidem Sacristæ earumdem Basilicarum de visitatione docere debeant. Quinimò testationes hujusmodi, quas aliquando Episcopi exhibuerunt, me Secretario, vel ante actis temporalibus non fuerunt receptæ, vel admissæ. Et hic stylus servatur est tam quoad Episcopos, quàm quoad eorum nuncios, seu procuratores. A quibus tamen procuratoribus hoc amplius exigitur, ut priusquam hoc nomine adeant Beatorum Apostolorum Basilicas, exhibeant mandatum speciale authenticum sui Episcopi ad Limina visitanda. Etenim mandatum generale non consuevit admitti, tum quia jus commune exigit certum nuncium ut hic in textu, ubi Joann. Andr. *num. 8. in fin.* & post eum Abb. *num. 6.* suppleat, idest cum litteris patentibus Episcopi. Tum quia qualitas mutatiæ hoc deposcit, netam grave, ac necessarium negocium quasi obiter agatur, ac perfunctoriè. Tum denique quia Bulla diserta verbis præcipit, ut si Episcopi legitimo impedimento detenti fuerint, jurent se prædicta omnia adimpleturos per certum nuncium ad id speciale mandatum habentem. Quinimo si aliqua suspicio subsit ab ipsis Nuncijs exquirit ur etiam delato juramento an venerint expensis Episcopi: sicè quando Procuratores ad hoc munus principaliter fuerunt ablegati, nihil obstet quin possint, etiam negocia propria expedire valeant, existentes autem in Curia nunquam, & ex quavis causa admittuntur ad visitandum etiam cum speciali mandato ab ipsis Episcopis transmisso: Sed stantibus legitimis impedimentis viarum, pestis, & alijs id genus contingerunt potius dari dilationes, ac prorogationes ad visitandum; adeo ut ne ab Episcopis Indiarum quidem admittantur procuratores, nisi specialiter ab eorum Diœcesibus fuerint ad Urbem ablegati. Excipiuntur tamen Episcopi residentes in partibus Indidelium Sacræ Congregationi de propagenda Fide subordinati, qui de hoc habent speciale privilegium à fel. rec. Urbano VIII. concessum 28. Julij 1626.

68 Secundus actus visitationis, idest exhibitio obedientiæ, & subjectionis Beatissimo Romano Pontifici elicitur etiam ex hac Decretali, quæ dum loquitur de visitatione Liminum Apostolorum intelligitur à Doctoribus de Papa, quia Apostolorum Limina ibi esse intelliguntur, ubi Papa est. Et ita hunc textum exponi debere patet ex verbis immediatè subsequentibus, idest *nisi eorum absolvat licentia*, quæ de necessitate oportet exponi, fieri nisi absolvat per Papam qui illis Liminibus præest, & eorum vices gerit, & authoritate fungitur, ut formaliter dicit hic Innoc. *in verb. Apostolorum*, & post eum Host. & Joan. Andr. ambo *n. 8.* Abb. *nu. 6.* Joan. de Anan. & Felin. ambo *num. 9.* Specul. *in tit. de legat. §. Nunc ostendendum, num. 88.* Cardin. Turrecr. in c. *Iuxta, in verb. Liminibus, 93. dist.* Stephanus de Gaeta *in repert. cap. Ad Limina, num. 140. quæst. 1.* Idipsum constat ex dicto c. *Ad limina*, cujus hæc sunt verba (Ad Limina Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum principum hic præsens homo nomine Stephanus orationis causa veniens, nostro Præsulatui suggerendo innotuit, &c. ubi idem Stephanus de Gaeta (Nota inquit. Primo quod Limina Apostolorum ibi esse intelliguntur, ubi est Papa) ut patet dum dicit, *Ad Limina Apostolorum*: & subdit, *nostro Præsulatui*: quod ea ratione à Sanctissimis illis Patribus fuit constitutum, ut Episcopi omnes eam, quam decet reverentiam exhiberent Romano Pontifici, tanquam Summo Christianorum, Capiti, & pastori; Idque insinuat Gratianus, qui in cap. *3. 93. distinct.* relatis verbis Cypriani de unitate Ecclesiæ, videlicet (Qui Cathedram Petri, super qua fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia esse non confidit) addit ipse (Episcopi vero, qui Apostolicæ ordinationi subjacent, et tiam hanc reverentiam debent, ut se se singulis annis Apostolorum Liminibus repræsentent) Et
70 immediatè subnectit d. cap. *Iuxta.* Hinc Specul. in d. §. *Nunc ostendendum, in fin.* & Anton. de Butr. hic quærunt, An Episcopus, qui singulis annis visitare Limina Apostolorum jurejurando se adstrinxit, sit securus si visitaverit Legatum: & respondent non esse, quia Limina Apostolorum ibi esse intelliguntur ubi est Papa, & aliud Sedes, aliud Legatus, non tamen requiritur for-
71 male illud juramentum fidelitatis in hoc textu expressum, quod dicunt esse ligium. Bald. *n. 11. verf. Ibi contra*, & latius Alex. de Nevo *nu. 24. verf. Ex quo infert*, hoc enim præstatur ab Episcopis semel tantum in actu Consecrationis. Sed satis est, & perficitur ille actus, si Antistites stiant se ad pedes Summi Pontificis, eumque edoceant de omnibus, quæ in eorum Ecclesijs ad Dei gloriam augendam, ad Christianam Religionem propagandam, & ad animarum salutem procurandam judicaverint deducenda esse ad notitiam Sanctitatis suæ, & vicissim mandata Apostolica humiliter recipiant, ut in memorat. Bulla Sixti V. in §. *Quæsita, verf. Ac nobis, & successoribus nostris.*

72 Tertius actus perficitur, cum Episcopi ore, scriptoque de universo Statu Ecclesiæ suæ referunt S. Congregationi Concilij. Ad quam quidem relationem faciendam tenentur etiam ex juris communis præscripto, ut hic adnotarunt Joan. Andr. *num. 8. in verb. Certum nuncium*, &
73 Abb. *num. 6.* Hic autem Status, aut materialis est, aut formalis materialis dicitur qui versatur circa loca Urbana, suburbana, ruralia, sylvestria. Item circa Cathedralem, Collegiatas, Parochiales, & alias Ecclesias, & Oratoria. Item circa monasteria tam virorum, quàm mulierum, Hospitalia, Montem Pietatis, Collegia, Confraternitates, & alia pia loca tam civitatis, quàm diœcesis, & circa earumdem Ecclesiarum, & locorum situm, fabricam, ornatum, bona, reditus, sacram suppellectilem, personarum, ac ministrorum numerum, & ordinem, & alia his similia.
74 Et quod hunc statum materialem præsis est, ut unusquisque Episcopus in prima ejus visitatione plenam exhibeat relationem: In sequentibus autem visitationibus super hoc statu materiali simpliciter se referat ad relationem primo exhibitam, & tantum adjiciat si quid additum, imminutum, aut immutatum fuerit, quod S. Congregationem scire expediat.

75 Status verò formalis, in quo præcipuè Episcopi esse debent, versatur circa pastorale officium, atque omnia, quæ ad ipsarum, quibus præsunt, Ecclesiarum regimen, & animarum salutem
76 quovis modo pertinent, de quibus Sac. Congregatio peculiariter edoceri vult ad præscriptum Constitutionis ab eodem Sixto editæ super institutione ipsius Congregationis, in §. *Patriarchatum, in Bullar. tom. 2. pag. 614.* videlicet. Quæ in Ecclesijs eorum curæ, ac fidei commissis Cleri, populique morum disciplina sit, quæ Concilij Tridentini decretorum cum in omnibus, tum præsertim in residentiæ munere exercitio; quæ

item piæ consuetudines; & qui omnium denique
77 in via Domini sint progressus. In specie autem An quotannis celebraverint Diœcesanam Synodum, ac si Archiepiscopi sint an etiam eo triennio congregaverint Concilium provinciale: nam alioquin si in ijs negligentes forent, pœnas à sacris Canonibus sancitas incurrerent, cum pœna suspensionis de qua in cap. *Sicut de actus*, æquè habeat locum in diœcesana Synodo, atque in provinciali, ut per Abbatem ibidem in summa: & colligitur ex Concilio Tridentino *cap. 2. in fine verf. Si Metropolitani, vel Episcopi negligentes fuerint, &c. sess. 24.* quæ verba censuit facta Congregatio referri tam ad provincialem, quàm ad diœcesanam Synodum: de quo tamen dicendum, ut scripsi plenius in prædicta Decretali *sicut, in 10. quæstione.*

78 Deinde Episcopi referunt S. Congregationi, an diœcesim suam quotannis visitaverint, ac si ob ejus latitudinem eam quotannis visitare integrè non potuerint; an saltem biennio visitationem absolverint. Neque enim permittitur, ut latitudinis prætextu visitatio integra longius protrahatur unde cum in Concilio Provinciali ultimo Burdegalensi decretum esset, ut si Episcopi integram diœcesim singulis annis pro latitudine visitare nequirent, saltem triennio id perficerent: Sac. Congregatio jussit expungi illud verbum, *Triennio*, & in ejus locum reponi verbum *biennio*, ad præscriptum Tridentini Concilij *cap. 3. sess. 24.* dum autem referunt de visitatione diœce-
79 sis, indicant similiter si quid in ea visitatione repererint, quod notitia S. Congregationis dignum videtur; veluti an fides Orthodoxa ubique servetur inviolata; An pravæ consuetudines, & ritus superstitiosi alicubi irrepserint: An Parochi jugiter in suis parochijs resideant, doctrinam Christianam doceant, & suo muneri satisfaciant; An verbum Dei in civitate, ac diœcesi consuetis temporibus prædicetur; an graves inimicitiæ, aut diffidia ullibi vigeant, quæ componere, aut sedare nequierint, an reditus Ecclesiarum, & piorum locorum fideliter administrentur, & erogentur in usus à fundatoribus, vel aliis legitimè præscriptos; an pœnæ, ac multæ pecuniariæ pijs utibus applicentur, & an habeant ejusmodi pœnarum depositarium; an divinus Cultus ullo in parte immiuutus, an ve Cleri, populique disciplina alicubi sit collapsa, & alia id genus.

Amplius referunt an Sacramentum chrismatis administraverint; an in civitate erectum fuerit Seminarium Clericorum; similiter an erecta sit præbenda Theologalis, ac Pœnitentiarij.

Ad hæc an in monasterijs Monialium inviolatè clausura custodiatur; an Moniales servent vitam communem; & an aliqui abusus in isdem monasterijs irrepserint, qui consilio, aut auxilio S. Congregationis indigeant.

Item An Cathedrali extent distributiones quotidianæ, & Canonici, & Beneficiati divinis intersint ad præscriptum Concilij.

Ac demum an habeant aliquod impedimentum à judicibus, ac magistratibus sæcularibus, aut lis aliqua, vel controversia cum illis intercedat in ijs, quæ ad episcopale officium, & jurisdictionem, immunitatemque ac libertatem Ecclesiasticam pertinent, & quam plura alia his

80 Relationi autem Status Ecclesiæ multi episcopi consueverunt adjicere dubia, si quæ illis occurrant circa ecclesiarum suarum regimen, super quibus sacram Congregationem consulunt: consuevit enim Congregatio omnibus respondere occasione visitationis Liminum etiamsi dubia ejusmodi non concernant Tridentini Concilij interpretationem, juxta facultatem, quam ei Status V. attribuit in litteris erectionis ejusdem Congregationis §. 1. *vers. Patriarcharum.*

Demum relatio ab Episcopo, vel ejus nuncio, ut proponitur, exhibita legitur in plena Congregatione, quæ singulis capitibus perpensis, pastoralem Episcopi solicitudinem aut laudat, aut excitat salutaribus adhortationibus, & in omnibus providet, prout in Domino judicat salubriter expedire.

81 Ac tandem cum litteris testimonialibus peractæ visitationis admonitos, instructos, & roboratos ad suas Ecclesias remittit ad præscriptum ejusdem Constitutionis d. §. 1. *vers. Ipsisque det litteras*, mandatque assignari distributiones totius temporis accessus, mansionis, ac reversionis Canonicis, qui Episcopum ad Limina comitati sunt, quas jubet etiam assignari Præbendato, qui Episcopi nomine visitavit ad præscriptum Decreti ab eodem Sixto V. hac de re editi.

82 Ultimò loco omittendo non est ad hanc visitationem ex sententia Sacræ Congregationi teneri etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos Titulares: nam quod primum, & secundum visitationis actum, certum est Ecclesiæ captivitatem non esse illis impedimento, quominus possint per seipsos Beatorum Apostolorum Basilicas venerari, & Summo Pontifici se præsentare.

83 Quo vero ad tertium actum relationis, tametsi Ecclesias lubrant in partibus Infidelium, & careant Clero, populoque Christiano: non tamen propterea desinunt esse illarum Ecclesiarum Episcopi, c. *Pastoralis*, ubi id notant Archidiac. *sub num.* 2. & præpositus in 1. *notab.* 7. *quæst.* 1. Et

84 quamvis lex civilis dicat, cum loca capta sunt ab hostibus, omnia desinere religiosa, & sacra esse, ut in l. *Cum loca. ff. de relig. & sumpt. funer.* tamen non est ita, quia ipsa Sacramenta Ecclesiæ

85 vera dicimus esse apud hostes, c. *Quod quidam.* 1. *quæst.* 1. & quod dicit locum desinere esse sacrum, intelligitur, quia videtur esse sacris ministeriis, ut declarat glos. in dicto cap. *Pastoralis, in vers. Reverentia.* Itaque tenentur prædicti de illis omnibus esse solicitè, si forte spes ulla divinæ miserationis affulgeat aliquam ex eis reducendi ad Ovile, & super gregem illum quantum, eis datur invigilare. Et propterea de statu Ecclesiarum suarum pro juribus inquirere debent, & Sanctitati Suæ, ac Sac. Congregationi suggerere si quid illarum animarum saluti prodesse posse judicaverint, ejusque Beatitudinis opem, & auxilium super hoc implorare atque ita in specie sacra Congregatio superioribus annis respondit consulta a Patriarcha Gesualdo, qui per nuncium specialiter ablegatum ex sua diœcesi Barensi visitavit etiam tanquam Patriarcha Constantinopolitanus, statusque ejusdem Patriarchatus relationem exhibuit. Quod ipsum, & antea respondit S. Congregatio ad consultationem Thomæ de Avalos Patriarchæ Antiocheni.

2. Decretal.

DE IVREIVRANDO.

Cap. Veniens.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de parendo alicuius mandato non est servandum si præcipiatur aliquid quod obviet iuramento prius licitè facto. & n. 12.*
Et quid si obviet promissum non iuratæ. num. 23.
2 *Inimicitiæ capitales contrahuntur ex verbalibus iniuriis.*
3 *Convicium quid, & unde dictum.*
4 *De iniuriis illatis, & earum satisfactione potest compromitti.*
5 *Compromissum, ubi agitur de crimine criminaliter, non potest fieri in privatum.*
6 *Secus ubi de crimine agitur civiliter.*
7 *Compromissum super satisfactione iniuriarum fieri potest non solum in extraneum, sed etiam in ipsum offensum tanquam amicabilem compositorem.*
8 *Secus tanquam in arbitrum.*
9 *De iniuria civilitatis fieri debet mutua compensatio, si civiliter agatur ad pœnam parti applicandam: secus si criminaliter. & num. seq.*
10 *Compensatio delictorum non fit ubi pœna venit fisco applicanda, sive sit spiritualis, sive temporalis, sive pecuniaria.*
11 *Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non fuit verisimiliter cogitatum. & num. 24.*
13 *Iuramentum licitum transgrediens est peccatum, & mortaliter peccat.*
14 *Iuramentum non est obligatorium quando servari non potest sine interitu salutis æternæ.*
15 *Iurans parere mandato alicuius, si præcipiatur aliquid, quod non adversetur priori iuramento, Sed tamen sit ita grave, ut de eo verisimiliter non cogitaverit, an teneatur illud servare. & num. seq.*
16 *Consensus est de ratione intrinseca iuramenti.*
17 *Casuum fortuitorum renunciatio non validatur iuramento ob defectum consensus.*
18 *Iuramentum non extenditur nisi ad rationabilia possibilia, & honesta.*
19 *Iurans stare mandato Episcopi, & non appellare, si Episcopus præcipiat, ut renunciet beneficio, appellare potest, nec est opus petere relaxationem à iuramento.*
20 *Iurans non petere restitutionem ad arbitrium boni viri, si enormiter ladatur, potest illam petere iuramento non obstante.*
21 *Etiam si dictum fuerit, ut compromissarius possit enormiter ladere.*
22 *Compromissi verba quantumcunque lata relata ad arbitrium tertij proferuntur sub quadam confidentia legalitatis, & bonitatis eius, in quem compromittitur.*
24 *Iuramentum generaliter præstitum de parendo mandatis alicuius non extenditur, nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit meritò cogitari.*
25 *Pœna sunt scire, & scire debere.*
26 *Iuramentum specificè præstitum in foro animæ iuxta intentionem iuranti recipit interpretationem.*

Precedit quando iurent dolum non adhibere, aliquam interpretatur secundum sanam intellectum sufficiencum. num. 28.
27 *Iuramentum in foro individuali recipit interpretationem secundum ius.*

1 VENIENS. Si is, cujus mandato stare juravi, aliquid mihi præcipit contra juramentum per me prius licitè factum, illud servare non teneor. Hoc dicit: Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Abb. Joann. de Anan. & Alex. de Nævo. Dividitur in duas partes, in prima ponitur imperantis querela, in secunda provisio ibi *Verum.*

2 Notæ primo ibi: *Alterutrum convicia, inferendo*, inimicitias graves, seu capitales contrahi ex convicijs, idest ex verbalibus injurijs, l. 1. §. *Contumelia*, & l. *Item apud Labeonem*, §. *Ait Prætor*, 3 *ff. de iniur.* Dicitur enim convicium, idest conventus vocum, quasi conviccium, secundum Joan. Andr. *hic num.* 2. & Alex. de Nævo, concordat textus in l. *Liter. ff. de arbitr.* & hic notant Bald. *num.* 5. Butr. *num.* 2. *Anchar. in* 2. *notab.* Imol. *in princip.* & Joan. de Anan. *num.* 3. quod nota pro modo articulandi.

4 Secundò nota ibi, *Obedire mandata.* De injurijs illatis posse compromitti, ut hic per Bald. *num.* 5. & Abb. *num.* 1. Quod glossa prima intelligit tanquam in arbitratorem, seu amicabilem compositorem: propterea enim cum isti hic malè fuerint arbitrati, & injustè composuerit, potuit peti reductio ad arbitrium boni viri, juxta

5 tratum in l. *Si societatem, ff. Pro Socio.* Et sic quamvis ubi agitur de crimine criminaliter, non possit fieri compromissum in privatum, secundum ea, quæ notantur in cap. *penult.* §. 1. *de re*

6 *integr. restit.* & in l. *Non distinguimus*, §. *in Iuanno, ff. de arbitr.* tamen secus est ubi agitur de crimine civiliter, ut hic, & in cap. *Quintavallis, infra eod.* in cap. *Litteras, de prorogat.* & in l. *Quidergo*, §. *Et compromisso, ff. de his qui not. infra*, secundum Abbatem hic *num.* 2. & ita ut

7 idem sit *nu.* 1. super satisfactionem injuriæ irrogatæ possunt partes componendo jurare de stando mandato non solum tertij, sed etiam ipsius offensi, de quo est caussa in d. cap. *Quintavallis.*

8 Vel dic istos fuisse arbitros inter suos, cum essent consanguinei partis offensæ, ut in text. quod non licuit tanquam in arbitros, ut l. *penult. ff. de arbitr.* & hic notatur in glos. Addit, *in verb. Mandata.*

9 Ex his habes unam differentiam pro injuria illata criminaliter agatur, an verò civiliter.

Alia notabilis differentia est, quia si duo sibi mutuò dicant verba injuriosa, & criminaliter agatur, uterque est puniendus: & in hoc casu intelligendus est Specialr. *in tit. de accusat.* §. 1. *in fin.* 2. *col. vers.* Quid si relatrionem vocavi. Si verò civiliter agatur, ut quis uterque agit, ut fiat condemnatio ad pœnam parti applicandam; tunc fieri debet mutua compensatio, & neuter est puniendus, & in hoc casu debet intelligi Abb. *hic num.* 3. *ad finem*, pro ut eos distinguendo

10 concilist Alex. de Nævo *num.* 17. & addit Innoc. in cap. *Sicut, ut secundo, nu.* 3. *infra eod.* ubi dicit nullam fieri compensationem quando agitur de pœna fisco applicanda, sive sit spiritualis, sive temporalis, sive pecuniaria; locus si pœna veniat applicanda parti, & eum sequitur Socin. *in regula* 46. Delicta paria mutua compensatione collumitur. in secunda fallent.

11 Tertiò nota ibi, *Sub tali confidentia præstitisset*, juramentum non extendit ad ea, de quibus non fuit verisimiliter cogitatum: ad quod quotidie consuevit allegari hoc capitulum, & hic notat glos. in *ver. Professisset.* Innoc. *nu.* 1. Host. *nu.* 2. Butr. in 2. *notab.* Imol. *num.* 1. Joann. de Anan. *num.* 7. & reliqui omnes, glos. in c. *Adnostram, l. ultimo, in ver. Mente, per illum text. infra eod.* Butr. in l. *Si quis pro eo. in 8. casu num.* 15. *ff. de fideiusser.* Bald. in l. 2. *in 9. quæst. C. de rescind. vendit.* Federic. de Sen. *cons.* 199. *Queritur An Domina, nu.* 2. & *cons.* 62. *Verius videtur*, *nu.* 2. Angel. *cons.* 172. Ludovicus, *nu.* 1. Cardin. *consil.* 92. *Extendo Pupillo, col. penult. vers. Quæ ad iuramentum*, Signorol. de Homod. *consil.* 61. *Quæstio talis est potestas, col.* 2. *vers. Nunc ventamus*, & *cons.* 250. *super dubio col.* 5. *vers. Item non videtur*, & alibi passim, Doctores, & latius dicetur infra cum glos. *penult.*

12 Ultimò nota ibi, *si iuramento prius licitè factæ repugnat*, juramentum de parendo mandato alicujus non esse observandum, si præcipiatur aliquid, quod obviet alteri juramento prius licitè

13 præstito, prout hic est casus secundum Jo. Andræ & omnes supracitatos in summario textus. Ratio est, quia transgrediens primum juramentum licitum, peccat, & mortaliter peccat, cap. *In vero.* & cap. *Prædicandum*, 22. *qu.* 1. cap. *Qui*

14 *peccare, q.* 2. & c. *Si verò, supra eod.* cum multis similibus: & consequenter secundum juramentum, quod repugnat primò, est illicitum, cum inducat ad peccandum; ideoque non est obligatorium, quia servari non potest sine interitu salutis æternæ, c. 1. 2. & 3. & per totam, 22. *q.* 4. d. c. *Si verò*, & c. *Non est obligatorium, de reg. iur. lib.* 6. & quoniam non est præsumendum, ut generaliter jurando, quis cogitaverit, ut sibi aliquid mandaretur contrarium suo priori licito juramento, c. *Ad nostram*, l. *Ultimo, infra eod.* & c. *Si compromissarij, de elect. lib.* 6. Ideo juramentum hoc intelligitur sub tali confidentia præstitum, ita ut ad honesta restringatur, & ad aliquod contrarium priori licito juramento non extendatur, ut hic in littera, & in c. 1. *infra eod. lib.* 6.

15 Et ex hoc à contrario sensu infert glossa ultima hic, ut qui juravit stare mandato alicujus, si mandatum non adversetur priori juramento, teneatur illud servare, quamvis imponat aliquid grave, & de quo jurans non cogitavit, nec debuit verisimiliter cogitasse, cum hoc casu servari possit sine periculo animæ d. cap. *Si verò, supra eod.* Verum tamen si jurans enormem lesionem hinc pateretur, hæc esset justa causa petendi relaxationem à juramento, c. *Abbas, sup. quod met. cons.* & c. *Innocens*, §. *Illicitum, circa medium, vers. Quisquis ergo.* & cætera, 22. *q.* 4. & in hoc resilet glos.

16 Sed eam reprobant hic Doctores præsertim Abbas *num.* 5. existimantes hoc juramentum meri juris non obligare, nec esse opus relaxatione: & meritò, quia in hoc casu, deest voluntas se obligandi, quæ est de ratione intrinseca juramenti.

mum. S. Bonaven. *in 3. sent. dist. 39. quæst. 1. resp. ad.* adeo ut lex humana nisi confirmato consensu juramenti adhuc staturus, c. *Quæsitum, infra eod.* l. *Ultima*, C. *de emendat. testam.* l. *ult. §. Qui satis dari cogat.* Nec verè quoad Deum juramentum dici potest absque juramenti consensu, & mente, c. *Humana*, 22. *q.* 5. Covar. in c. *Quamvis, de pact. part.* 1. §. 5. *n.* 1. *vers.* Hinc

17 *vera authoritas*, facit quod notat Joann. Andr. in c. *ult. n.* 26. *de commodat.* ubi dicit renunciationem cæsum futuorum non validari juramento ex defectu consensus: & cum sequitur

18 Abbas loco citato. Unde ex hujusmodi defectu juramentum de parendo alicujus mandato non extenditur nisi ad rationabilia, & honesta; ut c. *finali*, §. *Item* 1. *resp. supra de offic. Archid.* & 275. c. *Casum quæ, supra de elect.* l. *Libertus, ff. de oper. libertor.* c. 2. *supra de arbitr.* c. *Quamvalio, supra eodem*; & post glos. 1. hic notant Host. *num.* 1. *in ver. Mandata.* Joan. Andr. *n.* 11. Anchar. *num.* 5. & plerique alii; non enim intelligitur fieri quod fedit verecundium, & affirmationes, l. *Primum*, & ibi not. *ff. de alim. & cibar. legat.* l. *si filius, ff. de condit. instit.* & plenè per Dyn. *in regul. Scienti, de regul. jur. lib.* 6.

19 Hinc deciditur quæstio Dominicalis 36. Borth. Beixien. *inter tractat. comm. tom.* 17. *fol.* 39. de Clerico, qui juravit stare omni mandato Episcopi, quatenus præcepit Clerico, ut Beneficium, de quo controversia erat, perpetuò renunciaret, neque super hoc appellaret: in qua quæstione Joan. Andr. *hic num.* 12. concludit Clericum posse appellare non obstante tali præcepto, pro ut etiam concludit Beixien. quia beneficium juris non potuit ei Episcopus denegare, & iniquum fuit præceptum: ideoque juramentum ad illud non extendebatur, cùm de illo juramentum verisimiliter non cogitasset: & sequuntur *hic* Butr. *num.* 18. Anchar. *n.* 5. *vers. Facit etiam ad quæstionem.* & Abb. *eod. num.*

20 Hinc etiam solvitur alia quæstio, ut jurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri, si enormiter lædatur, non obstante juramento, possit illam petere, de quo per Dyn. in d. regul. *Scienti, eo.* 2. *vers. Item videtur facere regula ad quæstionem, de regul. jur. lib.* 6. & per Butr.

21 in l. *Quidam, n.* 4. *ff. de ver. obligat.* Quod adeo verum est, ut si compromittere in aliquem, ut possit etiam enormiter lædere, & compromissarius omnino irrationabiliter me enormiter lædat, possim petere reductionem ad arbitrium

22 boni viri; quia verbis quantumcunque lata relata ad arbitrium tertij proferuntur sub quadam confidentia legitimitis, & bonitatis ejus, in quem compromittitur: unde si per oppositum posita comperiatur, & fallatur confidentia, ad boni viri arbitrium sunt reducenda; ita notabiliter firmat Butr. *hic num.* 4. & post eum Imol. num. 1.

23 Hinc demum solvitur aliud dubium, ut quamvis juramentum non obvict priori juramento, tamen si adversetur solemni promissioni antea factæ, non sit servandum; quia de hoc jurans non cogitavit, nec debuit verisimiliter cogitare, prout contra Innocentium irrefragabilibus fundamentis firmat *hic* Host. *num.* 5. *vers. Quia si fiat præceptum*, cum quo transeunt DD. præsertim Abb. *num.* 6. reprobata distinctione Anton. *de* Butr. inter obligationes dandi, quæ obligant præcisè, & obligationes facti, quæ præcisè non obligant, sed ad interesse.

24 In glossa penultima QUÆRO qualiter juramentum sit interpretandum.

Glossa arguit primò, ut sit interpretandum secundum intentionem jurantis, per c. *Humana autem*, 22. *q.* 5. deinde arguit contra, ut sit interpretandum secundum intentionem suscipientis, per cap. *Quæcunque arte, eod. caus. & quæst.* & non solvit, sed remittit ad ea, quæ notantur in c. *Ex litteris, infr. de sponsal.*

Sed Innoc. *hic n.* 1. *& n.* 2. *vers. Et hæc vera sunt*, sic distinguit, videlicet, aut juramentum præstatur generaliter de parendo mandatis alicujus; & non extenditur nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit merito cogitari, ut cap. *Quamvalio, supra eodem*, & c. *Ex multiplici, de decim.* c. *Audita, de restit. spoliat.* c. *Ne quis arbitretur*, 22. *qu.* 2. nam illa sunt paria

25 licite, & fieri debere, ut Baldus inquit hic post casum, *vers. Dicit Innocentius*, per tex. in l. *Quod*

26 *licite, ff. de certum pet.* Aut juramentum fuit præstitum specificè, & determinatè; & tunc in consilio animæ secundum intentionem jurantis accipit interpretationem, c. *Quanto*, & c. *Ad nostram, ut secundo, infra eod.* Sed in judicio recipit interpretationem secundum jus, c. *Venientes, infr. eod.* Quam distinctionem sequitur *hic* Host.

27 *num.* 4. & Abb. *eod. n. vers. Ex dictis Innocentij*, Barthol. Capoll. Veronen. *in tract. Degestorum de ver. signif. in* 7. *q.* 6. *q. principalis*, Ju. de Selva *in tract. de usuris*, 2. *par. q.* 2.

28 Sed tu adverte quia secundum membrum distinctionis Innocentij, quod juramentum in foro animæ sit interpretandum juxta intentionem jurantis, non procedit in generaliter, & indistinctè. Obstat enim textus in d. cap. *Quæcunque arte*, 22. *q.* 5. ubi patet juramentum in foro conscientiæ intelligendum esse secundum intentionem ejus cui juratur. Declara igitur dictum Innocentii, ut locum habeat in eo tantum casu, in quo jurans dolum non adhibet; & in his terminis intelligendus est textus in d. c. *Humana autem*. Secus verò si juret artificiosè, & cum dolo, ut audientem fallat, quia tunc juramentum in foro animæ interpretandum est juxta sanam intelligentiam suscipientis; & de hoc doloso juramento loquitur Isidorus in d. c. *Quæcunque arte*. Ita in effectu distinguit Gratianus post c. *Qui peccare, §. Extra omnium*, 22. *q.* 5. & clarè S. Thom. *in* 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 4. Turrecr. post c. *Hæc dicitur*, §. *Quæritur, eod. caus. & quæst.* & alii, quos retuli in c. *Falsidicus, n.* 76. *& seq. inf. de crimin. falsi.* ubi etiam latissimè examinari an sit mortale peccatum jurare falsum subaudiendo aliquid in mente, quod reddat sensum verum à *n.* 20. *usque ad n.* 145. *maximè à n.* 82. *& n.* 156. *usque in fin.* &, an in juramento uti liceat verbis amphibologicis, seu æquivocis tam in juramento, quàm extra illud à *n.* 145. *usque ad n.* 156. Illuc recurre.

DE

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

Cap. Auditis.

SUMMARIUM.

1 Prælatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis totum jus Episcopale. Subducitur tamen de præscriptione tempus, quo vacavit Ecclesia Cathedralis.

Præscriptione eximi potest Ecclesia à potestate Episcopi, si alius præscribat subjectionem, aliàs secus. ibid. vers. Nota secundum.

2 *Præscriptio iuris instituendi inferiore Prælati an sit cumulativa cum Episcopo, an verò actus Episcopi interrumpat præscriptionem inferioris, & num. seq. usque in fin.*

Jus instituendi in beneficijs Iurispatronatus de iure non spectat ad inferiorem, sed ad Episcopum, potest tamen præscribi ab inferiore. ibidem.

3 *Præscriptio, vel consuetudo complet, non tollitur si semel, aut bis fiat contrarium, sed requiritur contraria præscriptio, vel consuetudo.*

4 *Abbas si incipiat præscribere iura Episcopalia contra Episcopum, sic interruptio si Episcopus saltem una vice iisdem iuribus utatur ante completam præscriptionem.*

Declaratur. num. 6. & seqq.

Possessio titulata in concursu ubi probationes sunt pares, an, & quando prævalet. ibid. vers. Quorum sententiam.

5 *Intellectus huius capituli.*

6 *Prælatus inferior si solus instituerit spatio annorum quadraginta, præscribit exclusio Episcopo.*

7 *Actus iurisdictionis Episcopi etiam unicus an, & quando interrumpat præscriptionem iurisdictionis inferioris.*

8 *Præpositus Buxeti habet iurisdictionem cumulativam cum Episcopo Burgi S. Dominini.*

9 *Executor litterarum Apostolicarum tribuens ius instituendi præter fines rescripti, præbet iustam causam præscribendi.*

10 *Iurisdictionis Episcopi exercitium ita demum interrumpit actus inferioris, si inferior præscribat per modum exclusionis Episcopi.*

11 *Præscriptio qualificatur ab animo præscribentis.*

12 *Plebanus si præscripserit institutionem in suo Plebanatu, Episcopus non debet se intromittere, si Plebanus habuit possessionem per exclusionem Episcopi; aliàs est cumulativa potestas.*

13 *Iurisdictio potest esse penes plures in solidum, ut penes Episcopum, Archidiaconum, & Archipresbyterum.*

14 *Possessio animi non interrumpit possessionem alterius in his, quæ possunt esse penes plures in solidum.*

15 *Nec in diverso iure possidentibus.*

16 *Interruptio non fit sine animo.*

17 *Sententia acquiescit qui non appellat.*

18 *Scientia, & patientia Episcopi elicitur ex illius visitationibus.*

19 *Possessio animi est exclusiva possessionis alterius in corporalibus, vel in actibus oppositis; secus in incorporalibus, vel non oppositis.*

1 AUDITIS. Prælatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis diœcesis totum jus Episcopale: Subducitur tamen de præscriptione tempus, quo vacavit Ecclesia Cathedralis. Hoc dicit secundum Abbatem Siculum, qui redarguit Joannem Andr. quod perperam summaverit. Vel plenius secundum Cardinal. Inferior præscribit jura Episcopalia; & si contra præscribentem plura jura Episcopalia fit interruptio in aliquibus, in alijs fit plenè præscriptio, & de præscriptione subducitur tempus vacantis Ecclesiæ, contra quam præscribitur. Baldus comprehendendo singula dicta Decretalis sic notabiliter summa. De præscriptione detrahitur temporis intervallum, quo Ecclesia vacasse probatur, privilegium obscurum non valet interruptio prodest in capitulis interruptis, non in alijs; & ita demum si præscriptio prius completa non sit, potest quis secundum qualitatem probationis in uno Capitulo succumbere, in alio obtinere: nec utile Capitulum per inutile vitiatur: & qui in uno Capitulo calumniatur non perdit jus in alio, in quo calumnia non probatur. Dividitur in tres partes. Primò punit processum, & conclusionem negocii. Secundò indecisè narrat restitutionem ab utraque parte petitam, & concessam, ut patet in cap. Auditis, supra de restit. in integr. Tertiò committit probationes recipiendas super restitutione, & causam diffinendam, Secunda ibi, *Verum*. Tertia ibi, *Quoniam*.

Nota secundum Anton. de Butr. *nu.* 3. & Joan. de Imol. *num.* 2. Ecclesiam eximi posse per præscriptionem à potestate Episcopi, dummodo alius subjectionem præscribat; secus si Rector Ecclesiæ vellet simpliciter præscribere libertatem, quia hoc non licet, c. *Cum non liceat, supra eodem.*

2 QUÆRO, An jus instituendi, cum tam Episcopus, quàm inferior instituerint spatio 40. annorum, censeatur cumulativè præscriptum; an verò institutiones ejus, qui jus instituendi habet, interromperint præscriptionem alterius.

Cum ab aliquot mensibus in S. Congregatione Concilij actum esset, An Præpositus Buxeti diœcesi Burgi S. Dominini competeret jus instituendi ad Canonicatus, & Ecclesias sibi subjectas in vim privilegii Eugenii IV. S. Congregatio re diligenter examinata, censuit eidem competere jus hujusmodi, ad Canonicatus, & Ecclesias in litteris Eugenii designatas: quia etsi ex dispositione juris communis in beneficiis jurispatronatus, qualia sunt hæc, de quibus agitur, jus instituendi ad Prælatum Ecclesiæ, inferioris non spectet, sed ad Episcopum, ut apud Cassid. *dec.* 22. *num.* 3. *vers. Et in patronali præsentatione, tit. de præben.* Et per litteras Eugenii non esset Præposito attributa hujusmodi facultas; favebat tamen ipsi antiquissima quasi possessio instituendi; constabat enim eum instituisse ab anno 1506. usque ad annum 1601. Atque ita S. Congregatio existimavit jus instituendi fuisse illi acquisitum præscriptione juxta doctrinam Cardinalis, in Clemen. 1. *sub num.* 11. *col.* 9. *in fin. de suppleu. negligentiis Prælat.* Gemin. in cap. 1. *num.* 6. 21. *dist.* Abb. post alios *hic sub num.* 6. *vers. Ex quo vero*, & Cassid. *loco cit.* Verum cum Præpositus ab anno 1506. usque ad annum 1558. per lapsum annorum quadraginta complevisset præscriptionem,

nem, nec Episcopus intra illud tempus ullam, quod constaret, institutionem fecisset, quo casu gravissimi Authores existimant jus instituendi interiori competere in privationem, & exclusionem Episcopi: valdè anceps fuit S. Congregatio. Utra opinio in hac Decretali esset verior, an Abbatis censentis id jus cumulativè præscribi quando uterque utitur jure instituendi, an Parisii probantis contra Prælatum, qui instituendi jus habet, non posse alium cumulativè præscribere, eo quod si idem Prælatus aliquando instituat, ex his actibus institutionem interrumpitur alterius præscriptio nondum completa; ideoque de hujusmodi articulo maturius censuit deliberandum. Itaque cum temporis S. Congregatio habuit pro Constanti Præposito competere facultatem instituendi quæritam per præscriptionem, & dubitavit tantum, an competeret cumulativè cum Episcopo, qui post præscriptionem Præpositi completam instituerat una cum Præposito per spatium quadraginta annorum; an verò privativè quoad ipsum; atque ita tunc certum erat Præposito competere jus instituendi, incertum an competeret Episcopo. Sed in præsentia per contrarium res erit disluienda; quia certum est Episcopo competere jus instituendi, incertum an competat Præposito: nam Episcopus exhibet institutiones quadraginta ab anno 1496. prius quàm Præpositus complevisset præscriptionem instituendi, usque ad annum
3 1515. Unde Episcopo competit instituendi facultas ob assistentiam juris communis, & continuatam quasi possessionem instituendi, cui Præpositus non potuit præjudicium inferre, tum quia nondum fuerat illi acquisitum jus per præscriptionem, tum quia actus illius nequaquam potuerunt interrumpere, aut imminuere jus Episcopi certum, & radicatum, ut probat textus hic in *vers. Si autem*, & in l. *Nemo alienæ*, §. *Temporalis*, juncta glos. *ff. de reg. iur.* ubi patet præscriptionem, vel consuetudinem non completam non interrumpi, nec tolli ex eo quod semel, aut bis fiat contrarium, sed requiri contrarium præscriptionem, vel consuetudinem. Quod tenet hic Abb. *in ult. not. num.* 10. post Speculat. *hoc tit.* §. 1. *vers. Quæsit post completam*, & Joann. Andr. *in cap. fin. de consuet.* Et quamvis Præpositus exhibeat institutiones supra centum annos; tamen quia hoc spatio Episcopus quoque instituit, est dubium an institutiones Episcopi interruperint præscriptionem Præpositi.

Quæstio igitur est, utrum cùm tam Episcopus, quàm inferior Prælatus instituerint spatio quadraginta annorum, inferior censeatur præscripsisse cumulativè cum Episcopo, quæ est opinio Abbatis hic. Aut verò nullo modo præscripserit, eo quòd illius præscriptio interrupta fuerit per institutiones Episcopi, quæ est opinio Parisii.

Reperio antiquos, & graviores Canonistas hic probare hanc secundam opinionem: nam Innoc. *hic num.* 4. *vers. Potest etiam, & num.* 5. *vers. Item sic interruptio*, si Abbas, inquit, incipit præscribere contra Episcopum jura Episcopalia, fit interruptio, si Episcopus saltem una vice eisdem juribus utatur ante completam præscriptionem Abbatis. Atque hoc idem sentit Host. *col. peq. n.* 2. *in fin. vers. Potest etiam dicere, & n.* 2. *vers. Sic etiam.* Joan. Andr. *col.* 2. *n.* 5. *vers. Et sic etiam in hac specialis interruptio.* Butr. *n.* 10. *vers. Oppono quod dato*, & *sub num.* 11. *vers. Erit etiam.* Anchar. *sub n.* 8. *in* 5. *opposit.* Joan. de Anan. *n.* 9. & Cravet. *cons.* 154. Scripsi aliàs *num.* 19.

4 Quorum sententia videtur etiam infrascriptis rationibus probari: nam cùm duo sint in quasi possessione alicujus actus, & uterque illam probat æqualis temporis, sed unus probat verum titulum, & alter non; tunc verum titulum ostendens, obtinet. Bart. in l. *Si duo, in princ. n.* 4. *vers. Sed si uterque, ff. uti possid.* Bald. in l. *Accusare, circa fin. C. de eden.* & alii omnes, ut latius apud Menoch. *de retinend. remed.* 3. *n.* 733. *vers. Decimus est casus*, sed tam Episcopus, quàm Præpositus est in quasi possessione instituendi, & uterque illam probat æqualis temporis, sed Episcopus habet verum titulum à jure communi in Ecclesijs omnibus suæ diœcesis ex c. *Cum ex iniuncto. de hæret.* Præpositus verò titulum infectum ab executore Apostolico, qui id jus instituendi reservavit præter fines delegationis. Ergo Episcopus obtinere debet.

5 Deinde hanc opinionem videtur probare efficaciter hæc Decretalis *in vers. Si autem exceptionem*; ubi Episcopus interrumpit præscriptionem exemptionis Abbatis per solum exercitium quorundam actuum jurisdictionalium, nempè suspensionis, interdicti, & aliorum similium; hi enim actus censentur facti ab Episcopo, ut probat littera in *vers. Vos super hoc nos Episcopale adiudicetis eidem.* Quod autem præter exercitium Episcopi etiam actus prohibituros intercesserit, ut Abb. interpretatur, vel est divinare, vel redarguere Pontificem, quod diminutè locutus fuerit, ut hic perpendit parif. *vers. Pro opinione tamen.*

Neque obstat quod per exercitium Episcopi interrumpatur quasi possessio præpositi ad effectum ne ipsi quæratur jus instituendi privativè, non autem ad effectum ne quæratur cumulativè. Quia ut respondet parif. *in hoc text.* circa interruptionem non potest considerari acquisitio cumulativa, sed privativa tantum; quia in articulis interruptis totum jus fuit adiudicatum Episcopo; atque ita imposterum silentium inferiori Prælato.

6 Verum his non obstantibus videtur respondendum præpositum præscripsisse jus instituendi cumulativè cum Episcopo. Quod ut evidentius appareat, recensenda sunt verba Alex. de Nævo hic qui clarius quàm cæteri exposuit glossam Innoc. ac sensum hujus textus: & *sub n.* 25. in hac materia constituit tres conclusiones. Prima inquit, sit conclusio. Si solus præscribens fuit usus jurisdictione, Episcopus autem infra tempus præscriptionis nullum actum jurisdictionis exercuit, videtur præscripta jurisdictio exclusò Episcopo, ut sentit Innoc. in c. *Cum olim*, *de*
7 *restit. spoliat.* Et hic non est casus noster, Quia Episcopus in hac specie sæpiùs instituit ante completam præscriptionem præpositi. Secunda conclusio, inquit, si appareat ex titulo præscribentis, quod præscribebat jurisdictionem exclusò Episcopo; per solum exercitium jurisdictionis factum ab Episcopo interrumpitur præscriptio, etiamsi non prohibeat præscribentem uti jurisdictione. Casum dicit esse in hac Decretali: &

& sufficere unicum actum sic cum dum Innoc. cum quo alii transeunt. Et hic casus non est casus noster, quia Præpositus nolunt unquam præscribere exclusò Episcopo, sed simul cum eo tanquà jurisdictionem habens cumulativam ex privilegio Eugenii IV. ut inferius dicetur. Tertia conclusio, subdit ibi Alex. de Nævo, si extitulo, vel alio modo apparet præscribentem præscribere exclusò Episcopo, jurisdictionis usus Episcopi non interrumpit præscriptionem, quia intelligit præscribere cumulativè, & non exclusivè.
8 Et hic propriè est casus, de quo agitur, quia Præpositus ex privilegio Apostolico habet cum Episcopo jurisdictionem cumulativam, ut jam censuit S. Congregatio re diligenter examinata, ac propterea non instituit ut Episcopum exclu-
9 deret, sed de jure suo uteretur, credens id sibi licere ob facultatem sibi attributam ab executore litterarum Apostolicarum, quæ sibi justam causam præbuit cumulativè præscribendi, c. *Cum dilectus*: & ibi Butr. de consuet. qua ratione interdum etiam constituit tanquam Vicarius Episcopi existimans hanc potestatem ad utrumque simul pertinere.

Itaque nec tex. hic nec doctrina Innocent. & aliorum quicquam obstat Præpositio, quominus cumulativè præscripserit, quia procedunt quando inferior intendebat præscribere in privatione Episcopi. Hunc eundem intellectum ad hanc Decretalem posuerunt, licèt sub obscuritas Ant. de Butr. *col.* 3. *vers. Dic ergo*, quod in dubio, & Joan. de Imol. *prope fin.* ubi probant ideo hic per exercitium Episcopi interrumpi præscriptionem Abbatis, quia Abbas nolunt creare novum jus, idest cumulare jurisdictionem jurisdictioni, sed tantum uti jurisdictione eo respectu, quo Episcopus utebatur, ut sic Ecclesia eximeretur ab Episcopo, & sibi subjiceretur; idque patere, quia dicebat Ecclesiam sibi pleno jure subjectam, & prorsus exemptam à jurisdictione Episcopi.
10 Idemupertius docuit hic Egid. Bellam. *num.* 8. ubi ait ita demum per solum exercitium Episcopi interrumpi præscriptionem inferioris, si inferior præscribat per modum exclusionis Episcopi aliàs secùs. Et infra *sub num.* 30. *vers. Quod dixi*, hunc, ait, esse intellectum glossæ Innoc. quia ibi hic agebat Abbas per modum exclusionis Episcopi cum diceret Ecclesias à jurisdictione Episcopi prorsus exemptas; ac propterea illo exclusò præscribere non potuit; quia cum Episcopus per unicum actum jus, ac possessionem suam conservaverit; necessario etiam impedivit quominus inferior privativè præteriberet. Non enim poterat procedere præscriptio exclusiva illius, qui prius quam inferior præscriptionem complevisset, eodem actus aliquando exercue-
11 rat. Præscriptio autem cumulativè non potuit esse locus, quia defuit animus præscribendi, à quo præscriptio qualificatur, l. *fin. ff. Quemadmodum serv. amit.* l. *nitum, ff. de acq. usuque privat.* & notat hic Bellam. *num.* 32. *vers. Ad secundam quæstionem.* Quod tacitè etiam senserunt *hic* Anchar. *n.* 6. & Joann. de Anan. *num.* 9. volentes interrumpi præscriptionem Abbatis per solum exercitium Episcopi, si Abbas plenè probaverit se jus Episcopale exercuisse, idest voluisse præscribere plenam jurisdictionem, exclusò Episcopo.

12 Consuluit pro eadem opinione Bald. *cons.* 439. *num.* 11. *vers. De quinta quæstione prima. vol.* 3. ubi sic distinguit; Aut quis præscribit tanquam sub alio, aut tanquam super aut tanquam secus ab alio; & primo casu, in quo propriè versatur Præpositus, dicit præscriptionem esse cumulativam, & *num.* 12. (Si Plebanus, inquit, in suo plebanatu præscripsit institutionem, Episcopus nullo modo se intromittere debet, quod est verum si habuit possessionem per exclusionem Episcopi) Et infra (Licèt Plebanus habeat pro se consuetudinem, non tamen Episcopus est factus exul à jure communi; & sic ille, cui præsentabunt Patroni, instituet, quia est cumulativa potestas, & non abiorta) Hæc Baldus, quia amplius testatur sic practicari Florentiæ inter Archiepiscopum, & Plebanos. Præter authores supra relatos allegatur etiam pro Præposito Abb. *hic*, Bald. *de præscr.* 5. *par.* 6. *par. princ. in* 4. *quæst. vers. Et primo quæro*: & Covarr. in cap. *Alma mater*, *in* 1. *par. rel.* §. 12. *sub. n.* 3. qui simpliciter censet præscriptionem esse cumulativam quando Episcopus quoque exercuit.

Quamobrem ex his patet hanc magis communiter approbari quando inferior intendit solùm cumulativè præscribere, ut hoc casu, & ut est communior, validioribus etiam rationibus fulcitur; nam hic modus interruptionis per solum exercitium Episcopi absque prohibitione non numeratur inter alios modos interrumpendi præscriptionem, nec Bart. in l. *Naturaliter*, *ff. de usuf.* de eo mentionem fecit dum recensuit dicta Innoc. *hic*, ut animadvertit Abbas, nec habenda est ratio Parisii dicentis ex hoc textu induci hunc modum interruptionis: quia supra ostendimus hunc textum non habere locum in eo, qui intendit tantùm cumulativè præscribere.

Præsertim verò quia si esset vera opinio Parisij, nunquam daretur præscriptio cumulativa, ut Abb. perpendit, cujus tamen contrarium voluerunt glos. & Doct. in cap. *Fastoratu*, *de offic. Ord.* Nec tollit obicem responsio Parisij, quod dari poterit huiusmodi præscriptio in duobus Prælatis, quorum neuter habeat verum titulum juxta terminos l. *si duo, ff. uti possid.* Quin imò DD. admittunt præscriptionem cumulativam etiam in Prælato inferiore contra Episcopum, qui verum habet titulum à jure communi, ut ibi per glos. & Pelin. *in* 8. *tomo.*

13 Quibus accedit, quod in his, quæ possunt esse penes plures in solidum, ut est jurisdictio, quæ potest esse penes Episcopum, Archidiaconum, & Archipresbyterum, cap. 1. & 2. & cap. *final. de*
14 *offic. Archid.* & cap. *fin. de offic. Archipresbyteri*, possessio unius non interrumpit possessionem alterius, quia unusquisque actus facit, ut suo jure utatur non ut possessionem alterius interturbat. Ita Egid. *hic num.* 31. & probat totus ferè tit. *de offic. Archid.* nam illa maiori parte spectant ad Archidiaconum ex consuetudine, ut in cap. *fin. eod. tit.* secundum Abb. *loco citat.*
15 Et Bellam. in cap. *De quarta. num.* 32. *vers. Si verò sum in possessione*, *supra eod.* ait in diverso jure possidentibus actus unius, possessionem alterius non interrumpere: puta si unus possideat jure ordinario, alter ex privilegio, vel consuetudine ut hoc casu. Ratio est, quia unusquisque intendit jus suum exercere, non jus alterius præripe-

16 re, & interruptio non est sine animo, Bald. consil. 267. in causa Petri, in principio, lib. 3 Quod cum generaliter sit verum, specialius tamen apparet in casu præsenti, quia Episcopus potius voluit approbare, quam interrumpere præscriptionem cumulativam Præpositi.

17 Primò, quia citatus ab executore Apostolico in reservatione instituendi, acquievit sententiæ postea latæ ad favorem Præpositi, cum ab ea non appellaverit, l. final. C. de sent. quæ pro ser. quæri.

18 Deinde ob annuas visitationes Episcoporum, ex quibus elicitur eorum scientia, & patientia Rot. diverf. par. 2. decif. 106. n. 8.

Tertio, ob institutiones Præpositi multiplicatas, & effectum fortitas spatio supra centum annorum. Salc. in l. authoritatem, verf. Quare, de quæst. filii, C. under. 1. Rot. diverf. decif. 28. num. 7. part. 1.

Quartò quia Examinatores Synodales Episcopi diversis temporibus sæpius approbarunt Presbyteros coram Præposito præsentatos, ac postea ab ipso institutos, ut patet ex publicis instrumentis ac exhibitis in fasciculo fol. 45. à tergo, & in fol. 150. & seq.

Ac postremò quia cum Promotor fiscalis Episcopi anno 1601. præcepisset Præposito ne se ingereret in quadam præsentatione facta prius coram eo, & postea coram Vicario Episcopi; idem Vicarius cognita præventione Præpositi, remisit causam ad eum tanquam jurisdictionem cumulative habentem cum Episcopo ex Bulla Eugeniana, & aliis privilegiis, ut ex authentica scriptura signata littera E. Atque ita elicitur ex parte Episcopi animus approbandi potius quam interrumpendi præscriptionem Præpositi, non solum ex juris præscriptione, sed etiam ex actibus positi jus, ut dictum est.

19 Ex quibus sublata sunt etiam argumenta, quæ sæpe in contrarium retulimus; nam quod in controversiis possessionis præferri debeat possessio Episcopi tanquam titulata, procedit quando possessio unius non est compatibilis cum possessione alterius, juxta l. Si duo, ff. ut possid. tunc enim cum una, & eadem res non possit à pluribus in solidum possideri, l. Sint certi, §. Duobus rebellantibus. ff. comm. Si probationes utriusque sint pares, possessio titulata præfertur c. Inter causam, de probat. At secus est in his, quæ possunt esse apud plures in solidum, ut hoc casu, quia tunc unusquisque in sua possessione conservatur, & est locus cumulativæ ut jam probavimus.

Et eodem modo respondetur ad id, quod dicitur suam præscriptionem Præpositum interrupisse, quia aliquando instituit tanquam Vicarius per doctrinam gloss. in l. Cum notissimi, §. Item, & §. Illud, verb. Innovata, circa fin. verf. Etiam quidam, C. de præscrip. 30. annor. & Put. decif. 182. num. 8. lib. 2. Nam d. gloss. habet locum in rebus corporalibus tantum, quæ non possunt à pluribus in solidum possideri, vel in actibus de directo contrariis; tunc enim actus gestus nomine alterius proprium possessionem interrumpit; quia nimirum possessio unius est exclusiva possessionis alterius, juxta terminos d. l. Si duo. At verò in incorporalibus, & aliis non oppositis non est ita, quia cum possit esse in solidum apud plures, propria quasi possessio non excluditur per actum alieno nomine gestum, sicut non interrumpitur per solum exercitium alterius, ut abunde diximus, atque ita declarat Put. de decis. 188.

Cætera verò quod jus instituendi non possit acquiri præscriptione, quod Præpositus non habeat titulum, nec bonam fidem, quod eius institutiones pluribus patiantur defectus, & quod illas cassaverit sententia arbitramentalis Ormanesti, jam plenè fustulit S. Congregatio in priori decisione huius causæ: & ita resolutum, ut dixi in cap. Cum Ecclesia Sutrina, num. 24. supra de caus. possess. & propriet.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

Cap. Cum olim.

SUMMARIUM.

1 Abbas in Capellis præscribere potest jura Episcopalia, sed obtinet in his solis, quæ præscripsit. & num. 10.

2 Loca adjacentia præsumuntur de jurisdictione illius civitatis, cuius territorio magis adjacent.

3 Compromitti potest de juribus Ecclesiæ in Clericos ipsius.

4 Prælatus in juribus Ecclesiæ suæ potest esse arbiter, & judex.

5 Episcopi sundat intentionem de jure communi super jurisdictione universali in omnibus Ecclesiis suæ diœcesis.

6 Si jurisdictio spiritualis sit; secus si temporalis.

7 Diœcesanus solus dicitur Episcopus.

8 Ordinarius dicitur quilibet habens in loco ordinario jurisdictionem.

9 Diœcesani appellatione an, & quando veniat inferior Prælatus.

10 Prælatus inferior potest præscribere jura Episcopalia contra Episcopum, licet non sit exemptus ex privilegio.

11 Præscribere potest inferior contra Episcopum jus instituendi, & destituendi.

12 Et quid institutione authoritate alieni.

13 Præscribere an possit inferior jus ordinandi Clericos tam per se ipsum, quam per alium.

14 Et quid post Concilium Tridentinum, & num. seqq.

15 Regulares non possunt suos subditos ordinandos dimittere nisi ad Episcopum diœcesanum.

16 Et quidnam sint nullius diœcesis.

17 Baptismus adest non tenendus in Ecclesia sonteus baptismalem, potest præscribi.

18 Prælatus inferior an possit præscribere jus absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

Et quid post Concilium Tridentinum, num. 21. usque ad num. 25.

19 Jurisdictio basta facilius præscribitur, quam merum imperium.

20 Præscribi possunt per inferiorem Episcopo omnia, quæ sunt jurisdictionis, & dignitatis Episcopalis.

21 Casuum reservatio facta ab Episcopo diœcesano non affitis personas nullius diœcesis.

22 Præscriptio jurisdictionis Episcopalis in certa parte diœce-

diœcesis exclusa Episcopo non obstat etiam facultatem sibi casus reservandi.

23 Casus sibi reservare an, & quando possit inferior Prælatus, num. seqq.

24 Præscriptio non procedit in his, quæ sunt contra disciplinam Ecclesiasticam.

25 Sepultura, seu an liceat excipiendi aliquem ab sepultura potest præscribi.

26 Quartes Decimarum episcopo debita præscripti illibatas est.

27 Monachus, qui præest Ecclesiæ secularis non potest ita diversa officia exercere ut exercitium Monasticum, nisi ius præscripserit.

28 Præscribi potest ab inferiore Prælato potestas excommunicandi, interdicendi, & absolvendi.

29 Præscribens contra universaliter possidentem in certa materia etiam omnia acquirendi jurisdictionem universalem, illam universaliter non acquirit, sed tantum præscribit, quorum exercuit.

30 Secus si nemo universaliter possidebat, quia totum præscribit, si ex intentione hoc faciat.

31 Possessio fundi non acquiritur, non oportet omnes glebas circumambulare.

32 Jurisdictionem exercere in aliis, retinet in omnibus, si habeat concessionem aliqua, quæ ius concedendi habet.

33 Præscribens omnia illium universalem acquirit universam jurisdictionem, si habeat causam universalem seu intentionem fundatam de iure communi.

34 Præscribens potestatem excommunicandi an consecutus etiam præscribere potestatem interdicendi, suspendendi, & absolvendi, remissiè.

35 Prælatus inferior qui utitur sola præscriptione, non obtinet contra Episcopum nisi illam sufficienter probet.

36 Archipiscopus Thoracensis an sit manutenendus in possessione instituendi loca subiecta Abbatiæ Sancti Ioannis in Venere, donec Commendatarius probaverit per rem iudicatam se in illa utraque iurisdictionem exercere, & ita, seq. usque in fin.

37 Abbatia S. Ioannis in Venere an sententia Rotæ est intra fines Thoracensis diœcesis.

38 Episcopus potest causas matrimoniales, & criminales cognoscere, prædicandi licentiam concedere, & Confessores approbare in loco intra suæ diœcesis fines existentium, dummodo exemptus nullius diœcesis.

39 Visitationis Episcopus subiaceat loca, in quibus inferior exercet utramque iurisdictionem, nisi idem Episcopus maiorem in illis authoritatem exerceat.

40 Congregatio Concilii quæstiones facti remittit ad iudices competentes.

41 Prælatus inferior ab excludendum Episcopum à visitatione an debeat probare per rem iudicatam de exercitio utriusque iurisdictionis in Parochus, & Parochian.

42 Episcopus habet Assistentiam iuris, & Concilii Tridentini super iurisdictionem spiritualem in omnibus Ecclesiis etiam regularibus intra fines suæ diœcesis, quandiu non probetur contrarium.

43 Concilium Tridentinum cap. 11. sess. 25. de Regular. expenditur, num. 52.

Monasteria nullius, quæ pertinent ad animarum curam personarum secularium, subsunt iurisdictioni Episcopi diœcesani ibidem.

Nisi Abbas in loco Episcopalem, & temporalem iurisdictionem exerceat.

45 Non sufficit tamen eadem exercitium, sed requiritur iustus titulus.

46 Prælatus inferiori an, & quando danda sit manutentio contra Episcopum in exercitio iurisdictionis Episcopalis.

47 Monasterij S. Ioannis in Venere privilegia quæ

48 Iurisdictio Episcopalis quibus constet.

49 Exemptio non induitur ex sola receptione sed potestatem Sedis Apostolicæ.

50 Prælatus inferior non potest iuvari sola possessione contra Episcopum in temporalibus retinendis.

51 Fundus titulatus, & quæ sententiam habet à iure, præferitur in omnibus.

52 Abbates allegantes utramque iurisdictionem amer ratione iuriurij probatione, quam allegantes statum nullius diœcesis.

1 CUM OLIM. Abbas in Capellis præscribere potest jura Episcopalia obtinet tamen in his solis, quæ præscripsit. Hoc dicit. Dividitur in tres partes. In prima ponit petitionem Actoris, & ipsius jura. In secunda ponit jura Abbatis ibi, Ad eliminandum. In tertia diffinit ibi, Quia prædictum. Et abinde pro Episcopo.

Nota primo ibi, adjacentibus, loca adjacentia præsumi de jurisdictione illius civitatis, cuius territorio magis adjacent, arg. §. Insula, Instit. de rer. divis. & hic notat Bald. num. 1. Hinc est ut quamvis visitare loca nullius diœcesis, & illarum personas ordinare, eisque dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere, non spectet ad Episcopum vicinioremem, sed ad Episcopum intra cuius diœcesis fines eadem loca sita sunt, ad præscriptum cap. 10. sess. 23. Concilii Tridentini; tamen secus sit si loca ipsa sint omnino extra fines cuiusque diœcesis; quia tunc prædicta facultas pertinet ad Episcopum, cuius Cathedralis Ecclesia proximior est ex decreto c. 9. sess. 24. Præsumuntur enim dismembrata à territorio illius civitatis, cui magis adjacent, ut ex sententia S. Congregat. Cardinalium ipsius Concilii Interpr. scripsi plenius in c. Nullus, inf. de Parochi.

Secundo nota ibi, Archipresbytero, ac Primicerio Lucano; juncta suprascriptione. In personas Ecclesiæ posse de juribus ipsius Ecclesiæ compromitti. Nam Pontifex hic arbitrium approbat, ut patet in fine capituli, & notat Io. Andr. num. 4. in rer. Lucanus. dicens cordi tenendum, & remittit ad notata per se in cap. Cum inter, in ver. Subscribunt, de re iudic. & in Specul. in tit. de arbitr. §. Sopitur, verf. Sed numquid Abbas, idem notant Butr. num. 6. in 9. notab. Card. num. 1. Ant. bar. & Abb. ambo in 5. notab. Quod intelligo dummodo compromissum fiat in Clericos ut hic; alias secus, ut in cap. Contingit, supra de arbitr. secundum Cardin. Non obstat textus in l. penult. ff. de arbitr. quam Joan. Andr. allegat in contrarium. Siquidem illa lex secundum Abbatem nihil facit: tantum enim decidit neminem posse iure propriæ esse arbitrum, hic verò Archipresbyter, & Primicerius non erant arbiri iure propria, sed in juribus Ecclesiæ, super quibus nedum Ecclesiæ Clerici, sed ipse quoque Prælatus potest esse arbiter, ut hic per eum. Et idem voluit Anton. de Butr. in c. Cum inter, §. 1. in 1. col. infra, tit. prox. & Florian. in l. Si societatem, §. Arbitrorum, in princ. ff. pro soc. quos refert & sequitur Felin. hic num. 2. verf. Dum dicit Abbas. Nec minus, quia in causa Ecclesiæ suæ Prælatus potest etiam esse judex, cap. Sequitur ergo, §. qu. 7. cap. Scut. 7. qu. 1. & c. Cuiusdam, 23. quæst. 4. & tenet gloss. unica in cap. Cum venissem, verf. Sic Episcopus iudex est in causa Ecclesiæ suæ, & ibi Abb. & DD. supra

pra de iudic. & notacin c. 1. *de pac. lib. 6.* & *ibi per Butr.* c. 12. *vers. Intuitur ad quæstionem.*

5 Tertiò nota ibi, *ad fundandam intentionem rem in commune, &c.* Episcopum de jure communi fundare intentionem super jurisdictione universali in omnibus Ecclesijs suæ diœcesis, ut hic, & in c. *Omnes Basilicæ*, 18. *qu.* 7. cum aliis hic allegatis in glossis. 1. & per Host. *ante num.* 1. *inter.* Is tex *notandus.* Idem notant Gardin. in 1. *not.* 19. Butr. Anchar. & Abb. omnes in 3. *not.* & latius dicam *infra num.* 42. Intelligo in specialibus, in quibus Episcopus obtinet eo ipso quod probat Ecclesiam intra suæ diœcesis fines existere, quamdiu non probetur exempta. Secus verò in temporalibus, in quibus succumbit, nisi aliter doceat de jure suo. Textus est, in quo utrumque membrum protratur, in c. *Cum venerabilis*, ubi omnes notant, *infra, de restit. spoliat.*

7 Quartò nota ibi, *tanquam Diœcesanum Episcopum*; appellatione Diœcesani venire Episcopum tantum, non autem Prælatum inferiorem, licet habeat in loco ordinariam jurisdictionem. Quod tenet glos. 1. in Clem. 1. *vers. Item nota verbum Diœcesanus, de vita, & hones. Cleric.* & in Clem 1. *in vers. Diœcesanis, de usuris.* & Abb. *hic num.* 1. *in 4. notab.* qui hunc colligit

8 differentiam inter Diœcesanum, & Ordinarium; nam Diœcesanus dicitur solus Episcopus; Ordinarius verò etiam quilibet alius habens ordinariam potestatem in loco, ut in cap. *Ordinarij*, juncta glos. *in ver. Locorum, de offic. Ordin. lib. 6.* glos. in Clem. 1. *in ver. Locorum Ordinarius, de restitu.* de quo plenè per Archidiac. in cap. *Licet Canon. num. 6. in ver. Ordinarius, de elect. lib. 6.* Idque confirmatur etiam ex etymologia, & allusione vocabuli; nam Ordinarius dicitur qui habet ordinariam jurisdictionem; unde hoc nomen convenit cuilibet cum jurisdictionem habenti; Diœcesanus verò dicitur, qui præest diœcesi, quod convenit soli Episcopo, ut

9 in cap. *Cum Episcopus, de offic. Ordin. lib. 6.* Fatetur tamen Abbas Diœcesani appellatione comprehendi quemlibet habentem in loco ordinariam jurisdictionem ubi subjecta materia pariter est, ita concernere tam Episcopum, quam alium Ordinarium. Et ita salvat quod scripsit Joan. Andr. in c. *Iuxtam, super ver. Diœcesanus, de testam.* Tu verò adde glossam in Clem 1. §. *Volumus, in ver. Diœcesanis, de foro compet.* quæ notabiliter dicit pro Diœcesani intelligi eos, qui habent in loco Episcopalem jurisdictionem, vel quasi; dummodo tamen illam habeant privativè ad Episcopum. Quam glossam sequitur ibi Cardin. *num.* 2. in 4. *quæst.* Imola n. 38. Abb. n. 15. & Vitalin. *num.* 4. Similis glos. est in Clem. 1. *in ver. Propriis, de reb. Eccl. non alien.* quam hic sequitur Felin. *num.* 1. *vers. Secunda limita.* per hoc enim inferior constituitur in proprio territorio, ut notat Gemin. post Joan. *de S.* Georgio in c. 2. *col.* 4. *vers. Quero an inferiores Prælati ab Episcopis habeant territorium, de constit. lib. 6.* & dixi plenissimè in c. *significasti, de ref. archid.* & in c. *Cum contingat, de foro compet.*

10 Quinto nota Abbatem, & sic inferiorem Prælatum posse præscribere jura episcopalia contra Episcopum, ut hic est casus secundum Jo. Andr. & omnes in Summa; concordat text in c. *Au. dita, supra eod.* et quamvis Host. *hic in princ. in ver. Abbate*, dicat hoc procedere, si Abbas sit exemptus ex privilegio, quia aliàs non posset præscribere jura episcopalia; tamen oppositum determinat Innoc. *num.* 2. Cui consentiunt Butr. *n.* 10. *in alt. notab.* & Anchar. *num.* 2. *in 2. not.* & Innocentij opinionem putat veriorem Abbas n. 4. *in ver.* & in d. c. *audita*, & ibi dixi.

11 Sexto nota in vers. *Quia præsidiis tibi*, octo jura, quæ contra episcopum præscribi possunt ab inferiori Prælato, de quibus *hic* per Host. *num.* 2. *vers. Sed hoc nota* Joan. Andr. *sub. n.* 4. *in ver. Obsequiis*, Butr. n. 10. *in. 10. notab.* & Abb. *in 8. not.*

12 Primò enim præscribi potest jus instituendi in ecclesiis, & Capellis, nec non jus destituendi. Et quod dictum est de jure instituendi, Abbas intelligit contra Hostiensem etiam de institutione authoritabili dicens hoc probari apertè in hac Decretali, ubi simpliciter institutio reservatur Abbati in plebe, & Capellis; & fusius hoc prosequitur in d. c. *Audito supra eod.* Tu verò hoc intellige ut dixi in c. *Eam te, num.* 3. *supra de et.* & *qualit.* & in c. *Cum contingat, n.* 31. 37. & *sequitur de foro compet.*

13 Secundò præscribi potest ordinario Clericorum; quod duobus modis potest intelligi. Uno modo ut ipse Prælatus præscribat jus ordinandi Clericos per se ipsum. Et hoc casu jure communi inspecto, præscriptio procedit tantum quoad illos ordines quos inferior potest conferre, ut in

14 c. *Quoniam, 69 dist.* & in c. *Abbates, de privil. lib. 6.* Dixi jure communi inspecto, qui ex Conc. Trid. c. 10. *sess.* 23. Abbatibus, & alijs inferioribus non licet primam tonsurā, vel minores Ordines conferre cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, non obstantibus privilegijs, præscriptionibus, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus. Unde aut Abbas vult ordinare suos subditos regulares, & non eget præscriptione, cū habeat potestatē eos ordinandi, ut in d. c. *Quoniam*. Aut vult ordinare sibi non subditos: & ei obstat Concilij, de quo dic latius ut scripsi in c. *Cum contingat, de acat. & qual.* in c. 1. *de supp. neglig.* & in c. *Aqua, de consecr. eccl.* Quo verò ad alios ordines, quos inferior nō potest conferre, absolutum est etiā jure communi inspecto, nō procedere præscriptionē; quia quæ sunt ordinis Episcopalis nullo unquam tempore præscribi possunt, cap. *Quanto*, & ibi dixi, *supra de consecr.* & d. c. *Aqua.*

15 Alio modo ordinatio Clericorum potest intelligi ut Prælatus jus ordinandi præscribat non per seipsum, sed per alium, idest ut possit suos subditos ordinandos dimittere ad quem maluerit Catholicum Antistitem. Et de jure communi procedit præscriptio, ut hic, & in c. *Veniens, infra eod.* Secundum Host. & alios prælegatos. Verum post Concilium Tridentinum secus dicendum est, quia Abbates, & alij inferiores prælati Clericis sæcularibus litteras dimissorias nullatenus concedere possunt, ut ab aliis ordinentur, & quamvis possunt illas concedere suis subditis Regularibus; non possunt tamen eas dirigere nisi ad Episcopum Diœcesanum, ut in c. 8.

16 *sess.* 23. Aut si sint nullius diœcesis, ad Episcopum intra cuius diœcesis fines existunt, ut præcipitur in *d. c.* 10. ubi derogatur præscriptionibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus. Quod si omnino sint extra fines cuiusque diœcesis, ex sententia S. Congregationis Concilij, dimissoriæ dirigendæ sunt ad viciniorem Episcopum, qui tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest eos visitare ex decreto *c.* 9. *sess.* 4. ut dixi supra in primo notab. de quo vide quod scripsi latissimè in c. *Significasti, supra de offic. Archid.*

17 Tertiò præscribi potest baptismus, idest ut inferior Episcopo jus habeat in Ecclesia tenendi fontem baptismalem. Simile in c. 2. *de Capell. Monach.*

18 Quartò præscriptibilis est pœnitentia in levioribus culpis. Et hinc arguit Anton. de Butr. *n.* 8. *in* 11. *notab.* ut Prælatus inferior non possit præscribere jus pœnitentiæ injungendæ quoad graviores culpas, & casus Episcopo reservatos, de quibus in cap. 2. *de penit. & remiss. lib.* 6. Et

19 videtur ex mente Baldi num. 2. in ver. In levioribus culpis, qui hic colligit bassam jurisdictionem facilius, præscribi, quam merum imperium, de quo in l. *More maiorum, ff. de iurisd. omn.*

20 *iudic.* & in l. *Verus, C. de diverf. offic. lib.* 12. Sed oppositum tenet Abbas motus ea ratione, quia omnia, quæ sunt jurisdictionis, & dignitatis Episcopalis, possunt per inferiorem Episcopo nomine suæ Ecclesiæ præscribi, ut in c. *Audito, supra eodem.* Et ad hunc textum respondet propterea hic dictum de levioribus, quia in illis dumtaxat fuerat præscriptum; non tamen negat Abbatem potuisse præscribere in gravioribus.

21 Verum hanc controversiam sustulit Concilium Tridentinum *de sacram. Pœnit. sess.* 14. c. 7. *de cas. reser.* Unde in hoc articulo hodie sic distin-

22 gue. Aut Abbas, vel alius inferior Prælatus ex privilegio Apostolico, vel legitima præscriptione habet omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem in certa parte diœcesis, exclusō Episcopo, itaut sit in statu nullius diœcesis, secundum ea, quæ scripsi latissimè in c. *Nullus, infra de Parochi.* & tunc non eget præscriptione ad absolvendum à casibus Episcopo reservatis, quia reservatio Episcopi non afficit subditos ipsius Abbatis, cum non sint de sua diœcesi, ut plenè probavi in c. *Omnis, infra, de Penit. & remiss.* & Abbas ipse quoad subditos potest sibi casus reservare, ut mox patebit. Neque hoc casu est locus decreto Concilii in *d. c.* 7. *de Cas. reser.* quia loquitur de reservatione, quam faciunt Episcopi in diœcesibus ut patet ibi, *Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi.* At locus nullius neque est in diœcesi Episcopi, ut dixit Rota *decis.* 207. *num.* 2. *part.* 2. *diverf.* & fusius notavi in c. *Cum contingat, num.* 32. 35. & 37. *supra de foro compet.*

Et in hoc primo casu salvari potest opinio Abbatis. Tunc enim inferior suffragari potest præscriptio quoad absolutionem à casibus Episcopo reservatis, quando præscripsit totalem jurisdictionem Episcopalem, vel quasi privativè ad Episcopum in certa parte diœcesis juxta terminos cap. *Audito, supra eodem*, & notata per glossam *in Clem.* 1. §. *Volumus, in ver. Diœcesanis, de foro compet.* Nam in dicta præscriptione jurisdictionis universalis includitur etiam jus sibi reservandi casus ut paulo infra patebit.

23 Aut inferior ex privilegio, vel præscriptione non est in statu nullius diœcesis, sed est simpliciter exemptus, vel præscripsit jura Episcopalia in aliquibus tantum capitibus, ut fecerat iste Abbas in octo capitibus, de quibus in textu. Et tunc non valet præscriptio absolvendi à gravioribus casibus Episcopo reservatis: quia cum inferior hoc casu ad hunc remaneat subjectus Episcopo Diœcesano, nec ipse inferior possit quoad subditos casus sibi reservare; obstat illi reservatio Episcopi Diœcesani. Unde ab ipso tantum absolutio petenda est ad præscriptum Concilii Tridentini in *d. c.* 7. Quod multò clarius procedit post decretum S. Congregationis negocij & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ editum jussu felicis recordationis Clementis VIII. super absolutione à casibus reservatis. Quod reservatur à Stephano Quaranta *in Summa Bullarij in ver. Casus reservati, pag.* 162. Et in hoc casu tenenda est opinio

24 Antonij de Butrio: Magnopere enim pertinet ad disciplinam populi Christiani ut in qualibet diœcesi adsit Superior, qui possit graviora crimina reservare. Is autem in sua Diœcesi non est nisi Episcopus. Neque enim in hoc suffragatur inferiori aliqui præscriptio; tum quia obstat Concilium; tum quia in his, quæ sunt contra disciplinam Ecclesiasticam, præscriptio non procedit, cap. *Cum inter, de Consuet.* Felin. in cap. *Accedentes, num.* 6. *supra eod.* Bald. *in tract. de præscript. in* 1. *par. sexta partis principalis num.* 7. Unde partes Sacerdotis sunt, cum extra mortis articulum nihil possit in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere ut ad Superiores, & legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant, ut legitur in *d. c.* 7. Et hanc distinctionem non obscurè probavit S. Congregatio eiusdem Concilij interpres: nam consulta, an inferior aliquis ab Ordinario in ea parte diœcesis, quæ jurisdictioni suæ subjecta est, possit sibi reservare aliquos casus, quemadmodum Ordinarijs licet in suis diœcesibus: Die 5. Iulii 1582. respondit posse; si tamen habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in eo loco, & nulli Diœcesano subsit nec ipse, nec eius subditi.

25 Quintò præscribi potest sepultura, idest jus recipiendi aliquem ad sepulturam liberè, ut in cap. *Nuper inquam*, §. 1. *vers. Et fratres, inf. de excess. Prælat.*

26 Sexto Decimarum percepto. Quod intelligi potest, primò ut Abbas præscripserit quartam decimarum Episcopo debitam, ut in c. *De quarta, supra eod.* secundum Hostien. & Ioann. Andr. Nam in perceptione decimarum Abbas non egebat præscriptione cum de jure communi spectent ad plebem, c. *Cum contingat, de decim.* Deinde potest intelligi ut Abbas præscripserit decimas, ut caperet ad utilitatem sui Monasterij secundum Abbatem.

27 Septimò potest præscribi jus celebrandi divina in Ecclesijs Episcopo subjectis. Quod similiter potest intelligi duobus modis. Primò ut Abbas præscripserit facultatem liberè celebrandi in prædictis Capellis secundum Innocent. *in fine in ver. Celebrando.* Et secundum hunc intellectum Prælatus regularis de jure communi non potest liberè celebrare in Ecclesijs sæcularibus sibi subjectis. Secundò modo intelligi potest ut Abbas præscripserit jus celebrandi in Ecclesia sibi subjecta juxta officium Monachale; nam de jure monachus, qui præest Ecclesiæ sæcularis non debet ibi officiare juxta ritum monasticum

arg.

21 g. c. *Illa*, 12. *dist.* & notat glossa *una a tu fiat* in c. *De mercatoribus*, 16. *qu.* 1. Et hac intellectus magis placet Hostien. *num.* 5. *in ver. Ac decimis affigi*, & *in ver. sequens.* Abb. *n.* 5. *vers. Octava in celebrandi*, ubi ait esse mente tenendum hoc jus esse præscriptibile: & Joann. de Anan. *num.* 5.

28 Octavo, & ultimò præscriptibilis est potestas excommunicandi, interdicendi, & absolvendi. Quod intelligunt Doctores respectu Clericorum & Ecclesiarum secularium: nam subditos suos potest Abbas de jure communi excommunicare sine alia præscriptione, utin c. *Sicut*, *de Simon.* & in c. *Cum in Ecclesiis*, *de maior. & obed.* secundum Abb. *n.* 5. *in fine.*

29 Septimò nota ibi, *super iam dictis articulis*, nec non ibi, *super aliis omnibus*, ad præscriptionem unius attineri juris Episcopalis non inferri ad præscriptionem alterius sub eodem genere, prout sentit glossa *fin. hic* & notat Butr. *n.* 5. *in* 6. *notab.* Calder. *cons.* 192. *circa med. vers. In omnium autem*, *alias* 2. *de præscript.* Roman. *cons.* 368. *n.* 8. *vers. Vnde videtur*, Abb. *cons.* 71. *Videtur num.* 1. *lib.* 2. Atque ita alio exercente, & possidente universalem jurisdictionem in loco, si alius exercet jurisdictionem in certis articulis, etiam animo acquirendi universalem jurisdictionem; Per hoc tamen illam non acquirit universaliter, sed tantùm præscribit quantum possedit, & exercuit. Et ita est hic casus pro his, quæ notat Innocent. in c. *Dilectus*, *de Capell. Monach.* Secundum Abb. *hic n.* 6. Secus autem est si nemo universaliter possidebat; quia tunc ex uno actu infertur ad præscriptionem aliorum ejusdem generis, ut ibi Innocen. notat, quando ex intentione hoc facit, ut universalem jurisdictionem acquirat, ut declarat Alexan. *cons.* 68. *num.* 19. *vers. Ad prædicta bene facit*, *lib.* 2. & probatur optime in c. 1. *de reliq. dom.* ubi si
31 dubitatur in cuius diœcesi sit Basilica consecranda, ille Episcopus consecrabit, qui prius in illo loco Episcopalia exercebat. Ad idem textus in l. *Possidere*, *in princ. ff. de acquir. possess.* ubi habetur ad acquirendam fundi possessionem non esse opus ut quis omnes glebas circumambulet, sed sufficere quamlibet partem fundi intrare summodo mente, & cogitatione hoc
32 fiat, ut totum fundum usque ad terminum velit possidere. Et hæc sit prima limitatio ad conclusionem superius propositam. Alia limitationem ponit Bart. in l. 5. *Si quo hoc interdicto*, *n.* 1. *ff. de itinere actique privato*, ubi in præscribendo, inquit, jurisdictione, probata quasi possessione certi actus, in illo tantùm actu præscribit, non in aliis: sicus si haberet concessionem ab alio, qui habet jus concedendi; tunc enim si
33 uteretur jurisdictione in actu uno, retineret in omnibus. Itaque ex præscriptione unius actus infertur ad præscriptionem alterius sub eodem genere, quando præscribens habet causam universalem, seu fundat intentionem de jure communi, quia tunc ex præscriptione unius actus universalis acquiritur universa jurisdictio, secundum theoricam Innocentii communiter approbatam in d. cap. *Dilectus*, *in princ.* Oldrad. *cons.* 84. *num.* 17. *vers. Quare oppponitur*. Feder. de Sen. *cons.* 130. *Factum est tale*, *num.* 2. *vers. Sed contra*. Bald. *cons.* 433. *n.* 7. *lib.* 3. plenè Alexan. alios cumulans in *cons.* 68. *Et ipse*, *num.* 18.
34 *lib.* 2. An autem præscribens potestatem excommunicandi videatur etiam præscribere potestatem interdicendi, suspendendi, & absolvendi dic ut plenè per Abb. *hic n.* 7. & Felin. in c. *Audivi*, *in princ. n.* 11. *supra eodem*, ubi declarat doctrinam Abbatis hic. Et an, & quando qui potest excommunicare, possit absolvere. Vide per eundem Felin. in c. *Pastoralis*. 5. 1. *de offic. Ordin.*

35 Ultimò nota ibi, *sufficienter ostendit*, non sufficere ut inferior Prælatus alleget se legitimè præscripsisse jura Episcopalia ad hoc ut obtineat contra Episcopum, nisi de præscriptione huiusmodi plenam fecerit fidem, ut hic. & in c. *Cum persona*, *de privil. lib.* 6. Quod tamen declara, ut latius dicam *infra a n.* 46.

36 Ex facto quæritum est, an Archiepiscopus Theatinus sit manutenendus in quasi possessione visitandi loca subjecta Abbatiæ S. Joannis in Venere, donec Commendatarius per rem judicatam probaverit se in illa utramque jurisdictionè Episcopalem, & Temporalem in Parochos, & Parochianos exercere.

37 Com die 4. Maij 1612. in Rota decisum fuisset Abbatiam S. Joannis in Venere, circumscripto effectu, intra fines Theatinæ diœcesis existere; ac deinde Archiepiscopus obtinuisset mandatum de manutenendo in quasi possessione visitandi ipsam Abbatiam, ac loca ab ea dependentia, atque in illis ea, quæ a Concilio præscribuntur, exercendi: Postea S. Congregatio Concilii ab eodem Archiepiscopo consulta declaravit, donec per tres sententias conformes, vel unicam, quæ in rem judicatam transierit dictam Abbatiam, ac loca illi subjecta nullius diœcesis esse constituerit, spectare ad Archiepiscopum Theatinum dumtaxat causas ibi matrimoniales, & criminales cognoscere, licentias concionandi concedere, ac Sacerdotes approbare ad confessiones audiendas. Sed cùm Archiepiscopus vellet visitare in vim dicti mandati de manutenendo; oppositum fuit inter alia loca Abbatiæ subjecta extare Castrum de Fossiccaca, Castrum de Rocca, & Villam S. Eufaniæ, in quibus Commendatarij dictæ Abbatiæ exercebant utramque jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos; ac proinde
37 exempta esse ab Archiepiscopi jurisdictione, & visitatione in vim c. 11. *sess.* 25. *de Regular.* Unde super his S. Congregatio consulta respondit, si Commendatarius dictæ Abbatiæ in prædictis castris Episcopalem, & temporalem jurisdictionem exerceat, loca hujusmodi minimè subesse jurisdictioni, & visitationi Archiepiscopi, & decretum ab ipsa Congregatione jampridem editum ad hunc casum non pertinere, nisi Archiepiscopus majorem in prædicta loca jurisdi-
40 ctionem exerceat. Cæterum an verè Abbas in supradicta loca utramque jurisdictionem; aut Archiepiscopus majorem exerceat auctoritatem, non spectare ad judicium Sac. Congregationis, sed in Rota, ubi causa pendet, esse discutiendum.

41 Nunc itaque cùm ad excludendam Archiepiscopi visitationem Commendatarius teneatur probare se in dicta loca exercere utramque jurisdictionem: Quæritur à S. Congregatione an de

dehuiusmodi jurisdictione constare debeat per tres sententias conformes, vel unicam, quæ in rem judicatam transierit, quemadmodum de statu nullius dicæ esse jam constat in S. Congregatio, ita ut tuerea Archiepiscopus non sit impediendus ut suo mandato de manutenendo in quasi possessione visitandi? An verò ad impediendam Archiepiscopi manutentionem satis sit incontinenti docere de exercitio utriusque jurisdictionis per testes, scripturas, & alia eiusmodi genera probationum.

42 Pro solutione supponendum est primò Episcopum habere assistentiam juris, & Concilii Tridentini super jurisdictione spirituali in omnibus Ecclesiis intra suæ diœcesis fines consistentibus, sive illæ sæculares, sive regulares existant, quamdiu non probentur exemptæ, ut de sæcularibus patet hic, & in c. *Omnes Basilicæ*, 16. *q.* 7. in c. *Cum contrahitur*, *de relig. domib.* & ultima est supra *num.* 5. *in 3. notab.* & de monasteriis est text. in c. *Abbate*, ubi notat glossa *in ver. Ipsi superiori*, & in c. *Monasteria*, 18. *quæst.* 2. in c. *Tua nobis*, ubi id notat Dec. *n.* 16. *de Consti. etæ. vel vestit.* in c. *Cum olim*, & in cap. *De Xenodochis*, *de relig. domib.* ubi Host. *sect. n.* 8. *in ver. Per jurisdictionem*, hic patet, inquit, manifestè quod monasteria, & alia loca religiosa, & pia ad Diœcesanum pertinent de jure communi, de quo ipse Diœcesanus petens, vel agens fundat intentionem suam, ut hic patet, & 16. *q.* 5. c. *Si quis Episcoporum*, & 3. 3. *q.* 2. *D.* 18. *q.* 2. c. *Quidam Monasterium*. Unde semper dabitur sententia pro eo, nisi privilegium, & aliud canonicum quid obstiat, 18. *q.* 2. c. *Abbatum*, *de præscr.* c. *Non licet*, *de Iudic.* c. 3. ut c. *Cum venissent*, cum aliis per eum allegatis; & decidit Rota *decis.* 78. *n.* 1. *part.* 1. *diversf.* & fatetur
43 decreto Concilii c. 11. *sess.* 25. *de Regul.* Nam ibi primò constituitur regula, ut monasteria curata in his, quæ pertinent ad animarum curam perfectarum sæcularium, subsint jurisdictioni, & visitationi Episcopi, in cuius diœcesi ita sunt.
44 Et quamvis deinde excipiantur loca, in quibus Abbates utramque jurisdictionem exercent, tamen cum Regula sit pro Episcopo, excepto pro Regularibus; Episcopus insistit habere juris assistentiam, quamdiu excepto à illo casibus conclusum probatum noluerit, ut est text. in c. *Cum olim*, *supra*, & ibi glossa *in ver. Habere*, *dumtaxat*, *Ordin. Ord. Ex* & *Ordin.* Bald. in c. 1. *col.* 2. *de offic. nullius*, *num.* 20. *cum sequ.* & alii apud Dec. in l. 1. *n.* 2. *ff. de reg. iur.*

45 Deinde supponendum est Concilium ubi eximit à jurisdictione Episcopi Abbates utramque jurisdictionem exercentes, non esse intelligendum de his, qui tantùm habent exercitium jurisdictionis absque ullo titulo, sed de his, qui justè, & legitimè dictam jurisdictionem exercent: absurdum enim esset ut Concilium voluisset in sua possessione manutenere intrusos, & jurisdictionis Ecclesiæ usurpatores, quos anathemati subjecit in c. 11. *sess.* 22. exclusis Episcopis, qui fundatam habent intentionem de jure communi, ut in præallegatis juribus. Et fuit sæpius decisum in Rota, ut 18. *causa Valentina iurisdictionis*, 9. *April.* 1590. coram Rubalco, Caporaq. *dec.* 201. *part.* 2. Seraph. *decis.* 1. *n.* 4. ubi refert ita etiam censuisse S. Congregationem Concilii.

46 Quibus suppositis, videtur respondendum Archiepiscopum Theatinum esse manutenendum in sua quasi possessione visitandi eiusmodi loca, quamdiu Commendatarius non probaverit per tres sententias conformes, vel unicam, quæ in rem judicatam transierit, se in dictis castris jurisdictionem Episcopalem, & temporalem exercere: nam cum decretum d. *cap.* 11. nonsolùm, imò potius præservet juris assistentiam, quam habent Episcopi in monasteriis suæ diœcesis, ut dictum est; inferior Prælatus non est conservendus in sua possessione esse in duobus casibus. Primus est, si exhibeat privilegium, quod per se sit insufficiens ad dictam jurisdictionem exercendam. Secundus est si dicat se manutum privilegio, & præscriptione, & privilegium exhibeat, quod licet per se non insufficiens; tamen justam causam præbeat præscribendi, & de possessione fidem faciat. His enim duobus casibus dumtaxat datur manutentio inferiori contra Episcopum, tex. est ad litteram in c. *Cum persona*, *de privil.* in 6.

47 At verò hoc casu nullum quidem exhibetur privilegium per se sufficiens ad utramque jurisdictionem legitimè exercendam: si enim de tali privilegio apparet, his esset finita tam in possessorio, quam in petitorio judicio, c. *de privil. lib.* 6. & d. c. *Cum persona*, 8. *Ignotus*, *infra eod. tit.* c. *Insinuatum*, 25. 9. 2. 2. *Cum dilectio*, & ibi Joan. Anda. *num.* 5. *de relig. domib.* cum multis similibus. Similiter nec exhibetur privilegium, quod præbeat justam causam exercendi Episcopalem, & temporalem jurisdictionem: nam in privilegiis exhibitis Alexandri I. II. & aliorum Pontificum solùm conceditur Monachis olim monasterii S. Joannis in Venere, ut ea, quæ sunt Ordinis, possint accipere à quo maluerint Catholico Episcopo; atque in intratines Abbatiæ nullus Episcopus nisi vocatus ab Abbate Synodum celebret, aut Clericos constringat, cum hanc curam ad Abbatis solicitudinem Sedes Apostolica voluerit pertinere, & monasterium sub protectione dictæ Sedis insepitur. Quæ verba ita restricta, & innata tantùm abest ut potuerint præbere justam causam præscribendi Episcopalem, & temporalem jurisdictionem, ut potius ostendant nunc jurisdictionem à Cons-
48 tituendam usurpatam fuisse jurisdictio enim Episcopalis constat cognitione causarum criminalium matrimonialium, & aliarum civilium institutione, ac destitutione, aliisque pluribus, de quibus in c. *Conquerente*, & c. *Dilectus*, ubi glossa *in ver. Delegare iurisdictionem*, *de offic. Ordin.* & tamen in dictis privilegiis concedit ut ad summum Abbati sola Clericorum constrictio, ac
49 Synodi celebratio. Et quamvis monasterium recipiatur sub Sedis Apostolicæ protectione hæc tamen receptio nullam exempionem importat, ut est casus in c. *Ex parte*, *ii secunda*, *de privileg.*

50 Unde sequitur ut cum Abbas sit sola præscriptione munitus, Archiepiscopus, qui fundat intentionem de jure communi, non ut prohibendus visitare, donec Abbas de præscriptione Canonica plenam fecerit fidem; juxta verba d. cap. *Cum persona*, Inferior enim non potest juvari sola possessione, nec obtinere contra Superiorem in interdicto retinendæ, ut tradit

Bart. in l. 1. §. illud, *de auctoritate iurisdict.*, *ff. nam. 5. 199. Nam iurisdictionem*, *ff. ut pupill.* & Verall. *dom. pag. nu. 4. pag. 1.*

51 Illque eo magis, quia Archiepiscopi Tharanni sibi vindicarunt dictam Abbatiam, ac loca eidem subjecta, ut propterea ea videatur sine dubitatione, cum Archiepiscopus præter juris assistentiam, habeat etiam actus possessorios. Rota *decis. 310. num. 4. & 5. pag. 2. in recent.* Præferitur enim in concursu possessio titulata, & quæ fomentum habet 2 juris, *c. Licet canonum, de probat.* Bart. in l. *si duo, vol. 2. ff. ut possid.* Bald. *ibi. Qui consfer, cap. 50. n. 10. cum. C. de edic.* Menoch. *de retin. remed. 4. n. 731.*

Præterea considerandum est Concilium non resistere, imo potius assistere in Prælati nullius diœcesis posse causas matrimoniales, & criminales cognoscere, ut sæpius fuit resolutum; & scriptis plene in *c. Accusatus, infr. de except. Prælat.* & tamen in hac causa, quia Abbas nititur sola præscriptione, Sac. Congregatio declaravit eiusmodi causas esse ab Archiepiscopo Tharanno cognoscendas, donec per rem judicatam constiterit dictam Abbatiam nullius diœcesis esse. Ergo similiter etiamsi Concilium non resistat, imo potius assistat Regularibus utrumque jurisdictionem exercentibus itant ab Episcopis eximi nequeant; tamen donec per rem judicatam de exercitio eius jurisdictionis constiterit non erit Archiepiscopus prohibendus eiusmodi Ecclesiastica visitare; cum Abbas nullum privilegium exhibeat, quod saltem præbeat justam caulam præsumendi.

52 Rursus considerandum est duriori probatione oneratos Abbates utrumque jurisdictionem exercentes, quam Prælatos nullius diœcesis: his enim sufficit probare nimirum dictam jurisdictionem Episcopalem in certa parte diœcesis exclusio Episcopo ut in *c. Audita, supra eodem*: hoc enim includit separationem territorii, & statum nullius diœcesis juxta gloss. communiter receptam in Clem. 1. §. *Primum, in ver. diœcesim, de sent. excom.* Dixi in *c. Nullus, infra de Parochis*, & in *c. Cum contingat, supra de sent. excom.* Attamen exercentibus utrumque jurisdictionem non sufficit probare Episcopalem, sed requiritur etiam probatio temporalis jurisdictionis, ita ut teneantur probare dictam nullius diœcesim, qui includitur in probatione Episcopalis jurisdictionis, ac præterea etiam exercitium jurisdictionis temporalis. Unde si data est Episcopo manutentio, quando Abbas non tenebatur probare nisi statum nullius diœcesis in termino *c. 9. sess. 24.* longè magis debet illi dari in casu, *c. 11. sess. 25. de Regul.* quando Abbas tenetur probare non solum statum nullius diœcesis, sed etiam temporalis jurisdictionis exercitium.

DE SENTENTIA ET re judicata.

Cap. Non potest.

SUMMARIUM.

1 *Sacerdos sine justa causa non est ab Episcopo extra in unam sententiam excommunicatus deponendus.*

2 *Depositio & degradatio Episcoporum, Presbyterorum, & aliorum Clericorum quem numerum Episcoporum requirat.*

3 *Et quid possit Concilium Tridentinum.*

4 *Causæ criminales graviores contra Episcopos à solo Romano Pontifice cognoscendæ, minores verò à Concilio Provinciali.*

5 *Character Ordinis datur etiam post mortem, & Clericus resuscitatus non esset iterum ordinandus.*

6 *Sententia requirit justitiam causæ, & potestatem judicantis.*

7 *Regulares excommunicati ob notorium delictum an possint ab Episcopo denunciari, & num. sequ. usque ex fin.*

8 *Miles ille resuscitatus, qui Parochum publicè percussit, non potest ab Episcopo declarari excommunicatus. C. n. 12.*

9 *Declaratoria excommunicationis an requirit citationem partis. C. n. 17.*

10 *Citatio non potest decerni ab Episcopo contra exemptum.*

11 *Citatio est decretum interlocutorium.*

12 *Regulares Sacramenta administrantes sine Parochorum licentia possunt ab Episcopo denunciari excommunicati.*

13 *Denunciatio, seu declaratio circumscripta citatione non est actus jurisdictionis. & n. 15.*

14 *Sententia lata post appellationem est nulla. Declaratio post appellationem est validabilis.*

16 *Exemptus notorie excommunicatus non potest declarari ab Episcopo.*

18 *Excommunicationis sententia, & declaratoria in quo differant.*

19 *Citatio requiritur in discussione causæ etiam publicæ, ab qua fertur declaratoria.*

20 *Secus si causa sit notoria.*

21 *Coronba non est cui notorium est delinquentem non competere.*

22 *Publicum, & notorium in quo differant.*

23 *Citatio pro declaratoria ob notorium excommunicationem contra exemptum non est arbitraria.*

24 *Citatio quatenus sua potest interesse potest fieri etiam non jubita.*

25 *De notorie facin est ut constet etiam extraindicialiter.*

1 NON POTEST. Joan. Andr. non summat, quia breve est. Sed per alia verba secundum Abb. sic summari potest. Sacerdos sine justa causa non est ab Episcopis etiam in unam sententiam concordantibus deponendus. Hoc dicit: & verbum *Sacerdos* intelligas largè pro Episcopo, Presbytero, Diacono, & Subdiacono, juxta tex. in *c. 22. de cohab. cler. & mul.* secundum Host. *hic in princ. in verb. A sacerdotali, & n. 3.* & Joan. Andr. *n. 1.* Quot autem Episcopi requirantur in depositione Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel Clerici in minoribus constituti plenè examinat Abb. *hic n. 4. in fin. vers. Expedendo materiam*, ad quem recurre.

3 Verum etsi de jure in causa depositionis, & actualis degradationis certus Episcoporum numerus requiratur, ut *c. Si quis, cum seq. 14. q. 7. cap. Degradatio, de pœn. lib. 6.* tamen quia si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur, si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: Providè Trident. Synod. *sess. 13. cap. 4.* Sancitum est, ut Episcopo per se, vel per eius generalem Vicarium ad condemnationem, & verbalem depositionem, & per se ipsum tantum ad actualem degradationem procedere liceat contra Clericos etiam in Presbyteratus Ordine constitutos, adhibitis tamen totidem Abbatibus, si ibi reperiantur, alioquin tot aliis personis in dignitate

4 Ecclesiastica constitutis: causæ verò criminales graviores contra Episcopos, quæ depositione, aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantum Romano Pontifice sunt cognoscendæ, & observandæ. & *c. 8. sess. 13. & cap. 5. sess. 24.* Nec Concilium provinciale cognoscere potest nisi causas minores Episcoporum, ut in d. *c. 5. in fin.*

5 Nota primò ibi, *A sacerdotali gradu*, Clericum per depositionem dejici à gradu suo, non tamen per hoc amittit characterem semel impressum in anima, quia indelebilis est, adeo ut etiam post mortem: unde Clericus si millies resuscitaretur, non esset iterum ordinandus, ut notat gloss. in *c. 1. in verb. Nunquam, 32. q. 7.* & Abb. *hic n. 1.* & adde quod in proposito scripsi in *c. 1. n. 32. de supplen. negl. Prælat.* post Innoc. & omnes in *c. ult. de Sacr. non iterand.*

6 Secundò nota ex textu duo copulativè requiri ad validitatem sententiæ, scilicet justitiam causæ, & potestatem judicantis, ut hic per Butr. in 2. notab. Quid autem in denunciatione, nunquid requiratur potestas seu jurisdictio in personam contra quam fit denunciatio, die ut in quæst. 7.

7 QUÆRO an Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem incideruntpossint ab Episcopo publicè denunciari excommunicati, ut ab aliis evitentur.

8 Cum olim quidam eques Hierosolymitanus suum Parochum publicè alapa percussisset, & citatus ab Ordinario sua privilegia opposuisset, & quamvis ipso jure excommunicatus esset, cum omnibus tamen conversaretur: re ad Congregationem Concilii delata, S. Congregatio censuit non posse Ordinarium exercere in eum ullam jurisdictionem neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia ex privilegio exemptus est, ut in *c. 11. sess. 24.* Concilii Tridentini. Tamen ex quo ipse ob talem percussionem incidit in excommunicationem, *c. Si quis suadente*, posse Episcopum præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & aliis Sacerdotibus, ne eum admittant intra Ecclesias eidem Episcopo subjectas. Atque idem postea respondit Sac. Congregatio annis præteritis ab

9 Archiepiscopo Salernitano consulta. Quæ quidem declaratio in exparte, in qua dicit Episcopum non posse exercere ullam jurisdictionem in exemptum etiam declarando eum excommunicatum, eam habet rationem, quia huiusmodi declaratio requirit partis citationem, gloss. in Clem. *presenti, in ver. Constiterit, de cens.* & in Clem. 2. *eod. ver. de pœn.* Felin. in *c. Rodulphus, n. 41. de rescr.* & Card. *cons. 132. num. 4.* aut certè requiritur citatio partis in discussione causæ, & verificatione facti, propter quod fertur declaratoria, licèt in declaratoria

10 ipsa non requiratur, ut inferius dicetur. Citatio autem cum sit actus jurisdictionis, non potest decerni ab Episcopo contra exemptum, cuius non est judex competens, *c. De illicita. 24. q. 3. c. Ex parte, in verb. Auctoritate iudicis citatus de rescr.* & tradit Vant. *de mulit. rit. de mulit. ex*

11 *defectu citationis, n. 27. & 33.* Est enim citatio decretum interlocutorium, ut probatur in l. *Cum Clericis*, ibi, *sententiarum tuarum auctoritate pulsantur*, atque ibi tradit gloss. & Bald. *C. De Episcopis, & Cler.*

12 Ac præterea speciale est, ut Religiosi Sacramenta administrantes sine Parochorum licentia possint à locorum Ordinariis denunciari excommunicati. Clem. *Religiosi, de privil.* Ergo in contrarium est jus commune, l. *Iuo singulare*, & l. *Quod vero, contra ff. de legib.* Quod satis innuit in d. Clem. Joan. de Imol. *sub num. 3.* his verbis (Nota benè taliter excommunicatos posse per Ordinarios denunciari non obstante privilegio exemptionis) ex quo nota argumentum à contrario, quod alias extra casum illum Religiosus exemptus excommunicatus nō potest denunciari per Ordinarium.

Verum hæc possunt procedere, si delictum sit simpliciter publicum, ut in casu illius Equitis, qui proprio Parocho publicè alapam impegit. Nec cum eo casu requiratur partis citatio, quæ non potest committi in non subditum, verissimum est Episcopum non posse ullam jurisdictionem exercere in exemptum etiam declarando eum excommunicatum. Et hoc modo intelligi declaratio S. Congregationis superius relata. At verò si delictum sit notorium, ut supponitur in dubio, tunc verius videtur Episcopum posse

13 denunciare exemptos excommunicatos, ut ab aliis vitentur. Ratio est quia denunciatio ex se circumscripta citatione non est actus jurisdictionis. Ideoque qui non potest judicare, potest tamen declarare, secundum Cardinalem in

14 Clem. *fin. in 6. q. de pœnit. & remiss.* Felin. *hic num. 3.* Et similiter quamvis sententia excommunicationis lata post appellationem sit nulla, *c. Cum contingat, de off. deleg. & c. Per tuas, de sent. excomm.* tamen denunciatio, sive de-

15 claratio est valida, *c. Pastoralis, in fin. de appell.* Rom. *cons. 482. prope finem. vers. 2.* Et denunciatio fieri potest ab Ordinario etiam in causa, in qua jurisdictionem non habet, ut tradit Imol. in Clem. 1. *num. 19. de sequest. poss. & fruct.* Ad idem est gloss. notabilis in *c. Si Papain ver. Nemine, 40. dist.* quæ in ultima solutione vult, ut

16 qui dicit illum posse actus facere, non censeatur alium judicare. Atque ex illa gloss. in propriis ter-

termino huius quæstionis post Gemin. colligit Præpos. num. 11. Episcopum posse declarare excommunicatos exemptos, qui ex facto suo notorio excommunicationem incurrunt, nec per hoc censeri eos judicare. Et idem tradit Guil. in Clem. fin. in fin. de pœnit. & remiss. & Gemin. in c. Episcoporum, de privil. lib. 6. vers. Sed posset fatetur, ubi si delictum, inquit, exemptorum esset notorium, & ex tali delicto ipso facto in currerent excommunicationem ex juris dispositione, tunc Ordinarii, locorum possent illos denunciare excommunicatos ad finem, ut per suos subditos evitentur; nec potest dici, quod tunc imponant eis pœnam, quia illa est à jure inducta, nec denunciatio aliquid addit. Ad hoc bonus textus in l. Heredes palam, §. Quod vero ibi: nihil enim nisi dat, sed datum significat, ff. de testam. cum similibus ut scripsi in c. Quoniam à num. 15. supra de constit. & seq. in d. c. Episcoporum. Franc. vers. Si tamen ex delicto. Marian. Socin. in c. Accepimus, 11. col. vers. Secundum Lapum de privil. & Felin. hic n. 3. qui dicit de hoc esse textum valde apertum in d. Clem. 1. post princ. de privileg. ibi: locorum Ordinarij excommunicatos faciant publice denunciari.

17 Nec obstat hoc casu quod dictum est supra de citatione, quæ non potest decerni in non subditum: nam respondetur in declaratione excommunicationis à jure inflictæ non requiri citationem, secundum opinionem, quæ verissima est, & pro qua consuluit Roman. cons. 482. à n. 5. ofs. in finem.

18 Prima ratio est secundum eum, quia qui excommunicatus est, per declarationem amplius non ligatur, cum à principio ligatus fuerit, sed solùm declaratur, ut ab aliis evitetur. Unde ex declaratione non infertur pœna gravissima, quæ infertur ex sententia excommunicationis; ideoque tanta solemnitas non exigitur, per tex. in d. c. Pastoralis, §. Verum, ad fin. de appell.

Secundaratio est, quia jura in favorem animæ personæ excommunicati, majorem, ut Romanus ait, accelerationem, & minorem solemnitatem exigunt in declaratione excommunicationis, quam in ipsa excommunicatione inferenda, ad hoc ut declaratus excommunicatus postquam ex notitia excommunicationis ex declaratione insurgente videt se vitari, dum cupit hominum habere commercium, festinet citius reconciliari ei, qui est, & per hoc redeat ad salutem, quæ sunt verba textus in c. Si nimium, 95. & in c. 1. de except. lib. 6.

19 Ac demum quia etsi in discussione causæ, propter quam quis dicitur in excommunicationem incidisse, citatio requiratur secundum gloss. citatio citatus, quas quidam non intelligentes aliter allegant, ut dicit in tal. cons. Roman. n. 6. tamen in declaratione quod quis inciderit in excommunicationem propter aliquid illicitum commissum citatio, aut monitio non requiritur secundum Romanum ibidem, qui de hoc dicit esse textum singularem in cap. Irreprehensibilis,

20 ubi Abb. not. de appell. Quamvis autem, ut dictum est in discussione facti, propter quod quis pœnam incurrit, requiratur citatio, ut in casu dicti Equitis, in quo delictum erat simpliciter publicum: hoc tamen non habet locum, si factum ipsum sit notorium, ut in dubio supponimus. Ita tradit Gemin. & Franc. in d. c. Episcoporum, de

21 privil. lib. 6. Neque enim est citandus, cui notorium est defensionem non competere. Alex. cons. 6. tom. fin. lib. 3. ubi testatur de communi opinione, & alii relati à Vant. de nullit. tit. de

22 nullit. ex defectu cit. n. 20. Et hanc distinctionem inter publicum, & notorium in hac materia denunciationis ponit expresse Vital. in d. Clem. 1. n. 51. d. privil.

23 Posset etiam responderi secundum Felin. post Abb. hic d. n. 3. vers. Imò vult, ibi, Abb. Ordinarium posse hoc casu decernere citationem etiam contra exemptum: nam cum jura velint, ut ad ejusmodi denunciationem pars citetur, concesso consequenti, videtur etiam concessum antecedens, c. Præterea, de off. Deleg. Neque hoc modo secundum Felinum dicitur violari exemptio, quia talis citatio non est arctatoria, sed similis illi, qui habet clausulam, si tua pietas inter-

24 esse, quæ non arctat nolentem comparere, & potest fieri etiam non subdito. Bart. in l. Testamenta, col. 2. C. de testam. Fel. in c. Ecclesiæ 3. Mariæ ad fin. 1. quæst. de constit.

25 Ac denique satis erit, ut de facto notorio constet Episcopo per extrajudicialem informationem, de qua in c. Cum contingat, de rescript. ut post Abb. tradit Felin. hic eod. num. 3. vers. Vel poterit sibi constare.

DE SENTENTIA ET re judicata.

Cap. Cum olim.

SVMMARIVM.

1 Subreptitia dicitur collatio, & non tenet. si Papa contra pronunciationem suam conferri beneficium hoc tacito.

2 Papa si veniat contra factum proprium concedendo alicui officium, vel beneficium à se prius alteri concessum, præsumitur circumventus, & secunda concessio non valet. & n. 11.

Et hoc est præsumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. n. 17.

Etiamsi Papa disponat motu proprio n. 21.

Et per viam declarationis. n. 15.

3 Iudicium non præsumitur quis velle impugnare.

4 Variatio & inconstantia reprobatur maximè in personis Ecclesiasticis.

Et præcipuè in Papa. n. 6.

5 Episcopus si mandet uni beneficium conferri, non potest variare etiam re integra.

7 In Principe tanquàm iustitiæ fonte debet esse constans, & perpetua voluntas.

8 Cælestinus Papa de mane conferebat gratiam, & de sero auferebat, & alteri conferebat.

9 Mutationes, quæ sine rationabili causa fiunt in officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, sunt contra dignitatem Apostolicam.

10 Gratia secunda nunquam præsumitur præiudicare primæ alteri concessæ.

11 Et potiùs præsumitur circumventio, quam variatio.

Et probatio in contrarium non admittitur. n. 17.

Etiam

Etiam in gratia motu proprio. n. 21.

12 Principia actus debent esse stabiles, & perpetuò manere.

13 Gratia secunda etiamsi videatur revocatoria primæ tamen si de mente Papæ non appareat clarè, nunquam præsumitur revocatio.

14 In dominio potest habetur, cui res primò tradita est, licet alius in titulo prævenerit.

Sed hoc non procedit in Clericis, ibid.

15 Declaratio Apostolica alicuius concessionis, si non conveniat alicui declarato, habendus est Pontifex pro circumvento.

16 Declaratio Papæ iniqua est ipso iure nulla, & tribuenda circumventioni, vel importunitati, aut errori.

18 Credimus verbum exponitur, idest scimus.

19 Princeps quando revocat suam concessionem præsumitur circumventus, & contrarium probari non potest.

20 Et an hoc procedat in actibus de proximo gestis.

22 Motus proprius non firmat gratiam contra præsumptam mentem concedentis.

23 Maximè in præiudicium tertij. & n. 40.

24 Citatio in impetratione gratiæ tertio præiudicialis non requiritur.

Dummodo Princeps procedat de plenitudine potestatis. n. 31.

Et adversarius non sit præsens in Curia. n. 32.

Declaratur. n. 33.

25 Vbi privilegium conceditur non est de more, nec de iure, ut aliquis citetur.

26 Princeps sicut solus legem condit, ita solus privilegium concedit nullo citato.

27 Dispensationes, & privilegia concedunturne mine citato.

28 Citatio generalis in litteris præiudicialibus non sufficit quando adversarius est præsens in Curia sed procurator citandus est ad hospitium.

29 Procedit in litteris iustitiæ, non autem in litteris gratiæ.

30 Citatio quamvis non requiratur in impetratione gratiæ tertio præiudicialis, tamen in illi quæsitum non auferitur.

34 Stylus Curiæ, quoad citationem in impetrationibus litterarum est servandus.

35 Citatio quamvis non requiratur in impetratione gratiæ præiudicialis requiritur tamen in processu ad ulteriora; etiamsi citatio per Principem fuerit remissa. n. 36.

36 Spoliatus auctoritate propria, & in vim clausulæ motu proprio potest agere remedio restitutorio contra alium spoliatorem.

37 Motus proprius Principis facere non potest ut quis minus legitimè excludatur à possessione.

38 Citatio est de iure divino, & naturali, idee per Principem toll. non potest. & n. 47.

39 Si Papa det alicui facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, hoc intelligitur nisi possessio sit plena.

41 Clausula, amoto quolibet detentore, intelligitur iuris ordine servato.

42 Citatio requiritur etiam in notorijs, nisi constet reo nullam defensionem competere.

43 Notorium licet non constet iudici, tametsi verè sit tale, sententia irrevocabiliter tenet, sed iudex peccat.

44 Sententia non est revocanda si ex post facto constat iudici factum esse notorium, & absenti nullam defensionem competere.

45 Citatio requiritur quantumcunque factum sit notorium ubi pœna corporalis infligitur.

46 Notorij dicuntur multi qui non sunt, & ideo tutius est nullum quantumcunque notorium sine dimandum sine citatione.

74 Super notorio potest procedi in absentia partis cognoscendo, sed non exequendo.

---

1 CUM OLIM. Si Papa contra pronunciationem suam confert beneficium, hoc tacito, subreptitia dicitur collatio, & non tenet. Hoc dicit. Abb. Antiqu. Joann. Andr. Bald. Collect. Bellam. Butr. Card. Anchar. Abb. Sicul. Jo. de Anan. Guidop. & Alex. de Nævo.

2 In textu ibi contra pronunciationem suam sicut credimus circumventus, Nota singulariter hanc litteram, & nunquam obliviscaris, quod si Papa veniat contra factum proprium concedendo alicui officium, vel beneficium super quo prius ordinationem fecerat in favorem alterius præsumitur circumventus, & secunda concessio non tenet, & ita hic esse casum expressissimum dicit Ludovicus Roman. cons. 398. Circa præmissam, num. 1. vers. Secundo eadem conclusio, quem secuti sunt Ruin. cons. 98. Quia per privilegium num. 22. vol. 4. Dec. cons. 588. Viso pundlo n. 18. Ferretti. cons. 6. Factum, rate est alias n. 4.

3 Rationem reddit Gemin. in cons. 36. Incipien. Quo coll. ceo n. 5. quia non præsumitur quis velle sua judicia impugnare: notaretur enim de va-

4 riatione, inconstantia, & illusione, quæ reprobatur à jure, maximè in omnibus Ecclesiasticis. Clem. Cum illusæ, de renunc. Card. cons. 136. Factum sic se habet vacantibus n. 16. Ideoque Epi-

5 scopus, qui mandavit uni beneficium conferri, non potest variare etiam re integra, ut dixit Rota dec. 1. num. 1. de præben. & decis. 27.

6 de concess. præben. in Antiq. Felin. hic num. 5. col. 4. circa med. vers. Et dixit Rota, Præcipuè autem variatio, & inconstantia reprobatur in

7 Papa ut per Gemin. ubi supra. Nam, ut eleganter inquit Bald. cons. 327. Incip. In die enim in 1. vol. n. 4. [In Principe tanquam justitiæ fonte debet esse constans, & perpetua voluntas, & convenit ei illud verbum, semel locutus est Deus: & iterum. Quod scripsi scripsi. Unde Princeps debet unum calamum, & unam linguam, & non plures linguas, quia scriptum est, quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita: & ideo debet esse

8 immobilis sicut labis angularis, & sicut polus in cælo] Hæc Bald. & loquitur de Papa Cælestino ut patet num. 3. vers. Item Cælestinus, sicut de alio Cælestino loquitur hæc Decretalis. Et in eundem invehit ipsemet Bald. in c. 1. n. 1. de natur. feud. quod de mane conferebat gratiam, & de sero auferebat, & alteri conferebat. Cujus

9 dictum refert Andreas Barbatia cons. 1. num. 1. vol. 1. Porrò ut inquit Cardin. cons. 142. Pundlus S. D. N. num. 5. Summa est vilificatio dignitatis Apostolicæ & status Ecclesiastici, ut ex nulla rationabili causa fiant mutationes in officiis, & 10 beneficiis Ecclesiasticis, cap. Queremoniam, de usurpatr. Et ideo gratia secunda nunquam præsumitur præjudicare primæ alteri concessæ. Et potiùs præsumitur circumventio, quam varia-

11 tio per istum tex. Sed & Gemin. *d. cons. 56. n. 2.* (Non præsumitur, inquit, quod D. Papa ita de facili revocet ea, quæ fecit, imo dispositio facta per eum contra ea quæ fecit, censetur subreptitia, & non valet, quia præsumitur circumventus contra ea, quæ sequuntur, & notantur in cap. *Ex parte, il primo, de off. Deleg.* & in hoc
12 cap. Similiter Rota *decis. 33. cit. penult. num. 18. de præben. in antiq.* dicit actus Principis debere esse stabiles, & perpetuò mansuros, ut in c. *Decet,*
13 *de reg. jur. in 6.* adeo ut etiamsi secunda gratia videretur revocatoria primæ, tamen si de mente Papæ non apparet clare, numquam præsuma-
14 tur revocatio. Quinimò Hostien. in cap. *Continebatur, num. 1. in verb. Robur firmum, de rescr., quæ fiunt à Prel. sine consens. capituli.* In tantum dixit varietatem esse exercendam in personis Ecclesiasticis, ut putaverit dispositionem, l. *Quoties, C. de rei vendicat.* quia cautum est, ut in dominio is potior habeatur, cui res primo tradita est, licet alius in titulo prævenerit, non vendicet sibi locum quando diversæ concessiones fiunt ab Ecclesia seu Ecclesiastica persona, ut consentiunt Roman. *d. cons. 298. Circa præmissa, num. 2. verf. Ultimò videtur, & cons. 70. Visis thematis, col. 3. n. 3. verf. Vel secundò,* in Clem. *1. num. 1. de sponsal.* & Felin. *hic d. num. 5.*
15 *verf. Et in tantum,* qui in hanc rem de more plura congerit: & verf. *Et adhuc potest,* notabiliter ad hoc ponderat hunc textum quod si Papa declaret in aliqua concessione qualis fuerit sua intentio, prout quotidie facit, si talis declaratio non consonet verbis actus declarati, habendus est Pontifex pro circumvento, cum tollat
16 jus alteri quæsitum. Allegat Bellam. *decis. 724. etiam extra Rotam. col. 6. verf. Sexta ratio,* qui dicit declarationem Papæ iniquam esse ipso jure nullam, & reibundam circumventioni, vel importunitati, aut errori.

17 Amplis conclusionem superiùs firmatam dupliciter. Primò scilicet, ut hujusmodi præsumptio circumventionis potius, quam variationis in Summo Pontifice sit præsumptio juris, & de jure non admittens probationem in contrarium, ita singulariter voluit hic Innocent. *in prin. in verb. Circumventus,* dicens (Hoc ita violenter præsumimus, quod in contrarium probationem non admittimus) Quem totidem verbis sequuntur Host. *num. 5.* Joan. Andr. *hic num. 4.* Bellam.
18 *num. 2.* Alex. *de Nævo num. 22.* & Cardin. *num. 9. verf. Et dicit Innocent.* subdens non obstare, quod Papa hic dicat, *fieri credimus*: nam verbum *credimus,* exponitur, id est *scimus,* prout etiam exponunt Host. *n. 5.* Bellam. *n. 2.* & plerique alii. Idem voluit Bald. in præalleg. *cons. 327.*
19 *num. 4. vol. 1.* ubi dicit Principem fingi circumventum quando revocat suam concessionem, adeo ut contrarium probari non possit, quasi hæc sit præsumptio juris, & de jure, quæ probationem in contrarium non admittit: & ita secundum eum ampliatur hæc Decretalis, quod secunda concessio contraria primæ non valeat, allegat bonum text. in l. *Prædia, Cod. de locat. civil. lib. 11.* & illud consilium, fere ad litteram transcribunt, & sequuntur Dec. *cons. 193. pro tenuis fidelitate num. 9.* & *cons. 580 Quæritur in pertito num. 4. in fin. verf. Et hoc idem comprobatur,* & *d. cons. 588. Visa punctis n. 19.* & in l. *Nemo potest mutare, n. 3 ff. de reg. jur.* Ferrett. *d. cons. 5. Factum tale est aliàs, num. 4.* Gozzad. *cons. 63. n. 19.* Ruin. *cons. 98. Quia per privilegium num. 22.* dicens ita tenere Innocen. & omnes hic. Quod etiam asserit Felin. *hic n. 5.*
20 *col. 5. verf. Amplia ista.* Et quamvis eos intelligat in actibus ex intervallo gestis, non autem de proximo, & putet eos ita sentire; tamen hæc limitatio non colligitur ex Innocent. vel aliis proximè citatis, quia tantum dicunt in hoc puncto præcisa verba, quæ supra retuli, & nihil præterea.

21 Amplia secundò etiamsi Princeps disponat motu proprio, quia nihil omnino præsumitur circumventus, & contrarium probari non potest. Et in concessione motu proprio loquuntur Bald. Dec. Ruin. & Ferrett. *loc. cit.* prout etiam loquitur Cardin. *d. cons. 136.* ut patet in themate, & hic tenent Abb. *n. 5. verf. Amplia secundò,* & Alex. de Nævo *n. 23.* reddens rationem, quia motus proprius non firmat gratiam contra præsumptam mentem concedentis, ut notat Joann. Andr. in *c. Si motu proprio, de præben. lib. 6.* & Joan. Cald. in *c. Cum dilectus, de rescript.* & pluries firmavit Rota, ut dixi in cap. *Cansum*
23 *quæ, n. 18. & seqq. supra de rescript.* Quod maximè procedit ubi secunda dispositione tendit in præjudicium alterius. Princeps enim non præsumitur velle tertio præjudicare, l. 2. §. *Si quæ à Principe, ff. Ne quid in loc. pub.* & in cap. *Super eo, de off. deleg.* cum pluribus concordantiis, quas dedi in d. cap. *Cansum quæ, num. 11. & seqq.* post Bolognett. *cons. 2. num. 37. 38. & 39.* multò autem fortiùs hæc locum habent stante Regula Cancellariæ de non tollendo jus quæsitum, ut ibi dixi *num. 35.* & fusius in c. *Caterum, à n. 18. de rescript.*

24 In gloss. Circumventus: nota secundum Bald. *hic num. 3.* In impetratione gratiæ nullum esse citandum, quia est quædam donatio: Item non est actus, qui debeat expediri in contradictorio judicio argum. illius notab. gloss. quæ est in l. 3. §. *pen. in verb. Pro tribunali, ff. de bon. possess.* unde quando proceditur ad collationem, nemo est citandus cap. *Licet Episcopus, de præbend. lib. 6.* & cum Bald. consentiunt his Abb. *num. 15.* Joan. de Anan. *circa fin. verf. Nota secundum* Host. Alex. de Nævo *n. 5.* & Felin. *n. 6.* Et
25 idem Bald. in l. *Nam ita Divus, col. 1. num. 2. ff. de adoption.* ubi ait (Quando privilegium conceditur, non esse de more, nec de jure, quod aliquis citetur, quia est donum Superioris allegat. l. *Liberta, ff. de in ius vocand.* & cap. *Eum qui de prab. lib. 6.* Sicut enim solus Princeps
26 legem condit, ita solus privilegia concedit nullo citato, ut idem dixit in l. *fin. C. quib. verend. non obst.* Item actus privilegiandi est supremæ potestatis, quam alterius præsentis contradictio non impediret, ut per eundem Bald. in l. *fin. ad fin. verf. Extra oppo. C. de fruct. & lit. expens.* Ideoque dispensationes, & privilegia conceduntur nemine vocato, ut dicit Innoc. in c. *Alterius; propè fin. de testib.* & post eum Archidiac. in cap. *Contra morem post. prim. 100. distinct.* Butr. in c. *Debitores, col. penultim. n. 7. verf. Secundò tutor autentum, de usureis.* Imol. in c. *Cum Bellia, n. 28. verf. Sed quia, de constit. util. vel inutil.* Milis. *in repert. verb. Citatio non requiritur*

tur, quos refert, & sequitur hic Felin. alios cu-
28 multans *num. 6.* & quamvis Hostien. *hic num. 4.* dicaret litteras præjudiciales non debet transire sine audientia; & quando adversarius est præsens in Curia citationem generalem non sufficere, sed procuratorem citandum esse ad hospitium, &
29 ita Curiam servare: tamen hic stylus Curiæ procedit in litteris justitiæ dumtaxat, non autem in litteris gratiæ, ut declarat Gasp. de Cald. *hic,* & post eum Abb. *num. 16. verf. Sed de iure puto,* Jo. de Anan. *circa fin. verf. nota secundum* Host. Guidopap. *num. 2. verf. ibi debent requiri.* & Alex. de Nævo *num. 24. verf. Gasp. Calder. dicit. & num. 25.*

30 Declara hæc primò, ut quamvis in impetratione gratiæ tertio præjudicialis non opereat aliquem citari, non tamen propterea jus illi quæsitum ullatenus aufertur, ut posit Jo. de Lignan. & Butr. declarat, Abb. in c. *Ad si Clerici §. de adulteris, col. 11. num. 18. verf. & per hoc* dicit Jo. de Lignan. *de iudic.* & Felin. *hic num. 7.*

31 Declara secundò dummodo in concessione gratiæ in præjudicium alterius non vocati appareat Principem uti velle plenitudine potestatis, glos. & Bart. in l. *nam ita divus, ff. De adopt.* & Felin. *hic num. 8.* Sed hodie ab hoc procedat stante regula Cancellariæ *de non tollen. iure quæsito,* dixi in c. *Caterum, in 4. ampliat. n. 25.* de rescriptis.

32 Declara tertiò nisi is, cujus interest, sit præsens in Curia, quia tunc citari debet, ut notat glos. præallegat, in l. *Nam. ita divus, ff. de adoption.* quam dicit ibi Bart. bene notandam, & ita observat Curia Romana, ut dicit glos. in auth. *Offeratur in verb. petierit C. De Latin. confess.* Item glos. 1. *in fin.* in l. *Observandum, ff. de iudiciis,* & sequuntur ibi Bart. Ang. & Bald. qui addit glos. *in verb. Nolle,* in clem. *Constitutionem, de elect.* & Innoc. in c. *Significante, in verb. Inhibitio de appell.* Alios refert Felin. *hic num. 9.* qui ab hac declaratione num. 10. excipit tres casus, quos per te videas. Sed certè
33 præcitatæ glos. & DD. quos allegat. Felin. loquuntur in litteris justitiæ, & rescriptis ad lites, non autem in litteris beneficialibus, & gratiosis. Et in Curia quotidie à piscatoribus fiunt Impetrationes certo modo, & supplicationes signantur indistinctè nemine vocato, nulla habita distinctione an is, qui laditur, sit præsens in Curia, an non. Et ego ipse plurimas signavi in officio meo Signaturæ per Concessum. Si tamen
34 stylus Curiæ aliter se haberet, servandus esset. c. *Ex litteris, de Constit.* & c. *Quam grave, de crimin. falsi.* & hic notant Abb. *num. 16. verf. ego reliquo hos stylo Curiæ.* & Alex. de Nævo *num.*

35 Declara quartò, ut quamvis citatio partis non sit de essentia, nec requiratur in ipso actu impetrationis gratiæ tertio præjudicialis: bene tamen requiritur postea in processu ad ulteriora, Bald. in l. 2. *num. 2. verf. Item nota. C. de temp.*
36 *appell.* Felin. *hic nu. 6.* Quod locum habet etiam si citatio per Principem fuerit remissa, ut decidunt DD. de Rota apud Mohedan. *decis. 7. de restitut. spoliat.* ubi Papa primò concesserat uni Officium Custodiæ pontis, & portæ Salariæ, urbis, ac deinde idem officium alteri concesserat motu proprio, sic de plenitudine potestatis non obstante concessione alteri facta, & cum clausula, ut propria auctoritate posset capere possessionem remoto exinde quocunque alio Custode, & detentore, & Rota resolvit primum officialem spoliatum debere restitui, quia sine ordine juris per secundum fuit capta possessio, & spoliatio facta ad not. in l. 3. *ff. Quod vi, aut clam,* & in l. *extat ff. Quod metus caus.* & in c. *Ea transmissa de rest. spoliat.* nec motus proprius
37 Principis potuit præjudicare, ut legitimè excluderetur à possessione, ad l. *Meminerint. C. unde*
38 *de vi.* Nec etiam Principis possessionem vacantem sine maxima causa potuit mandare capi, ad l. 2. *cum glos. ff. Ex quib. caus. servit. amitt.* nec id potuit facere sine citatione, nec eam potuit tollere, cùm sit de jure divino, & naturali ad notat in c. 1. *de caus. poss. & propriet.* Felin. in
39 c. *quæ in Ecclesiarum num. 43. de Constitut.* ubi quod si privat aliquem sua possessione, tenetur dare recambium. Nec visum fuit obstare, quod secundo officiali in litteris fuerit data potestas capiendi possessionem propria auctoritate, quia intelligitur nisi possessio esset plena, quia non potest tolli. Allegat Alex. *cons. 83. col. 2. vol. 2.*
40 Dec. *cons. 95. & 96. par. 1. col. 7.* Nec etiam virtute clausulæ motus Proprij, & de plenitudine potestatis potuit primus Officialis privari jure suo. Innoc. in c. *Innotuit de elect.* & ibi Abb. Bald. in l. *fin. col. 2. C. De quadriennii. præscript.*
41 Et infra dicit non suffragari clausulam, *amota qualibet detentore,* quia intelligitur juris ordine servato. Bald. *in rubr. de off. deleg.* Felin. in c. *De cætero, col. 3. supra eodem.* Item dicit obstare regulam de jure quæsito non tollendo, & sic fuit conclusum. Et hic junge quæ in proposito scripsi in c. *Caterum à num. 35. usque in fin. de rescript.*

42 In glos. in verb. *Licet absenti,* ex ipsa nota in notoriis non requiri citationem. Nam glos. *in fine* dicit hic potuisse ferri sententiam in absentem etiam non citatum, quia constabat de surreptione. Unde ex hac glos. limitari possunt aliæ glossæ, quæ dicunt in notoriis requiri citationem, & sententiam, ut in c. *ad nostram, il 3.* in glos. *in verb. observandus de iureiurand.* & in c. *Parti in verb. notoria, de divortiis.* Nam debent intelligi, ubi non constat absenti nullam defensionem competere sicut etiam intelligi debet, c. *fin. §. Vices de off. deleg. lib. 6.* ubi textus videtur innuere, ut Conservatores teneantur citare, & tamen non possunt cognoscere nisi de causis notoriis, ut in c. 1. *eod. tit. & lib.* Nam illud intelligitur quando non constat absenti nullam defensionem competere. Et eodem modo intelligi debet Innoc. in c. *Tua, num. 3. in fin. de cohabitat. cler. & mulier.* dum dicit, citationem semper esse in quolibet notorio necessariam; alioquin sententiam esse nullam, cujus oppositum dixi in c. *Quanto num. 1. de translat. Prælat.* & in c. *ex insinuatione in fin. de appell.* ubi ait in notoriis sententiam ferri non citata parte. Et idem sensit Archid. in c. *Quæ Lotharius. num. 2. 2. q. 1.* & Bart. in l. 2. §. *Quod si de frumentaria num. 1. ff. De administr. res. ad civit. pertinent.* Et probatur in c. *Venerabilem verf. Sunt enim notoria* juncta glos. *in verb. Publica,* & in c. 60. *inc. Moguntina.* ibi; *excessus*

materiis examinatione non indiget. Supra de elect. hoc enim debet intelligi, ubi certum est absentia nullam competere defensionem, & hoc modo dictæ glossarum, & Innoc. conciliant hic Doctores cum eadem Alex. de Nævo n. 29. & 30. Abb. dicens hanc esse veritatem in *cons. 68. Quæquam super vacatione, num. 4. vers. Quinto plus voluit, lib. 2.* Soccin. sent. *cons. 4 super questione num. 24. vers. Nec habet obstare, & cons. 87. visis successiones, num. 22. vers. Sextò quatenus lib. 3.* Paril. *cons. 1. visa facti serie num. 39. lib. 1.* Decian. *cons. 19. num. 355. lib. 1.* & latius Curt. sen. *cons. 20. Sæpenumero, num. 12. & 17.* quinimò, ut formaliter inquit Innoc. in d. c. *Tua in fin. de cohab. cler. & mulier.* etiamsi judici non constet factum esse notorium, dummodo verè sit notorium, licèt judex peccet siffert sententiam, antequam probetur factum sibi notorium: tamen ejus sententia irrevocabiliter tenet. Quare indistinctè teneas sententiam non esse revocandam, si saltem ex post facto constet factum esse notorium, & eo nullam defensionem competere, ut hic per Butr. *num. 14.* & Alex. de Nævo *num. 36. in fine.*

Hæc tamen notabiliter limitat Collectarius *hic num. 1.* ut locum non habeant si pœna corporalis deberet infligi, quia tunc reus esset vocandus, quantumcunque factum esset notorium. Allegat. Guil. de monte Lauduno in clem. *Pastoralis, de re judicat.* & Archidiac. in c. 1. *in glos. in verb. Præterquam de offic. deleg. lib. 6.* Dicunt etiam Host. & Jo. Andr. In c. *Cum sit Romana in fin. de appellat.* justius, & rutius esse nullam quantumcunque notorium fore damnandum sine citatione, vel admonitione, quia multi dicuntur notorij, quia non sunt c. *Consultuit. de appell.* unde dicebat Petrus de Sampsone super notorio posse procedi in absentia partis cognoscendo, sed non exequendo; sequitur collect. *hic post medium vers. Licèt idem Hostien.* & ad prædicta adde Julium Clarum *in practi. criminal. §. fin. q. 94. num. 4. vers. Quare nunquid in notaqs.* & Anton. Gomes, *tom. 3. var. resol. c. 1.*

An autem, & quando citatio possit tolli per Principem, vide plenissimè per Curt. Senior. d. *cons. 20. per tot.*

DE SENTENTIA ET re judicata.

Cap. Cum inter vos.

SUMMARIUM.

1 Sententia contra jus litigatoris valet si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum.

2 Ecclesia per sententiam, à qua non fuit appellatum, potest subjici inferiori Prælato.

3 Abbas in Ecclesia sibi pleno jure subjecta potest primam tonsuram conferre suis subditis etiam secularibus, & num. 5.

Secus post Concilium Tridentinum num. 6.

4 Ecclesia dicitur pleno jure subjecta inferiori, cum Episcopus nullum in Episcopale ibi exercet, sed tota jurisdictio ad inferiorem pertinet.

7 Abbas an possit novitio sui monasterij primam tonsuram conferre, & num. seqq. usque in fin.

8 Novitius contrahit domicilium in loco, ubi agit annum probationis.

9 Canonica portio novitij decedentis non debetur Ecclesiæ, cujus erat Parochianus ante ingressum religionis.

10 Potestas rectè ordinandi pendet à Jurisdictione.

11 Novitius est sub jurisdictione Ecclesiæ, & convenire debet coram judice Ecclesiastico.

12 Novitium percutiens est excommunicatus.

13 Tonsura monachalis, de qua in c. Monasterium 19. q. 3. in ante accipitur à Summistis pro Tonsura clericali, & num. seqq.

14 Tonsura magna in Novitio inducit tacitam professionem.

15 Professio tacita non inducitur per susceptionem primæ Tonsuræ, vel minorum Ordinum.

16 Novitij mores pro collatione primæ Tonsuræ, & minorum Ordinum qualiter præcognitis esse debeant & num. seq.

17 Episcopus potest ordinare eum, qui momento temporis declaratione sua acquisivit domicilium in Diœcesi.

18 Abbas potest absolvere Novitium ab excommunicatione Canonis, si quis audente, nisi clericum percussierit ante ingressum religionis.

19 Novitius an, & quo respectu religiosus sit judicandus, & num. 21.

20 Actus perfectè gesti à Novitio non resolvuntur per egressum è religione.

---

1 CUM INTER. Valet sententia contra jus litigatoris lata si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum, Jo. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardin. Anch. Jo. de Anan. Guidopap. & Alex. de Nævo vel 2 aliter secundum Abb. Per sententiam à qua non fuit appellatum, potest Ecclesia subjici Prælato inferiori Episcopo, seu ad aliam Ecclesiam pertinere. Hoc dicit.

3 In textu ibi, *Tonsuratione.* Nota Abbatem in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis posse primam clericalem conferre tonsuram, prout bonæ rex. ad hoc ponderat Host. *in Summa de tempor. ordinat. §. & à quo num. 5.* & sic tonsurare potest non tamen Monachos sui Monasterij, dummodo sit Presbyter, & Benedictus, c. *Quoniam 69. distinct.* & c. *Cum contingat, supra de ætate & qualitate.* Sed etiam sæculares, in quos habet ordinariam, & quasi Episcopalem jurisdictionem: Tales enim dicuntur Ecclesiæ sibi 4 subjectæ pleno jure, de quibus loquitur ista littera, idest cùm Episcopus nullum jus Episcopale ibi exercet, sed tota jurisdictio ad Abbatem pertinet, ut notat Abb. in c. *In Lateranensi, num 4. de probat.* & in c. *Audivit, in 4. notab.* & ibi etiam Felinus *num. 4. de prescription.* gloss. in c. *Quoniam; in verb. Utroque iure.* ubi etiam Hostiensis *ante num. 1. in eodem verb. de privileg.* & 5 est expressum in c. *Abbates eodem titulo libro 6.* ibi (nec eis (scilicet Abbatibus) licitum sit aliis quàm Monasteriorum suorum Conversis, & qui ad illa convolaverint, & in quos Ecclesiasticam, & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, pri-

6 primam clericalem conferre Tonsuram.) Licet hodie hæc facultas restricta sit à Concilio Tridentino ad subditos regulares dumtaxat, ut in *c. 10. sess. 23.* de quo die ut scripsi in c. *Nonnulli, num. 24. & seqq. de refer.* & totius in d. c. *Cum contingat, à nu. 1.* & in c. *Statuimus, de supplen. neglig. Prælat.*

7 Sed nunquid Abbas possit novitio sui monasterii primam Tonsuram conferre.

Contigit hic casus in quodam Antonio, qui ingressus religionem Ordinis S. Benedicti in monasterio, quod per Abbatem Benedictum regebatur, habitum suscepit, atque intra annum probationis ab eo ad primam Tonsuram promotus, anno deinde probationis non expiato, atque ita professione non emissa, ad sæculum reversus est.

Quæsitum est an dictus Abbas intra annum probationis potuerit ei primam tonsuram conferre, adeo ut ordinatus non sit suspensus.

Hæc quæstio nullam habet dubitationem quo ad impressionem characteris: nam etiamsi Abbas Benedictus contulisset primam tonsuram sæculari, qui habitum religionis non assumpsisset, quamvis id facere non debuisset, tamen contulisset Ordinem, & characterem impressisset, licèt ordinatus careret executione, ut notat Archid. in c. *Quoniam 69. dist.* Lap. *alleg. 138. n. 5.* & aliàs censuit S. Congregatio Concilij. Quod tamen intelligendum est de Abbate solemniter benedicto juxta textum in d. c. Quoniam, & in cap. *Cum contingat, de ætat. & qual.* & declarat ibid. Lap. & scripsi plenius in dicto c. *Nonnulli, n. 24. & seq. de refer.*

Sed dubium eò respicit, an sic ordinatus rectè ordinatus fuerit, adeo ut in suspensionem non incideret.

Hoc dubium si Summistis sit deferendum, negativè decidendum fuerit; ita enim senserunt Raym. Goffred. & *summ. confess.* quos refert, & sequitur Sylvest. *in verb. Religio, 5. n. 10.* Angel. *in verb. Novitius, num. 19.* Tabien. *in eod. verb. num. 14.*

Hi omnes nullam aliam rationem adducentes, nituntur textu cap. *Monasterium, 19. qu. 3.* ubi habetur ad conversionem susceptos ante biennium non esse tonsurandos, quod biennij tempus ad annum postea fuit coarctatum, ut notat Vervec. relatus per Sylvestr. *ubi supra.* Ratio hujus opinionis Summistarum colligitur ex d. c. *Monasterium*, quia ante hujus temporis lapsum vita, moresque novitij non satis possunt esse perspecti.

Verumpeque tanta est Summistarum authoritas, neque textus, ac ratio, quibus moventur usque adeo hanc sententiam comprobant, ut contraria non videatur potius sequenda, quæ gravissimos authores Canonistas habet, & gravioribus est rationibus munita.

Quod enim novitius possit à suo Abbate suscipere primam tonsuram, ac minores Ordines apertè scripserunt gloss. in cap. *Abbates, in verb. Convolaverint, de privil. lib. 6.* dum exponit verb. Convolaverint, idest ut convertantur, & fiant Monachi. Idem ibi clarè tradit Jo. Andr. tametsi consulat, ut Abbas abstineat à tali ordinatione intra annum, quia posset postea exire, & ita fraus fieret suo Diœcesano. Joann. Andr. sequuntur ibidem Lapus Abbas ejus discipulus, Anchar. Gemin. & Franch. Idem sentit. Archidiaconus in c. *Nullus, de tempor. ordinat. lib. 6. in verb. infanti.* ibi (Et tunc posset etiam Abbas conferre clericalem tonsuram infanti ingresso religionem.

Hæc opinio probatur primo per text. in dicto cap. Abbas *in vers. Convolaverint*, juncta expositione glossæ ibi probata à Doctoribus: deinde per textum in c. *fin. de temp. ordin. lib. 6.* dum ibi disponitur, infanti posse conferri Clericalem tonsuram, si ingrediatur Religionem, quia Ordinatus ad effectum ordinationis dicitur ratione originis, beneficii, vel domicilii, cap. Cum 8 nullus ubi omnes, eod. tit. & libro. At Novitius contrahit domicilium in loco, in quo agit annum probationis, ex notatis per Doctores in dicto cap. *Cum nullus, §. fin.* quo textu cùm decernatur, ut Religiosi in non exemptis monasteriis manentes possint ordinari à Diœcesano loci monasterii quamvis alunde originem ducant. Doctores hoc jus ordinandi tribuentes domicilio, inferunt idem procedere in Novitio, ut & ipse à Diœcesano loci, in quo est in probatione positus, debeat ordinari: quod ibi notat Lapus, Petr. de Anchar. & Franch. Quorum opinio causi nostro optimè congruit: nam sicut ibi contrahitur domicilium respectu Episcopi, quia Prioratus, in quo novitius morabatur, non erat exemptus, sed subjectus Diœcesano; ita in casu nostro, in quo agimus de novitio manente in monasterio exempto, cui præest Abbas habens ordinandi facultatem, is contrahit domicilium quoad Abbatem; & ita illius ratione illi subditus efficitur ad effectum ordinationis: & quod Novitius videatur voluisse mutare domicilium, tradit etiam post Goffred. Host. Arch. & Guil. de Monte Laudun. Henric. Boyec. in c. *De hu, 9 in 2. col. in fin. de sepultur.* Quod etiam probant omnes, qui existimant canonicam portionem Novitij ante professionem decedentis non deberi Prioti Ecclesiæ, cujus erat ante ingressum Parochianus, quia scilicet esse desiit per talem ingressum. Joann. Andr. Barbatia, & alii congesti per Tiraquell. *de retract. signag. §. 1. glos. 8. n. 23.* & quamvis novitius exire possit, tamen satis est, ut possit etiam in monasterio manere, & quidem perpetuò ad effectum ordinationis judicetur, ut notat Lap. Anchar. & Franch. in d. c. *Cum nullus §. fin. in fin.*

10 Tertiò potestas rectè ordinandi pendet à jurisdictione, ut habetur in d. c. *Cum nullus*, & in c. 1. *& per tot. 9. qu. 2.* & in c. 3. *de Parochi.*

11 Novitius autem etiam durante anno probationis quamvis non sit Religiosus cum effectu, negari tamen non potest quin interim sit sub jurisdictione Ecclesiastica, adeo ut perpetuò sit conveniendus coram judice Ecclesiastico Hostiensi, Arch. & Joann. Andr. in c. *Religioso, §. fin. de sent. excomm. lib. 6.* quo textu ait Archid. corrigi sententiam Innocentii, qui negabat personam hujusmodi esse religiosam in c. *Statuimus, de regul.* Hinc, & rectè adnotavit Lapus, quem Gemin. & Franc. sequuntur in d. c. *Abbates*, & si Joan. Andr. postquam expressit novitium posse ordinari ab Abbate, subjiciat eum facere contra cap. *Religioso*, tamen re vera d. cap. Facit prò: nam quamvis eo textu dicatur non esse re-

religiosus cum effectu, idque videatur adversari sententiæ nostræ; tamen revera potiùs faciet dum disponit, ut si quis in eum manus violentas injiciat, incidat in excommunicationem latæ sententiæ.

Huic opinioni adsipulatur etiam *cons.* Feder. de Sen. 32. incipien. *Quæsitu talis est*. Quidam de populo, ubi respondit eum, qui cum esset de populo interdicto, ingressus erat religionem, posse in anno probationis ordinari ab Episcopo, quamvis in statu laicali non posset absque absolutione à sententia interdicti: & sic Federic. sentit ad effectum ordinationis novitium censeri uti Religiosum, & judicari talem qualem præfinis tempus demonstrat, tametsi postea consultus esse censet à tali ordinatione abstinere, quam tamen de jure licitam putat.

Hinc patet posteriorem hanc sententiam graviores habere authores nem Canonistas in d. c. *Abbatei*, atque eos, qui in cap. *Cum nullus*, sentiunt novitium esse ordinandum à Diœcesano loci monasterii: nam & hi ut supra ponderati pro hac sententia numerari possunt, patet etiam firmiores habere rationes.

13 Nec obstat tex. in d. c. *Monasterium*, 19. q. 3. quia illud verbum, Tonsurari, incautè acceptum est à Summistis pro prima tonsura, cum tamen ibi significet tonsuram Monachalem, ex qua professio induceretur, ut ibi notavit Turrecrem. & videre est ex his, quæ tradunt Doctores in c. *Non solum, de regul. lib. 6.* dum caventes No-
14 vitio, monent illi esse periculosum facere sibi magnam tonsuram, quia ex illa inducitur tacita professio, quod in specie tradit ibi Franch. *in 2. col. vers. Quæri quando*; & hanc interpretationem validè comprobat textus in c. 2. *de regul.* ubi rium disponitur, ut quis tonsurari non debeat ante ætatem legitimam, Doctores ita accipiunt, ut non debeat tonderi, ut fiat Monachus per professionem, ut notat ibi Abb. *n. 2. in fin.* quod etiam indicat d. c. *Monasterium*, dum subdit, ne quis eorum non sit contentus, eo quod
15 noluit, aut ratum non habeat quod elegit. Quæ ratio congruit professioni inducendæ per tonsuram Monachalem, non autem susceptioni primæ tonsuræ, quia nec per illius, nec per minorum Ordinum susceptionem inducitur in religione tacita professio, ut per DD. in d. c. *Abbatei*, quæ tamen inducitur per Tonsuram Monachalem DD. in d. c. *Non solum*, & *ind. c. 2.*

16 Non obstat, quod Abbas nosse eo tempore non potuerit mores novitij: nam respondetur, quamvis non satis eos noverit ad effectum professionis, ad quam major, & diuturnior probatio requiritur ob mutuum, & in dissolubilem obligationem ex parte religionis, & novitii insurgentem juxta cap. *Ad Apostolicam*, *de Regularibus*, potuit tamen sufficienter nosse ad effectum conferendi primam tonsuram, cum indole illius non cognita non sit verisimile, ut illum admiserit ad Religionem cap. *Priscus*, 55. *distinct.* Ac præterea dummodo Abbas in eum jurisdictionem habeat, quamvis undequaque sibi non sit notus, eum potest ordinare, cum notitia non sit necessaria ex commoratione, sed
17 aliunde desumi possit. Quod satis liquet ex eo, quod Episcopus potest ordinare eum, qui declaratione sua momento temporis acquirit domicilium in Diœcesi. Franch. in d. c. *Cum nullus*, ubi etiam alii super glos. *in verb. Domicilium, de tempor. ordin. lib. 6.*

Item ex eo, quod Episcopus potest statim ordinare eum, cui beneficium contulerit, ut ibidem per DD. & tamen utroque casu ordinandus incognitus esse potest ordinatori: sic etiam Episcopus ordinat eum, cujus pater in diœcesi originem habet, quamvis ipse alibi natus sit, ut tradunt ibi DD. & hic tamen incognitus esse potest. Innumera alia exempla colligi possunt, quibus abundè liquet ordinantem, dum in ordinatum habeat jurisdictionem, non excludi à facultate illum ordinandi ob notitiæ defectum, dum tamen illam debitis modis assumat; licet congruentius fortassis esset, si talem ordinationem ad Episcopum, in cujos diœcesi ordinandus vixit, & notior esset, rejiceret, sicut Episcopo loci beneficii, & huic nostro Abbati prudenter consuluerunt DD.

18 Minus obstat quod si quis injiciat manus violentas in clericum, & deinde religionem ingrediatur, non possit absolvi ab Abbate, quasi ei non subjectus durante anno probationis, Innoc. in cap. *Cum illorum*, *de senten. excomm.* Joan. Andr. Lap. Anchar. & alii cumulati à Tiraquell. *dict. loco num.* 31. Nam præterquam quod huic opinioni contradicunt nedum Archid. in dicto cap. *Religiosi*, quem solum ab ea dissentire falsò ait Tiraquell. sed etiam Raym. & Host. *ibid.* ab Archid. citati: quatenus tamen eadem opinio vera esset, intelligeretur cùm quis incidisset in Canonem ante ingressum; quod si incidisset durante anno probationis, ab Abbate posset absolvi. Ita conciliando Innoc. qui in c. *Monachi, de sent. excomm.* scribit contrarium ejus, quod tradidesat in d. c. *Cum illorum*, docuit Joann. Andr. ibid. Franch. in d. c. *Religiosi*, dicens ita ibi sentire DD. ex quo sequitur ut Abbas habeat jurisdictionem absolvendi, dum tamen in Canonem non inciderit ante ingressum.

19 Tandem non adversatur huic opinioni quod hic novitius vel sit religiosus sub conditione, adeo ut ante conditionis implementum religiosus non sit, vel saltem sit purè religiosus sub conditione resolutiva, adeo ut eo posito ad sæculum remeante, & sic non impleta conditione, nunquam videatur fuisse religiosus: quod traditum est ab Anchar. *in cons. 69. num. 8. & 9.* Nam utcunque se res habeat, tam quoad veritatem hujusmodi opinionis, quàm aliarum multarum traditionum, quæ habentur in hac materia apud Tiraquell. *ubi supra* & DD. in c. *Beneficium, de regul. lib. 6.* & d. c. *De bis, de Sepulturis*, & Feder. de Sen. *d. cons. 32.* An scilicet ex quo novitius est in statu dubio, de eo sit judicandum ac si sit Religiosus, vel Sæcularis: certè quantum ad nostram quæstionem pertinet, omissis aliis effectibus, satis est ut sublis jurisdictioni Abbatis, & in ejus monasterio domicilium contraxerit, cùm ex horum altero proveniat jus
20 illum interim ordinandi. Et quamvis hic status postea resolvatur per egressum novitii, non tamen resolvuntur actus perfecti medio tempore gesti, ut patet ex plenè notat. per Tiraquell. *de retract. conven. §. 2. gl. un. n. 74.*

21 Nec cum ita se habeant, apertè sequitur ut hoc jus duret etiam post Concilium: cum decretum

tum c. 10. *sess.* 23. adimeat Abbatibus jus ordinandi alios, quàm Regulares ibi subditos, Novitium non excludat, de quo tanquam de regulari ad hunc effectum judicatur, ut sentit Feder. d. *cons. 32. in fin.* præsertim cum Novitius etiam absolutè Regularis, & Religiosus dici possit saltem largo modo, Jo. Andr. Franc. & alii in d. c. *Beneficium ex communi*. Navarr. *cons. 5. & 6. de foro competen.* Rebuff. *in prax. de offensat. cum Regularibus facta*, num. 23. & subdit ut sint tales largo modo, ut non excludantur à Concilio, & minoscjusm fieri possit corrigatur jus antiquum, c. Cum *speciat. de cleric. lib. 6.* cum concordantibus.

DE APPELLATIONIbus.

Cap. Ad nostram.

SUMMARIUM.

1 *Regularibus à correctione Prælatorum suorum appellare non licet.*

2 *Appellatio non remedium ad quid institutum, & num. 4.*

3 *Prælatus regularis corrigens subditorum excessus tenetur non potest.*

4 *Appellatio à correctione legitima non admittitur.*

5 *Appellatio in hac, quæ ad visitationem, & morum correctionem spectant admittitur ad effectum devolutivum tantùm, non suspensivum, & num. seqq.*

6 *Appellare non licet in causis visitationis, & correctionis ante diffinitivam sententiam à quacunque gravamine.*

7 *Nisi à diffinitiva appellari non possit, aut gravamen sit irreparabile.*

8 *Appellari potest post diffinitivam in causis visitationis, & correctionis, sed appellatio non suspendit executionem.*

9 *Concilium Tridentinum à decretis visitationis, & correctionis sublatis appellationem sospendit ex una decretorum.*

10 *Metropolitanus potest cognoscere de excessu, si Episcopus carceret subditos in materia correctionis, dummodo non impedat executionem.*

11 *Appellatio facit aliquantum effectum, si tractatus excedat modum in corrigendo, & procedat zelo indiscreto, & n. seq. usque in finem.*

12 *Monachus, sive & Clericus appellare potest à correctione si fiat informa iniqua.*

13 *Correctio sit ad penitentiam.*

14 *Haereseos, seu adulterij punitio non comprehenditur correctionis nomen appellationis, quando Episcopus indiscretè procesit.*

15 *Corrigere quid sit.*

AD NOSTRAM. A correctione non appellatur, nisi modus excedatur. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primò ponit causam mandati. Secundò ipsum mandatum ibi, *mandamus*.

1 Nota ex textu à correctione Prælati regularis non dari appellationem. Et pondera rationem in litera expressam, quia remedium
2 appellationis non ideo est inventum, ut aliqui à religionis, & Ordinis observantiis exorbitanti, id est quasi per excessum mentis deriant secundum Host. num. 1. debeat in suis nequitiis patrocinium exhibere, concordat c. *Reprehensibile*, ibi [Ne Religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem Prælatum sui, & Capituli disciplinam appella-
3 re præsumant] Ex ob eandem rationem non admittitur recusatio, cap. *Cum speciali*, ubi id notant Innoc. Host. Jo. Andr. & alii *infra eod.* glossa *fin. hic*; & Guidopap. *num. 2. vers. Quæ de causa.*

4 Cæterum etsi hæc Constitutio loquatur in Regularibus tamen inspecta mente vendicat sibi locum etiam in aliis subditis, prout illam Doctores communiter intelligunt, præsertim Innocen. *post princ.* (Et quod dicimus, inquit, in corrigendis excessibus Regularium, idem intelligemus etiam de excessibus aliorum subditorum) & Host. num. 3. *in vers. A religiosis* Bald. *num. 2. Abb. num 7. & 8.* Alex. de Nevo *n. 13. & 14.* Et propterea in prædicta decretali, Reprehensibilis, dicitur hoc præcipuè in religiosis esse observandum: quia scilicet in eis vigeat peculiaris ratio propter obedientiam, & regularis institutis. Sed tamen superius ponitur generalis prohibitio, nec subjecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant. Concordat c. *Licet. & c. Intersagabili in princ. supra de Offic. Ordin.* & c. *Pervenit, & 1. infra eod.* remedium, namque appellationis non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ est institutum, ut legitur in d. c. *Cum speciali §. Porro*, & unaquaque re utendum est ad cum usum, in quem fuit institutum c. *Si autem 22. qu. 2. c. Licet, & 2. 45. dist.* cum aliis allegatis per glossam primam, & Host. in princ. Præterea appellatio inducta est, ut sententia in melius reformetur, licet aliquando in deterius fiat per judicem ad quem, ut dicit tex. in l. 1. *in princ. ff. de appell.* & ideò cum per appellationem debeat sententia in melius reformari, & iniquitas primi judicis corrigi, non debet ejus contrarium operari, arg. l. *Legata institutes ff. de adimen. legat.* in l. *Cum ceteris §. Vassum legati ff. de condit. & demonstr.* & obiter vide hic Guidopap. *num. 2.* Unde hanc regulam videlicet à correctione legitima non appellari generaliter ponunt hic glossa fin. & Host. *ubi supra.* Jo. Andr. Butr. Cardin. Bald. Abb. & alii omnes *in principio.*

5 Declaratur hæc regula, ut procedat quoad effectum suspensivum tantùm, ut satis innuunt verba d. c. *Intersagabili de off. Ordin.* ibi (Executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire) & apertius hodie sanctitum est à Tridentino Synodo in c. 1. *vers. Nec appellatio, sess.* 22. & latius in c. 10. *sess.* 24. ubi ut Episcopi aptius quem regunt populum possint in officio, atque obedientia continere statuitur, ut omnibus iis, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant jus habeant etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati ea ordinandi, & exequendi, quæ illis pro subditorum emendatione, & Diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione, & morum correctione agitur exemptio, aut ulla inhibitio

hunc, appellatio seu querela ptius, ad Sedem Apostolicam interposita, extentionem quoque mota impedit, aut suspendit.

8 Sed ad effectum devolutivum bene admittitur appellatio etiam à correctione, ut patet ex illo epistolæ Concilii decreto, nempe ex c. 1. *sess.* 13. ubi dicitur, ut in causis visitationis, & correctionis à Episcopo, seu illius Vicario ante diffinitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appellentur. Nec Episcopus in Vicarius appellationi hujusmodi in quam frivola deferat, tametsi, nisi gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit. Quibus verbis aperte admittitur in causis correctionis illicite ex gravamine irreparabile. Hoc autem intelligi debet quoad effectum devolutivum, non autem suspensivum, & ita Sacra Congregatio Concilii hoc decretum intellexit, & continuam in praxi retinet decreta c. 1. *sess.* 22. & c. 10. *sess.* 24. Nam consulta ab illa causa visitationis, & correctionis appellari possit post diffinitivam: respondit posse; ita tamen, ut appellatio nunquam suspendat executionem, in hanc tamen est c. 10. *sess.* 22. & c. 1. *sess.* 22. Iam consulta ab decretum c. 10. *sess.* 24. sustulerit appellationem devolutivam: censuit non sustulisse devolutivam, sed suspensivam tantum; Et quamvis Episcopus ad instar tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, prout habetur in c. 1. n. 10. tamen cum jurisdictio jure suo ordinario ei etiam ante Concilium competeret; non impedire appellationem devolutivam ad Metropolitanum.

10 Et iterum subortæ dubitatione an in materia correctionis, ubi Episcopus etiam sine processu, & sine strepitu carceris subditos, & reos diu carceratos, potest Metropolitanus cognoscere de excessibus in corrigendo, si carceratus appellaverit ad eum: cessante posset dummodo interim non impediat, aut suspendat executionem eorum quæ ab Episcopo decreta fuerint.

11 Cæterum si Prælatus regularis excederet modum in corrigendo, tunc in ea subditus appellare ad eumque effectum, & ita procedit ex eisdem in c. *De priori, infra eod.* in c. *Super quæstionem* §. *Ita autem, ext. de off. delegat.* sic non appellatur ab executore, cum modum excessit, c. *Quod ad consultationem, ex hoc, supra de re judic.* à quo alias appellari non potest, c. *omnis, infra eod.* c. *Ex parte, de filiis presbyt. de excommunicatione, q. 6.* & notat hic glossa *Innocen. in prim.* ubi dicit, hodie non esse differentiam inter Regulares, & alios, & inter correctionem, & alium processum, cum semper licetat appellare si excedat, seu gravet jus c. *Licet, de Elect.* & c. *Cum omnes, de appellat.* Inquit Host. *num. 3. extra. Ant. Panorm. & nota. & in vers. Carrigar.* & Bald. *num. 2.* Unde inferunt, ut si Prælatus in causa visitationis, seu correctionis procedat servata tela judiciaria, licet appellare etiam ad effectum suspensivum, ut colligitur ex c. *Irrefragabili, in prim. ibi, nisi forsitan in casibus exceptentur illis casibus, de off. Ordin.* & tenuit hic Tancred. & Vivien. *Appell. cos. Jo. Andr. num. 6. in glos. ult. ibi, nota:* ubi dicit posse Monachum sicut, & Clericum appellare, si correctio fuerit in forma judicii, & essent non gloss. *ult. hic*, & Host. *num. 8.* dum dicunt licet ex correctione non posse appellari, quia fit ad pœnitentiam, & extra formam judicii; innuentes per hoc secus dicendum esse, si procedatur servato ordine judiciario.

14 Et hanc sententiam alias probavit Sac. Congregatio Concilii. Consulitur enim Auditor Cameræ, an cum episcopi servata tela judiciaria ferant sententiam diffinitivam contra delinquentes, habeant locum decreta Concilii de visitatione loquentia, & præsertim c. 10. *sess.* 24. adeo ut appellatio ad effectum suspensivum nullatenus debeat admitti etiamsi sententia lata fuerit ad puniendum delictum blasphemiæ, vel adulterii. Sac. Congregatio censuit appellatione correctionis morum non comprehendi blasphemiæ, & adulterii correctionem, seu punitionem, quando Episcopus judicialiter processit, cognovit, & pronunciavit. Ita omnes excepto Cardinali Carafa, quis correctio ultra quod videtur respicere tantum ea, quæ concernunt regulam, & institutum Ordinis; cap. *Ad nostram, de appell.* ubi Abb. Videtur etiam sentire Concilium c. 1. *sess.* 22. ubi exprimendo, quibuscumque criminibus Ecclesiasticis, tamen requirit etiam aliud, ut fiat extra formam judicii, & ad pœnitentiam, glossa etiam d. c. *Ad nostram*, Anchar. Butr. Imola. Cernin. & Abb. in c. *Ad quos, contra Clericum, in sept. num. 50.* & c. *Cum contingat, num. 39. de foro compet.* ubi constituit differentiam an Episcopus processerit correctionaliter, vel judicialiter, & corrigere est id quod aliquando tenuit transmutare. Cardinal. in Clem. *si furiosus, in prim. de probat.* Archiepiscopus Florentinus *in Summa 2. part. de correctione.* Et condonare blasphemiam, vel adulterium est punire delictum, non corrigere mores. Et quamvis d. c. 10. utatur ver. punitionis, & sic extra pœnitentiam, & utatur etiam verb. *coercita*, & sic etiam in forma judicii; tamen quia loquitur de visitatione, & correctione, ut visitationem, & correctionem debent referri. Ideoque si Episcopus in dictis duobus criminibus judicialiter processit, admittendum esse appellationem etiam ad effectum suspensivum; Tamen Cardinalis Maximum dixit agendum cum Sanctissimo.

Sanctitas sua Congregationis sententiam approbavit, ut si Episcopus judicialiter processit ad diffinitivam non comprehendatur hoc casus appellationis e correctionis morum, & detur appellatio etiam suspensiva nedum in prædictis duobus casibus blasphemiæ, & adulterii, sed etiam in omnibus aliis similibus ubicumque Episcopus judicialiter processit.

DE APPELLATIONIbus.

Cap. Super eo, il secondo.

SUMMARIUM.

1 *Appellari potest secundum Canones tam ante, quam post litis contestationem, in alia prælatione sententiæ, & post, secundum testeverò post sententiam diffinitivam. & n. 16. & seqq.*

Et

2 *Et ratio differentiæ triplex assignatur.*
3 *Ius antiquum causarum de iure civili petit triennio, sed de iure canonico causa infinitarum non habetur. & cur.*
Et quid post Concilium Tridentinum. n. 29. in fin.
4 *Appellatio temere punitur de iure civili, non autem de iure canonico.*
5 *Appellari potest secundum Canones etiam extra iudicium, non secundum leges.*
6 *Sententia appellatione venit diffinitiva.*
7 *Appellatione remota an, & qualiter intelligatur remota recusatio. & n. 24. & seq.*
8 *Recusatio iurisdictionem suspendit, sicut appellatio.*
9 *Terminus iudici assignatus in rescripto ad causam diffinendam currit à tempore præsentationis litterarum, & non ante.*
10 *Quod procedit quoad exercitium iurisdictionis, non autem quoad vires rescripti.*
11 *Item procedit si tempus fuerit limitatum per numerum dierum, hebdomadarum, mensium, vel annorum. Secus si ad certum diem.*
12 *Et facta assignatione per numerum mensium quot dies sint computandi.*
13 *Et an dies assignationis computetur in termino, remiss.*
14 *Executor potest recusari, & tamen ab eo appellari non potest nisi excedat fines mandati.*
15 *Clausula appellatione remota, quid operetur.*
16 *Appellari non potest sententiam diffinitivam, etiam nulla causa expressa, & sufficit dicere, Appello.*
17 *Quod procedit etiam in causis electionum, licet in hujusmodi sit causam exprimere.*
18 *Item procedit etiam in appellatione, quæ fit à iudice extra iudicium.*
Et quod in appellatione extrajudiciali, quæ fit à parte contra partem, remissivè. n. 20.
19 *Appellatio à diffinitiva cum expressione causæ manifestè frivola non tenet.*
21 *Appellari non potest à diffinitiva nisi gravet.*
22 *Sufficit tamen qualecumque gravamen etiam modicum.*
23 *In appellationibus recipiendis à diffinitiva, & inhibitionibus decernendis servari debet forma c. Romana, de appellat. lib. 6. & Decretum S. Congregationis Episcoporum.*
24 *Appellatio admittitur secundum Canones ab interlocutoria, vel gravamine aliquo, dummodo concurrant decem, quæ hic exprimuntur.*
25 *Appellatio sub conditione quæ tamen proposita petitio non admittatur, non valet.*
26 *Appellari potest ab interlocutoria de iure civili quando non expellantur alia sententia diffinitiva.*
Item à gravamine, quod per diffinitivam, vel per appellationem à diffinitiva reparari non potest. num. 28.
27 *A sententia, quæ quis pronunciat se iudicem incompetentem appellari potest etiam secundum leges.*
29 *Appellatio ab interlocutoria vel alio gravamine ante diffinitivam in quibus casibus admittatur ex Concil. Trid. & n. seqq. usque 31.*
30 *Appellari potest post sententiam diffinitivam etiam in causis visitationis, & correctionis, sed ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum, nisi gravamen sit irreparabile.*
31 *Sententia diffinitiva, quæ sit.*
32 *Et qua sententia quasi diffinitiva. & n. 34.*
33 *Sententia lata super possessorio dicitur quasi diffinitiva.*
34 *Appellatio à diffinitiva in multis casibus non admittitur.*
36 *Metropolitanus non potest cognoscere de gravamine ante diffinitivam, nec simpliciter mandare ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.*

37 *Appellari potest à gravamine etiam irreparabile, quando iudex extrajudicialiter procedendo gravat partes.*
38 *Sententia interlocutoria quæ dicatur.*
39 *Tertia infert gravamen irreparabile, & ideo ab illius commutatione datur appellatio.*
40 *Carcer infert omnia, & gravamen continuum, & nunquam transit tempus appellandi à gravamine carceratione.*
41 *Carcer regulariter institutus est ad custodiam, & locus sanctus est.*
42 *Carceratus etiam custodiæ causa dicitur luere pœnam in corpore.*
43 *Carcer infamiam irrogat, & damnum irreparabile. & n. 5.*
44 *Appellationi ab indebita carceratione Ordinarius tenetur deferre, & processum transmittere ad Metropolitanum, tempore tamen interim manente in carcere.*
45 *Iudex appellationis insufficiente gravamine ante diffinitivam an debeat principalem causam remittere ad Ordinarium.*
46 *Censura Ecclesiastica trahit secum executionem, & ab ipsa appellatur ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum.*
47 *Sed à communata censura datur appellatio ad utrumque effectum.*
Sententia excommunicationis est potius interlocutoria, quam diffinitiva. ibid.
48 *Appellatio in iudicio non admittitur à futuro gravamine, nisi illud sit irreparabile.*
49 *Citatus ad dicendam causam quare non debeat excommunicari, potest appellare.*
50 *Secus si citetur ad dicendam causam quare non debeat declarari excommunicatus.*
51 *Appellari non potest vivæ vocis dum sententia excommunicationis profertur. & n. seq.*
52 *Actus forinsecus ab est penetrantior, quam actus humanus.*

SUPER EO. Ipsum se summat, sed per alia verba sic summari potest. Secundum Canones appellatur etiam ante sententiam, secundum leges non, nisi in quibusdam casibus. Hoc dicit primo. Appellatio, & recusatio parificantur in hoc, quod sicut in appellatione requiritur causa probabilis, ita & in recusatione. Hoc secundò juxta verum, & communem intellectum. Terminus, judicis assignatus ad causam decidendam non incipit currere nisi à tempore præsentationis rescripti. Hæc tertiò dividitur in tres partes prout sunt tria dicta. Secunda ibi, *In causis*, Tertia ibi, *Si autem*.

1 Nota primò, ex prima part. textus insignem differentiam inter jus canonicum, & jus civile in materia appellationis: nam de jure canonico appellari potest quatuor temporibus. Primò scil. ante litis contestationem. Secundò post litem contestatam. Tertiò in ipso actu prolationis sententiæ, id est dum sententia legitur, de quo est casus hic, qui non reperitur alibi, secundum Bald. *n. 6.* Quartò post sententiæ promulgationem, concordat §. *Patet ergo, vers. Tepus vero*, qui habetur post c. *Qui scit, 2. q. 6.* & c. *Cum sit Romana, sup. eod.* De jure civili autem exceptis quibusdam casibus ante sententiam non appellatur, ut hic l. *Apertissimi, C. de iudic. l. fin. C. de sentent. interlocut. omn. iudic.* & l. *Ante sententia tempus, C. Quorum appell. non recipiun.*

2 Prima ratio differentiæ est, quia de jure civili per appellationem à diffinitiva reparantur omnia gravamina in processu illata. Unde cum leges civiles inspiciant solum gravamen, & pars in effectu non remaneat gravata; quia aut obtinebit indefi-

nitiva, & parum remanebit læsa ex interlocutoria; aut succumbet, & per appellationem à diffinitiva gravamina illa remanebunt emendata: ideo nil mirum si secundum leges talis appellatio non permittatur quæ ratio colligitur ex textu juncta gl. 1. in l. 2. & ibi per Bald. *C. de Episcopalis audient.* At jus Pontificium non tantum respexit gravamen, sed etiam injustitiam, cum potissimum invigilet super correctione peccatorum, ut c. *Novit, supr. de iud.* Unde quamvis gravamen sit modicum eo quod reparetur, vel per diffinitivam, vel appellationem ab ipsa; tamen per hoc non tollitur quin à judice sit facta injustitia, & sic peccatum. Merito sacri Canones admittunt appellationem à quocunq; gravamine. Et hanc rationem differentiæ assignat Præpos. *hic n. 6.*

Secunda ratio est, quia jus civile magis studet fini instantiæ litium, quam jus Canonic. ex notatis in c. *pen. sup. de iud.* quam rationem differentiæ cõstituit Bald. in d. l. 2. & in l. *Ante sententiæ, C. Quæ.*
3 *appell. non recip.* Et hæc est ratio, quare de jure Canonico causæ non habent instantiam, nimirum propter amplam facultatem appellandi concessam, ut d. cap. *penult.* nam cùm tot appellationes à quovis gravamine admittantur instantia si esset conclusa triennio plerumq; periret ante diffinitivam. At de jure civili cessat hujusmodi inconveniens propter restrictam facultatem appellandi, & ideo instantia finitur triennio l. *Properandum in fin. princ. C. de iudic.* prout innuunt *hic* Host. *num. 3. in ver. Leges autem*; & Jo. And. *num. 2.* & apertius Abb. *num. 5.* & Præpos. *num. 6 an fin.*

4 Tertia differentiæ ratio est, quia sacri Canones mitius procedunt, quàm leges laculi; & propterea secundũ Canones indistinctè appellari potest, nõ secundum leges, ut ait gl. notab. in l. 1. *in ver. Ab eo provocare, C. A quibus appellare non liceat*: & Abb. *hic n. 3. ut. in dic.* Quo fit, ut jure civili punitur temerè appellans, non jure Canonico, ut l. *Ab executore 3. fin. C. quor. appell. non recip.* & not. glos. præall. leg. Sed an hoc sit verum vide per Abb. in d. c. *Vt*
5 *debitum, inf. eod.* Inde etiam fit ut secundum Canones liceat appellare etiã extra judicium, quamvis non liceat secundum leges, ut not. in c. *Cum sit Romana, sup. eod.* & in prædicta Decr. *Vt debitum*, & per Host. *hic n. 3. vers. Sed & extra iudicium.* Jo. And. *n. 1.* & Abb. *n. 1 vers. Adde & quintum tempus.*

6 Secundò nota ibi, in probatione sententiæ, junctis verbis præcedentibus; sententiæ appellatione intelligi de diffinitiva, ad idem c. *Cum olim*, & ibi gl. *de sup. de test.* & hic notant Abb. *n. 5.* Franc. *in 2. not. n.* & Præpos. *n. 4.* facit *Rubrica C. de sent. & interlocut.* omnium judicum ponderando copulam, *&*, quæ ponitur inter diversa l. *Si duo, C. per quam personas nobis acquiritur*: & notat Bart. in l. 1. *num. 1. ff. De pactis.*

7 Tertiò nota ex secunda parte textus Appellationem, & recusationem æquiparari; quia sublato appellationis remedio cesserat etiam sublatum remedium recusationis, ut hic videtur casus, si verba inspiciantur, & not. But. *in 2. not.* & Abb. *n. 6. in 9. in causis.* Quod procedit sive appellatio tollatur per jus comm. ut c. 3. & c. *Cum sit, in fin. sup. eod.* sive per speciale rescriptum Principis, ut c. 1. *de rescr.* & c. *Super quæstionum, de off. Deleg.* utroque enim casu & recusatio intelligitur sublata, secundum Host.
8 *n. 3. in ver. Tollitur.* Jo. And. *n. 2. in eod. ver.* & But. *n. 4. vers. Quæro an procedat*, sed an hoc sit verum latiùs dicam infra in gl. *pen. n. 14.* Æquiparantur etiam in hoc appellatio, & recusatio, quia sicut per appellationem suspenditur jurisdictio, c. *Venientes supr. de iureiur.* ita & per recusationem, ut voluit gl. notab. in c. *Quæries Episcopi, in ver. Appellent, 2. q. 6.* quæ dicit, quicquid fit post recusationem æquecessari ac fieret post appellationem, per tex. in c. *Cum sicut, in fin. supr. de eo qui mit. in possessionem*: & sequitur Philipp. Franc. *in 3. not.* & in c. *Cum specialis, inf. eod.* Adde Bald. *cons. 26.* incip. *Dum lis, & quæstio, n. 1. & 5. v. Non repetenda, lib. 1.*

9 Ultimò nota ex tertia parte textus, Terminum assignatũ judici in rescripto ad causam diffinienda currere à tempore præsentationis literarum, & nõ antea, ut hic est casus. Ratio est, quia ante receptas literas jurisdictionem non habet; ac proinde illam exercere non potest, ut c. *Pastoralis, ad fin. sup. de re-*
10 *scr.* Unde limita primò hunc textum ut procedat quoad exercitium jurisdictionis, in quo attẽditur tempus præsentationis litterarum, ut hic dicitur. Secus verò quoad vires rescripti impetrati, quia inspicitur tempus impetrationis, seu datæ, ut per Collect. *hic n. 3.* Supei quo remittit ad Archid. in c.
11 *Si qui, de Præbend. li. 6.* Limita secundò, ut locum habeat si tempus hujusmodi diffinitum fuerit per numerum dierum, hebdomadarum, mensium, vel annorum. Secus si fuerit limitatum ad certum diem, puta intra festum Assumptionis, vel intra tales Calenda: tunc enim certum est tempus post datam currere, & semper labi, secundum Jo. And. *hic n. 2. in ver. Certum tempus.* & But. *n. 5.*

12 Sed hic incidit dubitatio si tempus fuerit diffinitum per numerum mensium inde terminatè, quo modo sit facienda computatio dierum. Dic breviter tot dies fore cõputandos, quot habet ille mensis, in quo assignatur ipsa dilatio, quod si quod ipsum fuerit de illo mense, supplebitur in mense sequenti; & ideo si dilatio unius mensis assignetur in mense Augusti cõputabuntur dies unus & triginta: si in mense Septembri, dies triginta: si in mense Febr. dies 28. ut post Guliel. declarat gl. not. in c. *Quam sit, in ver. Mensem, de elect. li. 6.* dicens hoc probari apertissimè, in c. *Litet, sup. de supplen. neg. gl. Prad.* inducendo illud, ut ibi per gl. & sequuntur Præp. *hic n. 12.* Bart. plenè in l. *Cum Bissextum, n. 1. ff. de verb. signif.* & Mar. Soc. *cons. 99. Serenis. Rex, col. 1. vol. 2.* Non obstat textus in l. *Vbi lex, ff. de reg. iur.* ibi pro duobus mensibus computantur dies unus & sexaginta; quoniam, ut inquit Bart. intelligi debet secundum distinctionem Ioan, & de intellectu illi legis vide Signor. de Homodeis, *cons. 38. Si quæra-*
13 *tur in princ.* & Alex. *cons. 13. Visa scriptura, n. 10. & seq. vers. Et si diceretur lib. 5.* An autem dies, assignationis termini computetur in termino, vide hic pro, & contra in gl. *ult.* per Host. *num. 6. in ver. Cum nolitis.* Joan. Andr. *n. 10.* Collectar. *nu. 1.* But. *n. 12.* & Præpos. *n. 27.* dixi in c. *Admoniam, n. 9. 21. 22. & 23. inf. de regul.*

14 In glossa penultima QUÆRO cùm textus dicat sublato appellationis remedio, sicut non est deferendum appellationi, ita nec recusationi, an hoc sit verum simpliciter, & absolutè, ut appellatione remota intelligatur remota & recusatio.

Dicunt Doctores, & præsertim Hostien. *nu. 3. in ver. Sicut appellationi.* Verba textus essefanè intelligenda: non enim sequitur, Non potest appellari à sententia judicis: ergo judex non potest recusari: nam ab Auditore, live ab Executore appellari non potest nisi excedat fines mandati, & tamen potest recusari, ut leg. & not. in cap. *Super quæstionum, §. Verum, supra de offic. Delegat.* Similiter à judice non appellatur, nisi gravet; ut dicam infra num. 21. at bene potest recusari etiã non gravet. Rursus appellare possum à judice in quem consensi, & nihilominus eum recusare non possum,

possum, nisi nova causa supervenerat, ut cap. *Insinuatione, de offic. Delegat.* Sed & notoriè delinquens prohibetur appellare, qui tamen forte non prohiberet recusare, ut leg. & notatur in c. *Cum specialis,*
15 *§. 1. inf. eod.* Quid ergo sibi volunt verba textus? Dic secundum gloss. *penult.* & Host. hanc esse mentem; ut quemadmodum secundum Canones non admittitur appellatio sine rationabili causa cap. *Cum in Ecclesia*, & cap. *Vt debitum, infra eodem.* ita nec recusatio, ut cap. *Secundo requirit*, §. *final.* & cap. *Cum specialis*, §. 1. *infra eodem.* Quapropter illa verba respiciunt tantummodo formalitatem, & modum, quasi dicat Sicut appellatio frivola non admittitur, ita nec frivola recusatio: & licet deferendum sit rationabile appellationi, ita & rationabili recusationi: sed in reliquis hæc non æquiparantur, nec remota appellatione censetur recusatio remota. Et hic intellectus Glossæ, & Hostiensis placet etiam Jo. And. *num. 9.* in gloss. *penult.* But. *nu. 11.* Præpos. *num. 12.* & communiter Doctoribus, ut dicit Abbas *num. 9.* Verum communis intellectus videtur litteram corrumpere; quia textus decidit apertè ut ubi tollitur remedium appellationis, ibi & recusationis, nec ullam facit mentionem de causa, quare non discesserim ab alio intellectu Abbatis, ut hæc decretalis procedat secundum antiqua tempora quando licebat appellare indistinctè; tunc enim omnis appellatio, nisi esset manifestè frivola deferebat causam ad superiorem, ut in cap. *Ad Romanam, 2. q. 6.* & notatur in c. *Vt debitum, infr. eod.* Et ideo tunc remota appellatione sicut non intelligebatur remota appellatio cum ista causa, ita nec recusatio, ut hoc sensit etiam Bald. qui in 2. *par.* hic summat hanc Decretalem, videlicet, Remota appellatione intelligendum est de frivola, etiam judicis recusatio frivola videtur esse remota. Sed hodie secus; quia remotio appellationis tollit omnem appellationem, quæ in jure non reperitur specificè permissa, ut est textus in cap. *Pasteralis*, & ibi omnes notant, *infr. eod.* Unde remota appellatione non censebitur remota recusatio, ita ut non liceat judicem recusare nisi ex causa in jure expressa; immo enim licebit etiam ex alia simili, ut probatur in c. *Postremo*, ibi *vel alia iusta causa*, *infr. eodem.* Nimis enim durum esset ut Princeps removendo appellationem cogeret quem litigare coram judice suspecto, arg. c. *Cum inter, supra de except.* Hæc igitur sit conclusio, ut per clausulam, *appellatione remota*, non intelligatur exclusa recusatio, quod tenet glos. in l. 1. §. *Interdum, in ver. Ab ea provocare, ff. A quibus appell. non lic.* & videtur textus in l. *final. Gale sent. & interloc. amm. tad. contr. gl.* ibi, quæ à Doctoribus communiter reprobatur, teste Præposito *hic n. 12.* Fallit hæc conclusio si in rescripto remota sit appellatio respectu causæ; quia tunc sicut intelligitur remota frivola appellatio, & ita frivola recusatio, ut declarant Abb. & Præpos. supra c. An autem hæc procedant de jure civili, vide per Abb. negativè resolventem *n. 10. vers. Pero tamen, quod de iure civili.* Item super prædictis vide Ant. de Butr. plenius distinguentem in c. *Pastoralis, n. 7. vers. Si est dubium an remota appellatione, inf. eod.*

16 Secundò QUÆRO cùm hic dicatur secundum Canones posse appellari tam ante, quàm post sententiam diffinitivam; secundum leges verò post sententiam dumtaxat, an utraque regula sit vera generaliter, & indistinctè.

Et quidem post sententiam diffinitivam manifestum est utroque jure posse appellari indistinctè, etiam nulla causa expressa: sufficit, n. dicere, *Ab incipia sentia appelle* aut etiam simpliciter *appello*, ut l. *Scio, ff. de appell.* c. *Cartas, §. Hinc quæ* ibi hoc notant Archid. & Jo. And. *inf. eod. li. 6.* c. *Post appellationem, §. Si vero post datam, 2. q. 6.* ubi ponitur forma appellationis interponendæ à sententia diffinitiva, & hic notant gl. 1. Host. *nu. 3. in ver. Et post*, But. *num. 10.* & alii communiter, Henr. Boich. in c. *Constitutus, col. 2. vers. Si quæras, de appell. indic. inf. eodem.* Et est ratio secundum eum, quia in causa appellationis à tali diffinitiva interpositæ appellans potest quibuscunque modis sententiam impugnare, ut in d. l. *Scio, in fin.* ideoque quando appellatur à diffinitiva, judex tenetur omnino appellationi deferre, arg.
17 c. *Non solum, inf. de appell. lib. 6.* & notat gl. in d. c. *Cartas, inter Statuit, lib. 6.* notat Zene. in Clem. *un. de dolo, & contum.* Quod procedit etiam in causis Electionum, licet totius ut in talibus causam exprimere, ut notat Jo. Monach. in c. *Quamvis, si secundo, de elect. lib. 6.* in glo. *Dicunt quidam*: & Jo. And. *eodem.* in gloss. dicit Garzias: &
18 Henr. Boich. *uti supra.* de quo tamen vide Rot. *dec. 2. num. 2. de elect. in nova.* Rursus hoc procedit etiam in appellatione quæ fit à judice extra judicium, in qua idem per omnia quod in judiciali, ut in d. c. *Cartas, in princ.* secundum Henr. Boich. in d. c. *Constitutus, col. 2. vers. Aut Quæra.*
19 Adverte tamen, quia si appellans à diffinitiva, exprimeret causam manifestè frivolam, ut si diceret appello, quia digito cælum non tangis, non teneret appellatio, ut sit impossibilis causæ adjectio vitiet appellationem, sicut regulariter vitiat contractum, ut c. *ult. inf. de condit. appos.* cum concord. ibi allegat. Nec retragatur, quod non teneretur causam exprimere, quoniam talia expressa nocent, non expressa non nocent, ut l. *Expressa, ff. de reg. iur.* dixi talia, quia si exprimeret causam non manifestè frivolam, tunc posset aliam prosequi, ut in d. l. *Scio*, & notat glos. in c. *Cum causam, inf. eod.* Jo. And. in d. c. *Cartas, §. Hinc quæ*, & Henr. Boich. in d. c. *Constitutus, col. 2. vers. Tamen si apo-*
20 *pellans, inf. eod.* Quid autem juris sit in appellatione extrajudiciali, seu potius provocatione, quæ fit à parte contra partem, & non à judice, an scilicet in tali necesse sit causam exprimere, vide plenè per Henr. *ubi. col. 1. vers. Et tunc aut quæra.*
21 Cæterum in hujusmodi appellatione, quæ à diffinitiva interpositur, licet non oporteat causam exprimere in specie, requiritur tamen gravamen; aliòquin non licet appellare, secundum Innoc. & Host. *hic num. 3. in ver. Appellandi*, & But. *in 1. not.*
22 Licet sufficiat qualecunque gravamen etiam modicum, ut c. *prox. supr. eod.* & hic notat Franc. *in*
23 *1. not. ab.* Præterea in appellationibus recipiendis à diffinitiva, & inhibitionibus decernendis servari debet forma c. *Romana, de appell. lib. 6.* quacunque consuetudine, aut stylo, vel privilegio in contrarium non obstantibus; aliòquin inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque sunt ipso jure nulla, ut statuitur à Concil. Trid. *sess. 22. c. 7.* item servari debent decretum à S. Congregatione Episcoporum sanctæ memoriæ Clem. VIII. jussu editum die 16. Octob. 1600. Quod hic non transcribo, quia haberi potest à Steph. Quaranta in *summa Bullar. in ver. Archiepiscopi auctoritas, vers.*
24 *Sciendum est denique, pag. 68.* At verò ante sententiam diffinitivam secundum Canones potest quidem appellari ab interlocutoria, vel gravamine aliquo, ut hic & in d. c. *Cartas, inf. eod. lib. 6.* Sed tamen

men in hujusmodi appellatione, facta in judicio decem requiruntur, quorum si vel unum defuerit non valebit appellatio. Primum est causa gravaminis illati, vel comminati, ut c. *Cum causam, infr. eod.* Secundum ut causa hujusmodi sit probabilis, idest talis ut si foret probata deberet legitima reputari, ut si foret probata deberet legitima reputari, ut in d. c. *Vt debitum* & c. *Cum speciali, §. Excessu, infr. eod.* & c. *Romana, §. Cum autem, eod. tit. lib. 6.* Tertium ut sit vera, c. *Interposita, infr. eod.* Quartum ut sit expressa, c. *Cum causam, infr. eod.* ut d. c. *Vt debitum.* Quintum ut appellantis petitio
25 non sit admissa, ut in d. c. *Interposita.* Sextum ut propterea, quod petitio non admittebatur extiterit appellatum, cap. *Dilecto, §. ult. inf. eod.* quod est contra quosdam Juris imperitos, qui proposita exceptione dicunt *& appellatum si eum non admittam*: nam talis appellatio non impedit quin valeat quicquid ut postea. Septimum ut appellatio fiat in scriptis. Octavum, ut petantur Apostoli, quia petens Apostolos dicitur non appellasse. Rota *dec. 50. n. 2. & 3. de appell. in novis.* Nonum, ut si appellatus hoc petierit veniat in tructus appellans, & hæc tria probantur in d. c. *Cordi, infr. eod. §. 8.* Decimum ut appellatio fiat intra decem dies, c. *Romana, & c. Concertationi, inf. eod. lib. 6.* c. *Bona, de conform. vitæ, vel mor.* c. *Cum inter, & c. Quod ad consulta, in novis, de re iudic.* ita Host. *in summ. eod. tit. §. Qualiter, sub §. Ego Marcinus.* & in c. *Dilecto, inf. eod.* & in d. c. *Cordi*, Archid. *dict. in per. Permissis*; & in c. *Nativitas, in gl. 3. 2. q. 6.* & Hent. Boich. in d. c. *Vt debitum, col. 4. vers. Super eod.* c. *Si quæris utrum in appellatione, inf. eod.*

26 Sed de jure civili etiamsi prædicta decem concurrant, appellari non potest ante diffinitivam ab interlocutoria, vel gravamine aliquo, nisi in quibusdam casibus ut hic dicitur & hoc pro regula constituunt Abb. & Franc. ambo *in 1. not.* Ad dignoscendum verò qui sint hujusmodi casus in quibus de jure civili licitum est appellare, & ad quos respexit hæc littera in prædicta exceptione, communiter traduntur à Doctoribus duæ regulæ.

27 Prima regula est, ubi post interlocutoriam non expectatur alia diffinitiva; tunc licet ab hujusmodi interlocutoria appellare, etiam secundum leges: ita colligitur ex gl. *fin. in Auth. Habita, C. Ne filius pro pat.* dum ait à sententia quæ quis pronunciat se non esse judicem competentem licitum esse appellare, quia non expectatur alia diffinitiva, & hanc regulam tradunt *hic* Abb. *n. 3. vers. Et qui sint isti casus.* Franc. *in 2. not. vers. Et omnino in contrario*, Præpos. *n. 7. vers. Est & alia regula.*

28 Secunda regula est, quotiescunque gravamen ante diffinitivam illatam per ipsam diffinitivam vel per appellabitem à diffinitiva reparari non potest, tunc ab hujusmodi gravamine etiam de jure civili licitum est appellare: hanc theoricam ponit gl. in Clem. *1. in ver. Ipso iure, de hæret.* & probatur in l. 2. *ff. de appell. recip.* & hoc similiter pro regula tradunt Abb. Franc. & Præpos. *loc. supra* c.

29 Tu vero adverte, quia hodie ex Decretis Conc. Tridentinis jus Canonicum in his exequatum est juri civili: nam S. Synodus animadvertens reos criminum plerumque ad evitandas pœnas, & subterfugienda judicia Episcoporum, gravamina simulare; & appellationis diffugio judicis processum impedire ne remedio ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, statuit, ut in causis visitationis, & correctionis, sive habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus ab Episcopo, seu illius Vicario ante diffinitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine non appelletur: nec Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi tanquam frivolæ deferre teneantur; nisi gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit, ut latius habetur in *c. 1. sess. 3.* ac deinde hoc decretum extendendo ad causas omnes ad forum ecclesiasticum pertinentes in *c. 20. sess. 24.* decrevit ut appellationes per superiores quoscunque non recipiantur, nisi à diffinitiva, vel diffinitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat: & quia sic restrinxit facultatem appellandi; propterea causis ecclesiasticis instantiam bienni præfixit in eo *d. c. 20. in princ.* ad quod vide quæ dixi supra *num. 5.*

30 Ex quibus decretis collige in judicio posse in universum appellari in quatuor casibus dumtaxat. Primo scilicet à sententia diffinitiva, ut in d. c. 20. quod procedit etiam in causis visitationis & correctionis, ut in *d. c. 1. sess. 13.* licet in his appellatio executionem non suspendat, ut statuitur in *c. 1. in fin. sess. 22.* & in *c. 10. sess. 24.* & ita in causis prædictis post diffinitivam sententiam admittitur appellatio devolutiva, sed non suspensiva, nisi gravamen esset irreparabile, quia tunc liceret appellare ad utrumque effectum, ut declaravit S. Congregatio ejusdem Concilii interpres.

31 Dicitur autem sententia diffinitiva, quæ principali quæstioni finem imponit, ut diffinit gl. in Clem. *1. in ver. Diffinitiva, de sequest. possess. & fruct.* post specul. *in tit. de sent. prol. col. 1.* vel quæ finem imponit toti causæ in judicium deductæ, secundum Abb. *in Rub. de sent. & re iud. n. 4. in fin.* sed magis placet diffinitio glossæ, quia quando pronunciantur super aliquo articulo, super quo facta fuit principalis petitio, sententia dicitur diffinitiva, licet tamen toti causæ non imponat, ut ex Bart. accurate deducit Imola in l. 1. §. *fin. col. ult. ff. de præscr. stipul.* & sequitur Felin. *in Rubr. de sent. & re iudic. num. 2. vers. Et adde.* Idem tenet Bald. *cons. 378. 1. vo parte in insidam, in princ. lib. 1.* & Romanus, *cons. 357. Dicitur, in princ.*

32 Secundo appellari potest ex Concilio à sententia habente vim diffinitivæ, quæ ab aliis appellatur quasi diffinitiva, ut colligitur ex gl. magna in c. *Consultationibus, post medium, vers. Quasi diffinitive procederetur, sup. de offic. deleg.* & notat Abb. *loc. cit. num. 6. vers. Reperitur quædam quasi diffinitiva*, qualis est sententia lata super possessorio: nam hanc respectu quod potest deinde intentari petitorium, non dicitur ex toto diffinitiva.

34 Unde sententia quasi diffinitiva generaliter illa dici potest, quæ expectat aliam diffinitivam post se, ut notat gl. in Clem. *ult. in ver. Repulsione, post med. vers. Item si sententia super peremptorio, de appellat.* & ita in hoc secundo casu à pari procedunt Concilium, & jus civile.

Tertiò appellatur ex Concilio ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine quando gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari non potest, ut in d. c. 1. *in fin. vers. Nisi gravamen, sess. 13.* & d. c. 20. *post princ. sess. 24.* quod etiam licet secundum leges, ut dictum est supra in *2. regn. n. 28.* Exempla gravaminum hujus generis habebis *inf. num. 39. & seq.*

35 Quarto ex Concilio appellari potest ab interlocutoria quotiescunque à sententia diffinitiva appellari non potest, ut expressè habetur in d. c. 1. *in fin.* puta à sententia super manifesto, & notorio crimine, vel de quo quis in judicio confessus

fuit extitit, juxta textum in c. *Romana, §. Si autem, eod. tit. lib. 6.* & in quamplurimis aliis casibus, quos ad n. 45. post Specul. *in tit. de appellat.* recenset Maranta *in ultima parte Speculi*: & hic quartus casus coincidit cum illo, qui ponitur in *d. c. 20. sess. 24.* videlicet quando gravamen per appellationem à diffinitiva reparari non potest: nam ubi ab ipsa diffinitiva non potest appellari, utique non potest reparari gravamen per appellationem ab ipsa diffinitiva, ut ex se patet. Unde hoc casu admittitur appellatio ex utroque decreto Concilii Tridentini, sicut admittitur de jure civili, ut firmatum est sup. *eod. 2. vers.* Extra hos casus ab interlocutoria, vel quovis alio gravamine ante diffinitivam sententiam hodie in judicio appellare non licet, quemadmodum licebat de jure veteri; atque ita hæc Decretalis, & c. *Cordi, inf. eod. lib. 6. cum concordant. supra c. in 1. not.* quatenus permittunt appellationem ante diffinitivam à quocunque gravamine, hodie modificata, & restricta fuit à Concilio, & redacta ad terminos juris civilis ex rationabilibus causis in præalegato c. 1. *ex eraro.* Unde Metropolitanus ex S. Congregationis sententia non potest cognoscere de gravamine ante diffinitivam, nec potest ad effectum prædictum absque ulla inhibitione mandare simpliciter, ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.

37 Hæc vendicant sibi locum, ut prædixi, in appellationibus, quæ interponuntur in judicio, alias secus ut ead. S. Congregatio declaravit: nam proposito dubio an decretum Concilii *sess. 24. c. 20. in princ.* locum habeat quando Ordinarius extrajudicialiter procedendo gravat partes, adeo ut non liceat partibus à tali acta extrajudiciali ad alios Superiores judices appellare, seu reclamare, quatenus id jus permittat; sed omnino causa gravaminis in prima instantia coram eod. Ordinario cognosci debeat: Responsum est. Hoc casu non habere locum decretum Concilii. Unde jura, quæ permittunt appellationem extra judicium à quocunque gravamine etiam reparabili per diffinitivam sententiam ut in d. c. *Cordi*, in hoc non sunt correcta à Concilio, sed in ea tantum parte, in qua concedunt posse appellari ab interlocutoria, vel alio gravamine judicia-
38 liter illato, est autem sententia interlocutoria, quæ inter principium, & finem causæ fertur super his, quæ incidunt, vel emergunt, ut diffinit glo. in Clem. *1. in ver. Diffinitiva, de sequest. possess. & fruct.* & dicitur interlocutoria vel quia judex causam non diffinit; sed interloquitur inter principium, & finem; vel quia inter partes loquendo sine solennitate scripturæ pronunciat, ut post Goffred. inquit Host. *in summ. hoc tit. §. 2. in princ.* Plenè Ant. de Butr. *cons. 6. Per totum*, & Abb. *in Rubr. de sent. & re iudic. num. 6. vers. Interlocutoria est*, sed de hac, & aliis diffinitionibus interlocutoriæ, & de ratione dignoscendi ad sententia sit interlocutoria, vel diffinitiva vide plene per Felin. *in d. Rubr. de sent. & re iudic. n. 2.* Alex. Jas. & Doctor. *in Rubr.* & in *l. Quod iussit, de re iudic.*

39 Ex conclusionibus ut suprà firmatis infertur primo, ut à decreto torturæ, vel illius comminatione ex Concilio Tridentino detur appellatio ad utrumque effectum, sicut datur de jure civili, ut tex. notab. in l. 2. *ff. de appell. recip.* ubi si judex interloquitur aliquem esse torquendum, admittitur appellatio; nempe quia gravamen hujusmodi postea reparari non posset per appellationem à sententia diffinitiva, & ita ibi notant Bart. & omnes Franc. *hic in 2. not.* & alii communiter. Navarr. *c. 3. n. 2. de appell.* ubi tenet jus civile in hoc concordare cum dispositione Conciliari.

40 Inferitur secundo, ut ob eandem rationem detur appellatio ab indebita carceratione; quia scilicet eum gravamen illatum coharetur personæ, postea reparari non posset: Carcer enim dicitur mala mansio, ut est textus cum gl. in l. *Si hominem, ff. de pœnis*, & in l. *Apud Labeonem, §. Quæsitum, ff. de iniur.* & gravior pœna est in carcere detineri, quam laborare in agro seu in opere publico, ut probat textus in l. *In servitum, ff. de pœn.*: & ibi notat gl. 2. Imo carcer dicitur species servitutis in l. 1. & 2. *ff. de liber. homin. exhibendo*: & species tormentum, ut notatur in Clem. 1. *de hæret.* & per Bald. in l. *Si ex servitutis, n. 1. C. de Episc. audien.* Non igitur mirum ut sicut à decreto torturæ, ita & à captura personæ detur appellatio, prout concludit ibi Bald. & seq. *hic* Abb. *n. 3.* Franc. *in 2. not.* & Præpos. *n. 7.* Guidop. *dec. 236.* ubi dicit omnis, & gravamen continuum inferri ex carceratione; ideoque nunquam transire tempus appellandi à gravamine carceratione, & semper posse appellari.

41 Non obstat quod carcer sit regulariter ordinatus ad custodiam, non autem ad pœnam, ut l. *Aut damnum, §. Solent, ff. de pœn.* ideoque locus functus sit, sicut muri civitatis, l. *Sacra, §. Proprie*, & l. *fin. ff. de ver. signif.* Raph. *Cumanus, cons. 106. Casu calcest, in fin.* quoniam id verum est inspecta principali intentione, sed nihilominus pœnam infert secundariò, quia detentus in carcere etiam custodiæ causa dicitur luere pœnam in corpore, ut notat Angel. in l. *Si quis, id quod, ff. de iurisd.*
43 *omn. iud.* & quamvis relaxari possit, tamen incurrit aliquam infamiæ notam, & damnum ex toto irreparabile, ut tradit Alex. *cons. 17. Requisitus, col. 3. num. 7. lib. 1.*

44 Demum hanc sententiam aliàs probavit Curia: nam cum Episc. Brundusinus inter cætera consuluisset S. Congreg. Concilii, An quod decreto Conc. Trid. *sess. 13. c. 1.* & alio *sess. 24. c. 20. de refor.* dicitur de gravamine quod per appellationem à diffinitiva reparari non potest intelligi possit, & debeat de gravamine indebitæ carcerationis: S. Congregatio respondit, ita esse intelligendum; & idem ab hujusmodi gravamine appellari posse, & Ordinarium teneri huic appellationi deferre, & teneri processum transferre ad judicem appellationis; Interim tamen reo manente in carceribus, donec judex appellationis causa cognita aliud jusserit: carceratio enim irrogat infamiam, & damnum irreparabile, Bald. Castr. *cns.* & Alex. *in l. 4. §. Condemnatum, ff. de re iudic.* Præpos. *in c. Super eo, li. 2. col. 3. de appell.* & Franc. *ibid. in 2. col.* Quod
45 si judex appellationis pronunciaverit carceratum esse gravatum, debebit relaxari à carcere, sed non ideo tota causa avocanda, puta carceratus propter concubinatum, si appellæ cognosci Metropolitanus si legitima indicia erant ad carcerandum, si non erant jubebit excarcerari, si erant debebit pronunciare ut maneat in carcere, sed neutro casu debebit prosequi causam in meritis concubinatus, sed relinquere Episcopo. Quam sententiam Congregationis Sanctiss. probavit: ita reperi ad notatum in libris publicis S. Congr. qui olim penes me asservabantur: sed decretum fuit postea editum nomine Sanctiss. usque ad vers. Carceratio enim. Omissa etiam posteriori clausula, quæ loquitur de remissione causæ ad Episcopum super negotio principali: fortè quia de jure, quando appellatur à gravamine ante sententiam diffinitiv-

vam. Judex appellationis datur quasi sub conditione quinati principalem causam simul primò cognoscat de gravamine; & tunc si invenerit appellationem minus legitimè pronunciabit male fuisse appellatum, & remittet partes ad priores judices appellantem in expensis condemnando: sed si invenerit appellationem legitimam esse, pronunciabit bene appellatum fuisse, & hoc casu non remittet partes ad judicem gravantem, sed ipse procedet super principali. Hic est casus in c. *Vt debitum, vers. Cum autem, inf. eod.* ubi sic declarat gl. *pen.* communiter approbata. Unde Abb. *ibi n. 8.* ex textu colligit justificata appellatione ab interlocutoria judicem ad quem succedere loco judicis à quo: & Præpos. *n. 12.* Similiter ex eo textu colligit regulam quod appellatione legitima pronunciata devolvitur ad judicem ad quem negotium principale: & propterea procedit in illo. Idem probat tex. à contrario sensu in c. *Romana, §. fin. inf. eod. lib. 6.* licet S. Congr. aliàs voluerit hoc dubium declarare; etenim consulta, an suspendente causa in prima instantia coram ordinario, ante diffinitivam à gravamine per eum illato appelletur ad Metropolitanum debeat justificato gravamine ad Ordinarium causa remitti, vel potius apud eundem Metropolitanum in eadem instantia terminari; non obstante decreto Concilii c. 20. *sess.* 24. Respondit quoad causas ex juris communis dispositione ad Ordinarium nemo remittendas, nihil innovasse Tridentinum Concilium.

46 Infertur tertiò, ut cum à censura Ecclesiastica, qualis est excommunicatio, suspensio, & interdictum, c. *Quærentis, de verbor. signif.* non appelletur ad effectum devolutivum; quia trahit secum executionem, c. *Pastoralis, §. Verum, inf. eod.* c. *Ad reprimendam sup. de off. ordin.* & c. *Si cui, de sent. excom.* Innoc.

47 *in c. Per tuas, n. 3. in verb. Absolvere, eod. tit.* licitum sit appellare à comminata censura; quia etiamsi illius sententia sit potius interlocutoria, quàm diffinitiva, ut notat Innoc. in d. c. *Per tuas*, gl. in fin. 2. *q. 1.* Jo. Andr. in c. *Venerabilibus, de sent. excom. lib. 6.* & Doct. *in Rub. de re iud.* tamen semper infert gravamen quod per appellationem reparari non potest; & ideo ante sententiam admittitur appellatio ab hoc futuro gravamine ex his, quæ dicta sunt *sup. num. 29.* ita ut si à comminata excommunicatione appellatum fuerit excommunicatio postea lata sit ipso jure nulla, ut c. 1. & ibi gl. 2.

48 *sup. eod.* & d. c. *Per tuas.* Quamvis enim regulariter in judicio non detur appellatio à futuro gravamine, ut hic, & in c. *Vt debitum, inf. eod.* & notat Felin. in c. *Significaverunt, num. 9. de testib.* tamen hoc fallit, si comminatum gravamen sit irreparabile, qualis est censura Ecclesiastica, ut per Felin. in c. *Cum non ab homine, n. 12. sup. de iud.* & Duen. *in reg. 42. n. 8.*

49 Quamobrem citatus ad dicendam causam quare non debeat excommunicari potest appellare, &

50 Ordinarius debet hic huic appellationi deferre, ut ex dictis constat; secus est si quis citetur ad dicendam causam quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem, quia cùm à declaratoria detur appellatio etiam suspensiva præterquam in judicialibus, c. *Solet, in fine de sent. excom. lib. 6.* Rot. *dec. 2. n. 5. de dol. & contum. in novis.* Roman. *cons. 481. In casu permisso, n. 9. vers. Præterea videmus*, Fel. in c. *Rudolphus, n. 43. de rescr.* illius comminatio non infert gravamen quod reparari non possit per appellationem à diffinitiva; & ideo à Concilio prohibita est appellatio. Quam differentiam inter comminationem excommunicationis ferendæ, & comminationem declaratoriæ excommunicationis jam latæ ponunt Fel. & Duenuis *supra*, & sæpius probavit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres.

51 QUÆRO, an viva voce possit appellari dum sententia excommunicationis proferitur.

Format hanc quæstionem Host. *in sum. de sent. & re iud. §. Qualis, sub §. Pura. vers. Quid si excommunicetur*, & disputat egregiè Jo. Andr. in c. *Cum sint partes, num. 2. de reg. iur. lib. 6. in Mercur.* Quoad effectum devolutivum non cadit dubitatio; quoniam appellatio devolvit, etiamsi fuerit interposita post latam excommunicationem, ut dictum est *sup. num. 45.* sed quæstio est quoad effectum suspensivum.

Pro solutione sic distingue, aut constat verbum, *appello*, fuisse pronunciatum ante prolationem verbi, *excommunico*; & excommunicatio non tenet tanquam lata post interpositam appellationem, c. *Per tuas, inf. de sent. excom.* Aut constat verbum, *appello*, fuisse pronunciatum post verbum, *excommunico*, & non valet appellatio tanquam interposita post excommunicationem, cum censura trahat secum executionem, d. c. *Pastoralis, §. Verum, inf. eod. cum alis sup. allegatis, n. 46.* Probatur hæc distinctio in c. *Si duo, de procur. lib. 5.* ubi non ponderatis præambulis litis, ille ex pluribus procuratoribus censetur occupasse, vel prævenire, qui prius litem est contestatus; sic in proposito non considerantur præambula, vel exordia sententiæ, vel appellationis, sed solum quis in substantialibus illorum actuum prævenerit; quod probant jura ibi allegata in gl. *super. Litis contestationem*, & in his conveniunt Doctores. Aut est dubium quis prævenerit, an sc. reus in prolatione verbi, *appello*, an Episcopus in prolatione verbi, *excommunico*, & sunt opiniones Jo. Andr. in d. reg. *Cum sint partes, n. 1. in fin. vers. Secundo vero casu*, cum quo transit hic Jo. de Imol. *nu. 2.* concludit reum esse ligatum: & præsumi excommunicationem præcessisse. Ratio est, quia de jurisdictione Episcopi, & de communicatione constat; de præcedente verò appellatione non constat, allegat. c. *Venerabilibus*,

52 *ad fin.* & quod ibi not. *de sent. excom. lib. 6.* præsertim quia excommunicatio est medicinalis, c. 1. *eod. tit. & lib.* & actus spiritualis est penetrabilior, quàm actus humanus, secundum quod notat Innoc. in c. *Præterea, ti. 2. n. 2. libro 1. in.* & pro hac opinione optimè facit gl. *inf.* ut in d. c. *Venerabilibus, inver. Postquam.*

Contrarium tenet Bald. *hic num. 7.* qui videtur sentire in dubio præsumi appellationem præcessisse per l. *Si quis id quod, vers. Quod si dum proponitur, ff. de iurisd. omn. iud.* & per l. *Arrhusa*, ibi incipiente nasci, *ff. de stat. hominum*: nam reus per appellationem incipit liber esse.

Placet mihi distin. Præpos. *hic n. 3. vers. Et forte*, quæ colligitur ex dictis Innoc. in c. *Cum tu, sup. de testib.* videlic. ut prima opinio Jo. Andr. procedat in foro conscientiæ, in quo debet quis in dubio sequi partem tutiorem, & æstimare se censura innodatum. Ad quod allego textum optimum in c. *Illud, infr. de Cler excom. minist.* Host. & Jo. And. in c. *fin. n. 3. supr. de big.* facit c. *Ad audientiam, c. Significasti, it 2.* & c. *Petitio, de homic.* Secunda autem opinio Baldi obtineat in foro contentioso, in quo judex in dubio non debet judicare quem excommunicatum, arg. c. *Si quid, §. 6. dist.* & c. Innoc. 22. *q. 4.* pro qua distinctione vide bonam gl. in c. *unum in vers. Æstimare, supr. de scrut. S.* Tho. 2. 2. *q. 60. art. 4.* & quod scripsi in c. *Ne innitatur, num. 140. & 164. de const.*

DE AP-

DE APPELLATIONE.

Cap. De Priore.

SVMMARIVM.

1 Appellationi interpositæ ad Papam non deferens mittitur cum litteris Ordinarij, ad Curiam puniendus.

2 Subditus potest Prælatum suum propter eius excessus manifestos appellare ad Superiorem.

3 Appellari potest à correctione Prælati & Regularis si sit manifestè criminosus.

Contrarium, num. 5.

4 Prælatus notorie criminosus non potest subditum corrigere.

Contrarium, num. 5.

5 Prælatus quantumcunque notorie criminosus, & irregularis ante depositionem potest iurisdictionem in subditos exercere.

6 Notabile, idest infamis redditur qui propter delicta, & malos mores, & n. seq.

7 Fama potest se habere ad bonum, & ad malum.

8 Appellationi etiam extraiudicialis non deferens puniendus est.

9 Si appellatio sit iusta, & rationabilis: aliàs secus.

10 Iudex peccat deferendo appellationi manifestè frivolæ.

11 Et quid in appellatione ab interlocutoria.

12 Appellatio in dubio præsumitur iusta, eique est deferendum.

13 Appellatio à correctione morum non admittitur. & n. 28. 29. & 34.

14 Nisi Prælatus etiam Regularis modum excedat in corrigendo.

15 Auditor Camera an in causis Regularium possit concedere monitoria, & inhibitiones, & cum quibus clausulis, distinguitur. & num. seqq. usque in fin.

16 Quid in causis Regularium Episcopi subiectorum.

Et quid in causis Ordinarij, quæ versantur inter diversas Religiones, num. 20.

Et quid in causis inter Regulares, & Seculares sive Clericos, sive laicos, num. 21.

Et quid in causis Prælatorum Regularium Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum, num. 22.

Et quid si agatur de debito, salario, vel contractu in Curia inito, num. 23.

Et quid si agatur de executione litterarum Apostolicarum, vel decretorum sacrarum Congregationum, num. 24.

Et quid si rei sponte se constituant in carceribus num. 26.

Et quid in criminibus atrocioribus, num. 27.

Et quid si agatur de Regularium disciplina, & morum correctione, num. 28.

17 Appellari potest vel ad Metropolitanum, vel ad Papam omisso medio à sententiis per Ordinarios latis in causis Regularium siti subiectorum. & num. 37.

18 Appellari non potest de iure civili ad Imperatorem omisso medio, sed gradatim est procedendum.

19 Auditor Camera est iudex appellationum, quæ à sententiis quarumcunque Ordinariorum ad Sedem Apostolicam devolvuntur, & n. 36.

20 Congregatio Episcoporum, & Regularium cognoscit causas vertentes inter diversas Religiones, dummodo formam iudiciariam non requirant.

21 Causæ inter Regulares, & Seculares sive Clericos, sive laicos, à quibus sint cognoscendæ.

22 Causæ Prælatorum Regularium Sedi Apostolicæ immediate subiectorum cognoscere possunt tam Legati, & Nuncij Apostolici, quàm Auditor Camera, & inter eos est locus preventioni.

23 Curiales etiam Regulares pro debitis, & contractibus in Curia initis, & pro salario conveniri possunt coram Auditore Camera.

24 Auditor Camera pro executione litterarum Apostolicarum, & Decretorum, seu Declarationum Congregationum dat monitoria etiam in causis, & negotiis Regularium.

Et quid in hoc fuerit provisum per Congregationem à Sanctissimo deputatam, n. 25.

25 Monitoria pro executione litterarum Apostolicarum, & in negotiis Regularium qualiter ab Auditore Camera sint concedenda.

28 Monitorium etiam Episcopo subiectorum correctio spectat ad Abbatem.

29 Appellatio non admittitur ubi de Regulari disciplina, & morum correctione agitur, nisi adsit excessus.

30 Auditor Camera an possit procedere in prima instantia in causis Ordinariis tam civilibus, quàm criminalibus inter Religiosos eiusdem Ordinis.

Et quid in gradu appellationis, num. 36. & seqq. usque in fin.

31 Auditor Camera potest cognoscere de excessibus exemptorum privativè quà ad omnes.

32 Declaratur si exempti sint Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, & alium Iudicem non habeant.

33 Causa inter Religiosos ab illorum superioribus sunt terminanda iuxta quorumcunque Religiosorum Institutæ.

34 Auditor Camera prohibetur quidquam decernere, quod locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem Decretorum Concilij Tridentini, & correctionem morum libere procedant.

35 Et eius facultates limitantur, ut non obviant Concilij Decretis.

36 Provinciales sunt Ordinarij in Provincia, & comparantur Prælatis habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem.

1 DE PRIORE. Legitur quatuor modis, ut hic per Abbatem *n. 2. in fin. vers.* In glo. 1. sed communiter sic summatur. Qui non detulit appellationi interpositæ ad Papam, mittitur cum litteris Ordinarii ad Curiam puniendus. Hoc dicit.

2 Nota primò ibi, *Propter propter hæ enormitates manifestas.* Secundum intellectum Innocentii, quod subditus potest Prælatum suum propter ejus excessus manifestos appellare ad Superiorem: & hujusmodi appellatio est quædam provocatio ad causam, ut in cap. *Cum sit Romana, supra eod.* dicunt Abb. & Alex. de Nevo *hic in 1. not.* de hoc mirandum non esse, quia subditus potest accusare Prælatum suum, & ejus crimen denunciare Superiori, ut c. *Licet Heli, de simonia,*

formam, cap. Ex parte, & cap. *Venens*, *de accus.* Unde eadem modo potest eum provocare ad causam. Interest enim cujuslibet subditi habere bonum Prælatum, *c. indulsit*, & cap. *Quæsit.* 8. *quæst.* 1.

3 Secundò nota in eisdem verbis, *Propter suam enormitatem manifestæ*. Secundum intellectum Joan. Andr. in c. 1. *num.* 9. *ad fin. vers. Dicit autem*, *de crimin. lib.* 6. Host. & Joan. Andr. in cap. *Licet in corrigendo*, *supra de offic. Ordin.* quod ubi Prælatus etiam Regularis est notorié, & manifestè criminosus, si corrigat subditos, potest ab ejus correctione appellari, dicendo *Amma*
4 *cetetrahem de oculo tuo*: nam ex quo notorié est criminosus, vel famosus non potest alium corri-
5 gere *c. judices*, 3. *quæst.* 7. secundum eos. Sed in contrarium est veritas, quia Prælatus quantumcunque notorié criminosus ante depositionem potest jurisdictionem in subditos exercere etiam si sit irregularis ex homicidio, ut est textus notabilis in c. *Veritatis*, *supra de dolo*, & *confirm.* & tenet glossa in cap. *Cum non liceat*, *in ver. Recedere*, *supra de præscript.* Innoc. in cap. *Cum nostris*, *num.* 2. *infra de concess. præben.* Abbas in c. *Sedeat ativa*, *num.* 9. *supra*, *de rescript.* & ibi D D. & in c. *Nunc*, 8. *q.* 2. Unde meritò prædictam lectiam reprobant hic Abb. *num.* 5. Franc. *col.* 2. *in fin. vers. Sed adverte*, Præpos. *num.* 2. *vers. Sed in contrarium*, Alex. de Nævo, *num.* 20. & Dec. *num.* 10. *vers. Sed ipse intellectus reprobatur communiter*. Nec obstat dictum cap. *Judices*, 3. *q.* 7. quia non loquitur de potestate judiciali exercenda, sed quoad meritum vitæ, & damnationem Prælati, qui magis delinquit corrigendo alium, & non se, sed nihilominus potest corrigere, secundum Abbatem, & alios prælegatos.

6 Tertiò nota ibi, *Quæ ipsum notabilem reddunt*, Delicta, & malos mores reddere quem notabilem, idest infamem. Unde exponit textum, ibi,
7 *notabilem*, idest infamis notatum: sicut enim fama potest se habere ad bonum, & ad malum, ut in l. *Capitolium*, *de famosis*, *ff. de pen.* & per Bart. in l. *De minore*, 3. *Plinium*, *num.* 5. *ff. de quæstion.* Ita & hoc ver. *Notabile*, quia potest referri ad virum moribus, & origine generosum & ad virum criminibus infectum; quia ille reddit se notum ex bonis operibus, hic verò ex pravis, ut in textu, & in c. *Experte A.* ibi, Infames & notabiles ad testimonium dicitur producit: *supra de testib.* & ita exponunt hanc litteram. Host. *ante num.* 1. *in ver. Notabilem.* Joan. Andr. *num.* 1. Abb. Alex. de Nævo, *in* 2. *notab.*

8 Quartò nota ex textu, non deferentem appellationi etiam extrajudicialis esse puniendum, ut hic patet, & notant Abbas *num.* 2. Franc. *in* 1. *not. ab.* Præpos. *num.* 2. *in fin. vers. Et ideo intelligit*, Dec.
9 *num.* 6. Alex. de Nævo *in ult. not.* Quod verum est si appellatio sit justa, & ex rationabili causa interposita: secus verò si justa sit, aut frivola, ut hic probatur ibi, *ipse*, tali a contrario sensu: nam ex quo punitur hic non deferens appellationi justæ: Ergo si injusta est appellatio non deferens non punitur, ut distinguit Bald. in l. *Judicium*, *num.* 1. *C. de appellat.* Abbas, & alii proximè
10 citati. Quintò peccat deferendo, quia declaratio hujusmodi est interlocutoria, quæ debet esse justa. Si ergo appellatio est manifestè frivola, peccat judex eam admittendo: facit tex. in *cap.* 1. *de re judicat. lib.* 6. Et quemadmodum peccat non deferendo appellationi justæ, ita peccat deferendo injustæ, cum contrariorum eadem sit disciplina, cap. *Hospitalem*, 32. *dist.* c. *Intellectum*, *de usuris*. & hic firmant Card. *num.* 2. ubi quod mortaliter peccat. Abb. Franc. & Alex. de Nævo *loco citato*: & Præpos. *num.* 3.
11 qui tamen limitat hoc procedere in appellatione à diffinitiva: secus verò in appellatione ab Interlocutoria, quia non peccat judex illi non deferendo, nisi à die inhibitionis factæ per judicem ad quem c. *Non solùm*, & cap. *Ramana*, 5. *Quod si obiciatur*, *eodem tit. lib.* 6. & notat Angel. in l. *Quoniam radices*, *num.* 4. *C. de appel.*
12 In dubio tamen appellationi potius est deferendum, quia præsumitur justa glos. notabilis in l. 1. *in ver. Locupletioremque*, *C. si adversus creditum*. Speculat. *eod. tit.* §. *Nunc dicamus*, *post medium*, *vers. Vincentius dixit*, Archidiac. in c. *Si à judice*, *num.* 1. *vers. Nota tamen quod ubi dubium est*, *eod. tit. lib.* 6. Franc. *hic col.* 1. *in fin. vers. Et ideo à quo*. Alex. de Nævo *num.* 14. & Præpositus *num.* 3. *in fin. vers. In dubio tamen*, & adde quod scripsi in cap. *Pastoralis*, *num.* 25. *infra eodem.*

In glossa prima nota bene intellectum glossæ: tum ille Prior fecerat spoliari Canonicum Regularem illi subjectum usque ad interoleum, & hic excesserat modum in corrigendo: unde Canonicus à tali excessu appellavit ad Papam, & quia Prior non obstante appellatione processit enormiter contra eum, Papa mandat Priorem ad Curiam vocari de tanto excessu satisfactorum. Et ita casum hic formant Bernardus, Baldus, & alii: & colligitur hic intellectus ex antiqua: nam, ut dicit Abb. Antiq. *num.* 1. In antiqua continebatur, quod usque ad effusionem sanguinis ille Canonicus fuit verberatus, & castigatus, & ob hoc appellaverat: & verba antiquæ sunt infrascripta, videlicet (de Priore, qui non deferens protectioni nostræ, & appellationi ad Sedem Apostolicam factæ, quemdam Canonicum suum vestibus fecit omnibus usque ad camisam spoliari, & accusationi, & appellationi renunciare cogit, quia de suis, & quorumdam fratrum enormitatibus murmuravit) referetur integra ab Antonio Augustino *in* 2. *Collect. Decretal. lib.* 2.
13 *tit.* 19. *c.* 3. & ex hac lectura, & ex textu collige notabiliter, quod extra correctione non appellatur, cap. *Ad nostram*, & c. *Reprehensibilis*, *in fin. regist. supra eodem*, & c. *Cum specialis*, *ibi fin. inf. eodem*, & patet ex antiqua, ut præfertur, relata ab Antonio Augustino, ubi dicitur: Sacrosanctam Romanam Ecclesiam non consuevisse hujusmodi appellationem admittere, ne Monachis, vel Canonicis Regularibus præbeatur audacia delinquendi: & ex Concilio Triden-
14 tino, *sess.* 13. *cap.* 1. *vers. In causis visitationis*, & *correctionis*, *sess.* 22. *c.* 1. *in fin.* Tamen si Prælatus etiam Regularis modum excesserit in corrigendo, benè admittitur appellatio, & tenetur Prælatus hujusmodi appellationi deferre, aliàs punitur, ut hic est textus, qui ad hoc quotidiè à Doctoribus allegatur: & notant glos. 1. Abb. Antiquus *num.* 1. Host. *eod. tit.* Jo. Andr. *num.* 4. Butr. *num.* 6. & plerique alii. Calder. *cons.* 209. *in princ. aliàs* 3. *de appellat. vers. Sed prædicta sunt vera*, con-

cordat textus in c. *Licet in corrigendo*, & ibi notat glos. *ult. supra de offic. Ordinar.* & in c. *sequenti circa prin.* ibi: *Nisi forsitan in talibus excesserint*, & in c. *Vitrerfratres supra de sent. excom.* & hoc casu Religiosus Episcopo subjectus potest ab illius sententia appellare, vel ad Metropolitanum, ut est casus in d. c. *Licet in corrigendo*, vel ad Papam, ut *hic* est expressum.

16 Ex Facto quæsitum est, An in causis Regularium concedenda sint monitoria, & inhibitiones à Tribunali Auditoris Cameræ, vel Commissiones à Signatura Justitiæ, & quatenus concedenda quomodo, & cum quibus clausulis.

Die 5. Aprilis 1670. In Congregatione Cardinalium; & Prælatorum super appellationibus, & inhibitionibus Tribunalis Auditoris Cameræ & aliorum Tribunalium Curiæ Romanæ à fam. mem. Urbano VIII. deputata; & à Sanctiss. D. N. Innocentio X. nunc renovata conceptum fuit dubium ut supra propositum, per manus transmissum, & in sequenti Congregatione discuten-
16 dum. Pro cujus facilitori solutione videntur excludendi aliquot casus non dubij, in quibus Auditor Cameræ potest concedere monitoria, & inhibitiones in causis, & negotiis Regularium.

Primus casus non dubius est in Regularibus Monasteriorum Episcopis subjectorum, prout sunt plures Abbatiæ, & Monasteria in Germania, Belgio, & Polonia in Congregationem non redacta, quæ nulla potiuntur prærogativa exemptionis, sed Episcopis Diœcetanis sunt subjecta quemadmodum erant Monasteria omnia de jure veteri, c. *Si quis Abbas*, & c. *Abbates* 18. *q.* 2. cap. *Qui verò*, *in fin.* 16. *quæst.* 1. c. *Cum dilectus*, & ibi dixi *num.* 1. & 12. *supra de Relig. domib.* Nam
17 si in eorum causis ordinariis Episcopus pronunciaverit, à tali sententia potest appellari, vel ad Metropolitanum, c. *Licet in corrigendo de offic. Ordinar.* vel ad Papam omisso medio, c. *Ad Metropolitanum*, 2. *quæst.* 7. c. *Ad Romanam* 1. & 2. & c. *Si quis*, 2. *q.* 6. glos. 1. in c. *Si diœcesis supra eodem*. Licet de jure civili non possit immediatè appellari ad Imperatorem, sed gradatim
18 sit procedendum, l. *Imperatores ff. de appellat.* Gemin. *cons.* 75. *Quia subtiliter num.* 2. ita si appelletur ad Papam, poterit procedere, & inhibitiones concedere Auditor Cameræ, qui est judex ordinarius appellationum, quæ à sententiis per quoscunque Ordinarios laicis etiam extra statum Ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam interponuntur, ut in *Bulla* 28. *Pauli V. Ad eximia fidelitatis* §. 10. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 212.

20 Secundus casus itidem non dubius est in causis ordinariis, & telam judiciariam requirentibus, quæ versantur inter diversas Religiones: nam Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium in hujusmodi causis se non ingerit, cum in Bulla Sixti V. *super institutione Congregationis Regularium*, §. 1. statutum sit per hæc formalia verba, (Audiant itidem, ac decidant prædicti Cardinales causas, & controversias inter prædictos Ordines vertentes sive in universum, sive ratione particularium locorum, dummodo formam judiciariam non requirant) *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 615. Quare in causis prædictis una Religio convenienda erit coram suo Conservatore si illum habeat; alioquin coram loci Ordinario ad præscriptum Constitutionis Gregorii XV. *de exemptorum privilegiis*, & Auditor Cameræ erit judex competens in causa appellationis ad Sedem Apostolicam interpositæ à sententia per Conservatorem, vel Ordinarium lata, ut in *d.* §. 10. Bullæ Pauli V.

22 Tertius casus non dubius est cùm lis, & causa vertitur inter Regulares, & Sæculares, sive Clericos, sive Laicos: nam si Regulares sint convenienda sunt coram suo Conservatore, vel Ordinario, ut dictum est in casu præcedenti: si verò sint auctores, & agant contra laicum, tenetur sequi forum rei, c. *Si Clericus Laicum*, *de foro compet.* & nunc extra statum Ecclesiasticum à sententia judicis Laici appellatur ad superiores judices laicos gradatim, ut in d. l. *Imperatores*, *ff. de appellat.* non autem ad Curiam, seu ad Auditorem Cameræ; sed in statu Ecclesiastico potest appellari ad Sedem ex dicta *Bulla* 28. *Pauli V.* §. 10. Si verò reus sit Clericus, convenendus erit coram suo Ordinario in prima instantia ut in Concilio Tridentino *sess.* 24. *c.* 20. & in secunda instantia appellari poterit omisso medio ad Papam, ut dictum est supra *num.* 17. & in utroque casu in gradu appellationis ad Sedem interpositæ Auditor Cameræ est judex competens ex *d.* §. 10.

22 Quartus casus similiter non dubius est in causis Prælatorum Regularium, qui generalibus Capitulis, aut Episcopis non subsunt, nec suos habent Ordinarios Regulares visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione existunt, de quibus in Concilio Tridentino *c.* 8. *sess.* 25. *de Regular.* Hæ enim causas in prima instantia cognoscere possunt tam Legati, & Nuncii Apostolici, quam ipse Auditor Cameræ, tanquam judex ordinarius exemptorum, ut in d. *bulla* 28. *Pauli V.* §. 12. & quamvis in hoc casu facultatem habeat privative quoad omnes, ut ibi disponitur, tamen in his procedunt etiam Legati, & Nuncij ex speciali facultate, quam habent à Sede Apostolica, ideoque inter eos, & Auditorem Cameræ, cum jurisdictio sit cumulativa, est locus præventioni, arg. c. *Præposuisti*, *de iur. compet.* cum concordan. de quibus ibi in glos. 1. & c. *Cum sit generale*, cum ibi notatis per Abbatem, & DD. *eod. tit.* & notat Paul. de Castro in l. *Si quis in hoc genus*, *num.* 4. *vers. Item nota*, c. *de appell. & Clerus*, & in Monitoris apponenda esset clausula, *quatenus in non pendeat*, alioquin præsentes litteræ minimè suffragentur. Quod si Legati, vel Nuncij in causa prævenerint, ab eorum sententiis appellabitur ad Sedem Apostolicam, & in secunda instantia Auditor Cameræ erit Judex competens juxta suas facultates.

23 Quintus casus pariter non dubius est cùm agitur de debitis in Curia contractis, aut de salario seu contractu in ipsa inito: nam Auditor Cameræ potest citare, & monere ad satisfaciendum Curiales, Ecclesiasticos sæculares, vel Regulares etiam ab ipsa Curia absentes pro quibusvis rebus, & pecuniarum summis ad instantiam quorumvis etiam absentium, ut disertis verbis caveur in eadem Bulla, §. 16.

24 Sextus casus adhuc non dubius est ubi agitur de executione litterarum Apostolicarum, vel decreto-

cretorum seu declarationum Congregationum, quia Auditor Cameræ pro hujusmodi executione dat monitoria etiam in causis, & negotiis Regularium ex cap. Bulla 28. Pauli V. §. 14. & expedit, ut hæc facultas ei conservetur, quia favorabilis est Religionibus, quæ hoc præsidio se tuentur adversus eos, qui eorum privilegia convellere, aut ladere moliuntur. Hinc tamen in dies oriuntur multa inconvenientia, quia cum Religiones ferè omnes habeant Constitutiones à Sede Apostolica confirmatas, & innumera quasi privilegia, & monitoria concedantur in genere contra quoscunque nullaque expressa causa; inde fitur nullum sit negotium, in quo prætextu executionis alicujus statuti, vel privilegii, aut declarationis extorqueri non possit monitorium. Unde multoties contigit, ut in actu celebrationis Capituli, vel electionis etiam in partibus ultramontanis præsentata fuerint monitoria non sine gravi turbatione, & scandalo. Et sæpe etiam Ordinariis, & Nunciis manus ligatæ fuerunt in causis in eorum Tribunali pendentibus, & in
25 calculo ferendæ sententiæ. Quare provisum est expedire, ut de cætero pro executione hujusmodi non dentur monitoria nisi expressis personis, contra quas, & ex qua causa, & cum clausula, *Quatenus in non pendeat*: lite autem pendente, dari quidem possint sine prædicta clausula, sed
26 non nisi parte citata, & audita. His additi fuerunt duo alii casus, in quibus Auditor Cameræ procedit in causis Regularium, videlicet cum rei sponte se constituunt in illius carceribus, & in criminibus atrocibus, in quibus procedere potest ex particulari oraculo Sanctissimi eidem notificato per Secretarium Sac. Congregationis. Hic tamen ultimus casus non est ex vi suarum facultatum, sed ex speciali commissione.

28 Rursus excludendus est alius casus non dubius in quo vice versa Auditor Cameræ non procedit in causis Regularium, nempe ubi de Regulari disciplina, & morum correctione agitur; hæc enim spectant ad Abbatem, etiam si Monasterium esset Episcopo subjectum, c. *Corripiantur*, 24. q. c. *Reprehensibilis*, *in fin. supra eodem* glos. in v. *Quanto*, *in ver. si Prælati*, *de Offic. Ordinar.* unde Auditor Cameræ in his non potest se ingere-
29 re in prima instantia; sed neque in gradu appellationis, quia in prædictis nisi adsit excessus, ut in hoc c. *Non datur appellatio*, ut in dec. *Reprehensibilis*, ibi, (Nec subjecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant) & infra ibi (Præcipuè verò hoc in Religiosis volumus observari, ne Religiosi eum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati sui, & Capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter, ac devotè suscipiant quod pro salute sua fuerit ejusdem injunctum) Concordat c. *Ad nostram*, *supra eodem*, cum aliis supracitatis in glos. 1. *num.* 14.

30 Itaque exclusis casibus, in quibus nulla est dubitatio, propositum dubium restringitur ad causas ordinarias tam civiles, quàm criminales, quæ versantur inter Religiosos ejusdem Ordinis, vel inter subditos, vel inter subditum, & Prælatum, vel inter subditos, & Capitulum, vel inter monasterium, & monasterium, vel inter provinciam, & provinciam, vel aliàs quomodolibet.

Pro solutione examinandum est, 1. Auditor Cameræ possit in his casibus se immiscere vigore suarum facultatum sive in prima instantia, sive in gradu appellationis.

31 Et quidem pro jurisdictione Auditoris Cameræ respectu primæ instantiæ facit Bulla 28. Pauli V. §. 12. ubi datur ei facultas cognoscendi tam per se, quàm per Notarios suos, eorumque substitutos de excessibus commissis per quoscunque exemptos à jurisdictione Ordinarii, & Sedi Apostolicæ immediatè subjectos, & culpabiles expertos puniendi. Tales enim videntur esse etiam Regulares cum Religiones ferè omnes ex amplissimis privilegiis ab omnimoda ordinariorum jurisdictione sint exemptæ, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ, ut plenè scripsit in c. *Tuæ*, *infra de privileg.* & cum supradicta Bulla Pauli V. loquatur de exemptis per verba universalia, & geminata, videlicet cujuscunque status, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerint, videtur includere etiam Regulares, licet de illis expressa mentionem non faciat, ad glos. in c. *Pastoralis*, *in ver. Temporaliter*, *infr. de donation.* cum similibus, ut dixi in c. *Ex parte*, *num.* 31. & 44. *de privileg.* præsertim ponderando verba *cujuscunque ordinis*, quæ proprie conveniunt Regularibus, ut r. *Vnico de Religios. domib. in 6.* & Clement. 1. *de Regular. cum similibus.*

Sed nihilominus in Congregatione habita die 5. Julii 1650. contrarium fuit resolutum, videlicet in causis Regularium ejusdem Religionis sive sint inter subditos, sive inter subditum, & Prælatum, sive inter Monasterium, & Monasterium, sive aliàs quomodolibet, Auditorem Cameræ se immiscere non posse in prima instan-
32 tia. Nam præcitata Bulla Pauli V. in d. §. 12. debet intelligi de illis exemptis, qui sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ, & alium Judicem non habent, quales sunt plures Abbates in Germania in Congregationem non redacti, qui nec Episcopis, nec Capitulis subsunt, nec suos habent Ordinarios visitatores, de quibus loquitur Concilium Tridentinum c. 8. *sess.* 25. *de Regular.* quales etiam sunt multi Prælati inferiores, & Commendatarii nullius Diœcesis, de quorum criminibus, & excessibus Auditor Cameræ potest inquirere, & in culpabiles animadvertere. Sed Bulla non procedit in exemptis Regularibus in Congregationem redactis, qui subsunt Prælatis suis, c. *In singulis*, *de stat. Monachor.* c. *Reprehensibilis*, *supra eod.* cum multis similibus. Quod ex eo convincitur manifestè, quia in d. §. 12. datur facultas Auditori Cameræ cognoscendi de criminibus Exemptorum privative quoad omnes. Ergo non potest hoc verificari in Regularibus, qui suis Prælatis, Visitatoribus, & Capitulis subsunt: aliàs sequeretur, ut Superiores Re-
33 gulares non possent punire excessus suorum subditorum, quod esset intolerabile, & contra Sacros Canones, Generalia Concilia, & Decreta Apostolica, Statuta Ordinum, & communem observantiam, & signanter contra Bullam Sixti V. erectionis Sac. Congregationis Regularium *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 615. ubi *in* §. 1. sic legitur: (Causas verò, quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit, juxta quarumcunque Religionum instituta, eorumque dispositionem Superiores illorum deliniant, atque terminent.

Præ-

Præterea Concilium Tridentinum, *sess.* 24. *cap.* 20. statuit ut causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima instantia coram Ordinariis locorum cognoscan-
34 tur, & terminentur: & in Bulla 113. Pij V. *super reformatione Tribunalis Auditoris Cameræ* §. 16. *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 319. disponitur, ut nihil sine speciali commissione Pontificis Auditor Cameræ decernat, aut mandet, quod Episcopos, & alios locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem Decretorum S. Conci-
35 lii Tridentini, correctionemque morum liberè procedant: & in dicta Bulla 28. Pauli V. post facultates Auditori Cameræ attributas, *in* §. 38. Legitur clausula infrascripta, videlicet (Per præsentes autem non intendimus Decretis Concilii Tridentini in aliquo derogare, vel aliàs præjudicare, sed illa salva esse, & in suo robore permanere.

36 Quo verò ad causas Regularium in gradu appellationis ex eadem Bulla 28. Pauli V. §. 10. Auditor Cameræ potest cognoscere causas appellationum, quæ à sententiis quorumcunque Ordinariorum etiam extra statum ecclesiasticum
37 ad Sedem Apostolicam devolvuntur. Provinciales autem sunt Ordinarii in provincia, & comparantur Prælatis habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem: & ita observatur teste Cardinale *cons.* 89. *Casu super quo*, *num.* 2. *vers. Nam tales ministri*: & ab eorum sententiis de jure communi appellari potest ad Papam omisso medio, ut hic, & in concordantiis, de quibus suprà in primo casu non dubio *num.* 17. & ita si appelletur ad Papam, Auditor Cameræ videtur posse appellationes recipere, & inhibitiones decernere in vim suarum facultatum.

38 Cæterum Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium anno 1587. decrevit, ut infra, videlicet.

Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio secundum imminentem admissorum criminum pœnam ex suis Constitutionibus, aut aliàs debitam, sibi metuentes falsa, & commentitia gravamina causari, non ad immediatos sui Ordines Superiores, scilicet à gravamine Prioris ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protecturem, prout per cujuscunque Religionis Constitutiones disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam sæpius fugiunt, potius quàm recurrant: ex quo Ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaciores evadunt: Placuit S. Congregationi Regularium ex ordine Sanctissimi statuere, ut si quis Regularium impositerum temerè, levique ex causa hanc almam Urbem, seu Curiam absque sui Superioris licentia, & supradicta forma prætermissa adire præsumpserit ad suos eosdem Superiores severiori pœna plectendus remittatur.

Et sanè expedire non videtur, ut Religiosi in suis causis litigent extra Ordinem; quia sic datur eis materia vagandi extra claustra, & discurrendi per Curias contra Canones, ut cap. *Si cupis*, & c. *Placuit communi*, 16. q. 1. c. *Quanto*, *de offic. Ordin.* c. *Monachi*, *de stat. Monachor.* Clem. *Ne in agro*, §. *Quia verò*, *eodem titulo* cum multis concordantibus; tum quia propter ingentes sumptus, qui fiunt in litibus prosequendis, coguntur pecunias quandoque etiam illicitis mediis sibi comparare, & proprietatem habere, contra cap. *Cum ad Monasterium*, *de stat. Monachor.* tum quia eorum delicta in publicantur in sæculo cum ignominia Religionum, & scandalo sæcularium, contra cap. *In scripturis*, 90. *dist.* ubi refertur Constantinum dixisse: verè si propriis oculis vidissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui Monastico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. Tum denique quia ex hoc enervatur Monastica disciplina, & Prælatis Regularibus debita subtrahitur obedientia, contra textum in c. *Reprehensibilis*, *supra eodem.* Quam ob causam multæ Religiones obtinuerunt à Sede Apostolica, ut ab ordinationibus Superiorum non liceat subditis appellare, & in specie Sixtus IV. dicitur concessisse Generali Ordinis S. Augustini, & Carmelitarum, ut possint sua officia exercere rejecta quacumque appellatione. Et Julius II. dicitur prohibuisse Fratribus Prædicatoribus sub pœna excommunicationis appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti Ordinis, ut refertur in *Compendio Privilegiorum Mendicantium in ver. Appellare.*

Et ex his resultat etiam resolutio ad tertium dubium superius propositum de Commissionibus Signaturæ Justitiæ, quia videtur non expedire, ut causæ Religiosorum extra Ordines committantur.

Veruntamen in Sac. Congregatione desuper habita die 19. Julii 1650. tantummodo fuit provisum, ut in casibus, in quibus Auditor Cameræ potest appellationes recipere à sententiis, & gravaminibus Prælatorum Regularium, Inhibitiones minimè decernat, nec Præfectus Signaturæ Justitiæ dat Commissiones, nisi citato Procuratore Ordinis.

DE APPELLATIONE.

Cap. Constitutis, il secondo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio contra electum, & confirmatum non admittitur ad impediendum electionem, vel confirmationis effectum. & num.* 17.

Fallit primò in appellatione iudiciali. n. 18. *&* 19.

Fallit secundò in confirmatione clandestinè facta n. 20.

Fallit tertiò si in loco vigeat consuetudo confirmandi, non positus electus n. 21.

Fallit quartò in collatione, seu provisione. ibidem num. 22.

2 *Electio an, & quando possit restringi ad duos.*

3 *Electio honestius est ut fiat de idoneo de eodem Collegio, quàm ut fiat transitus ad magis idoneum alterius Collegij.*

4 *Electoribus deferri potest iuramentum à Superiore, ut magis idoneum eligant.*

5 *Patronus potest Episcopus deferre iuramentum de præsentando magis idoneum, si subsit suspicione mere ar-*

tur aliquo in ordinato affectu.

6 *Fallit si contra Patronos esset præsumptio perjurii.*

7 *Iuramentum omnino est deferendum illi, contra quem vehementer præsumitur de transgressione.*

8 *Electio in foro conscientiæ debet fieri de magis idoneo.*

9 *Eligens dignum post habita digniore mortaliter peccat.*

Et magis idoneus dicitur non tantum respectu sui, sed etiam in ordine ad utilitatem Ecclesiæ, num. 14.

10 *Electio de digno, omisso digniore, in foro externo valida est, nec debet retractari.*

11 *Quæ procedit non obstante iuramento de eligendo magis idoneum.*

12 *Et quid si à contraria electione fuerit appellatum.*

13 *Et quid in concursu Parochialium Ecclesiarum.*

14 *Prælatus eligendus est melior non simpliciter, sed in ordine ad Ecclesiæ regendam. & n. seq.*

Et an dives, & potens pauperi, & litterato sit præferendus, vel è converso, n. 16.

15 *Episcopi non debent esse tantummodo revolutores chartarum, sed etiam factores operum.*

19 *Confirmatio facta iudiciali ordine observato habet vim definitivæ.*

20 *Confirmatio electionis clandestinè facta quando dicatur.*

21 *Confuetudo confirmandi electum non positu edictis valida est.*

1 CONSVETUDO, il secondo. Appellatio frustratoria possessionem confirmandi non impedit. Hoc dicit. Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Card. Anch. & Imol. Vel aliter secundum Abb. Franch. præpos. & Alex. de Nævo. Contra electum, & confirmatum nullum aliud jus expectantem non admittitur regularitèr exceptio, vel appellatio, maximè frustratoria ad impediendum electionis, & confirmationis effectum, sed possessione habita poterit accessari, vel denunciari. Hoc dicit: & est casus notabilis. Dividitur in tres partes. In prima narrat factum, In secunda diffinit, ibi *Nos ergo*. In tertia protestatur, ibi, *Si quid tamen*.

Nota primo ibi, *Vnum eligerent de duobus*.

2 electionem posse restringi ad duos: quod verum est in duobus casibus, secundum Imol. *hic n.* 2. & Joan. de Anan. *num* 3. & Præpos. *num.* 11. primus est quando ipsimet eligentes in tractatu ad hoc se restrinxerunt: hoc enim non est contra formam Concilii generalis in cap. Quis propter, de elect. cum nusquam inveniatur prohibitum, quin de duobus tantum possit fieri scrutinium, vel compromissum arg. c. 2. §. *Sed nequæ de translat. Episc.* Secundus est quando non

3 essent nisi duo idonei de Collegio: nam de suo potius, quam de extraneo debet fieri electio, cap. *Nullus invitis*, 61. *dist.* & interdum ex gremio certæ ecclesiæ c. *Cum dilectus*, *de consuet.* cap. *Abbate de ver. signif.* Honestius enim est, ut idoneus eligatur de eodem Collegio, quam ut fiat transitus ad magis idoneum alterius Collegii, secundum Abb. *hic num.* 8. *vers. Et intelige prædicta*. & præpos. *num.* 18. *vers. Si tamen in Ecclesia illa*, & in hoc resident Innoc. *in princ.* Abb. Antiq. *num.* 1. Host. *nu.* 2. *in ver. Vnum*, Joan. Andr. *num.* 5. Bellam. *num.* 2. *in ver. De duobus*. Butr. *num.* 3. Anchar. *num.* 4. Imol. & Joan. de Anan. præpos. *locis citatis*. Aliàs verò electio per superiorem restringi non potest, cum debeat esse libera, secundum ea, quæ leguntur, & notantur in cap. *Cum terra*, *de elect.* Unde sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consulta à Generali Ordinis S. Augustini, An ei liceat in electione Provincialium, priorum, aliorumque Officialium facienda aliquos nominatim proponere, ex quibus unus canonicè per secreta suffragia ad officium eligatur: Respondit non licere.

Secundo nota ibi, *magis idoneum*, & *utilem*

4 *reputarent*. Superiorem, ad quem spectat ius confirmandi, posse deferre Sacramentum electoribus; & ficeos jurejurando adstringere, ut secundum Deum, & conscientiam suam eligant magis idoneum: nam obtestatio, seu adjuratio, de qua in textu loco juramenti habetur gloss. 2. *hic* Host. *n.* 2. Abb. Præpos. & Alex. de Nævo omnes *in 1. notab.*

5 Et ex hoc, ex textu deducitur primo notabilis theorica secundum Abb. *ubi supra*, videlicet quod ubi Episcopus timeret, ne patroni movererentur aliquo in ordinato affectu, posset eis deferre juramentum de præstando magis idoneum: & sequuntur Præpos. *num* 2. Alex. de Nævo,

6 *num.* 3. & Dec. *in 1. notab.* Qui tamen intelligit hoc verum esse, nisi contra Patronos esset præsumptio perjurii, quia tunc non deberet adjuratio fieri, seu juramentum deferri. Quod satis placet per tex. in c. *Clericos*, *de cohabitat. Clericor. & mulier.* ubi non debet prælatus deferre juramentum Clericis concubinariis de non redeundo ad concubinas, ne in perjurii reatum

7 incurrant. Ex quo textu Abb. *num.* 2. generaliter infert, ut nunquam juramentum sit deferendum illi, contra quem vehementer præsumitur de transgressione: imò deferens peccat, ut est tex. optimus in c. *Ille* 22. *q.* 5. Ubi Augustinus ait (Ille, qui hominem provocat ad juratio-nem, & scit eum falsum jurasturum, vincit homicidiam, quia homicida corpus occiturus est, ille animam, imò duas animas, & eius, quem

8 jurare procuravit, & suam. Secundò ex textu deducitur manifestè electores in foro conscientiæ teneri digniorem eligere, nec suæ obligationi satisfacere dignum eligendo: nam si adhuc teneretur, nullatenus posset eis juramentum deferri, ut in text. concordat cap. *Licet ergo*, 8. *q.* 1. ubi qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior: & qui in omni virtute eminentior; ille eligitur ad Sacerdotium, c. *Illud*, *ead. caus. & quæst.* c. *Vnum omnium*, §. *Nunc autem*. ibi (Sed talis eligatur, cuius comparatione cæteri grex dicantur,) 25. *dist.* c. *Vilissimus*, 1. *qu.* 1. cap. *Metropolitanæ*, 63. *dist. in fin.* ubi (ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, vel Diaconis optimus ordinatur.) c. *Quoniam de interpatr.* ibi (Ille præficiatur ecclesiæ qui maioribus juvatur meritis) cap. *final. de offic. custod.* ibi, (Vt ad hoc opus tales ordinen-

9 tur, quales & meliores, & sanctiores esse videntur.) Et quamvis gloss. in d. cap. *Licet ergo*, *in ver.*

ver. Qui præstantior, 3. *quæst.* 1. relatis aliorum opinionibus concludat cum Hugone eligentes non peccare si eligant dignum, licèt potuerint eligere digniorem, & cum glos. consentunt *hic* Jo. de Imol. & Philippus Franchus: tamen opinio gloss. procedit in voluntariis tantùm; sed in necessariis, ut in electione, oportet meliorem eligere, ut ibidem declarat Archidiac. *num.* 3. Et hæc opinio communiter tenetur, & videtur etiam de jure verior, ut attestatur hic Decius *num.* 6. & 12. Itaque eligentes dignum vulnerant conscientiam, si potuerunt eligere meliorem, ut sit Federicus de Senis *cons.* 95. *super dubitationum articulis*, *num.* 1. & Abbas *hic num.* 7. Imò peccant mortaliter, & est orandum pro eis, quia multi incidunt in hunc laqueum, ut formaliter inquit Butr. in c. *Inter cætera*, *num.* 5. *de offic. Ord.* Idem pluribus relatis tenet Covar. *in reg. Peccatum. par.* 2. §. 7. *num.* 4. *vers. Si verò, qui dignum*; subdens ita communi omnium consensu receptum esse in hoc Cap. Et est sententia D. Thom. in 2. 2. *qu.* 63. *art.* 1. & *qu.* 185. *art.* 3. & *quol.* 8. *artic.* 6. & *quol.* 6. *art.* 9. quam etiam probavit Rota *decis.* 65. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* & in *Toletana Canonicatus* 18. *May* 1584. coram Ill. mem. Clem. VIII. impress. apud Marchet. *de Commiss. part.* 1. *cap.* 7. *fol.* 287. Hodie hæc opinio in iis, qui majoribus Ecclesiis præficiuntur, est indubitata, quia Concilium Tridentinum, in c. 1. *sess.* 24. (Omnes, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcunque jus à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, hortatur, & movet, ut imprimis meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quàm si bonos pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant, eosque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano favore, aut ambitionis suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curave-

10 rint.) Hæc ibi, Cæterum in foro externo, & post factum electio de digno posthabito digniore valida est, ne debet retractari, c. *Monasterium*, 16. *qu.* 7. c. *Cum terra*, cap. *Cum non ab eis*, & c. *Cum in cunctis*, juncto cap. *Quia propter*, *de elect.* cap. *Nisi cum pridem*, §. *Pro defectu*, *de renunc. c. fin. de præsumpt.* & hic firmat gloss. *in ver. Magis utilem. Butr. num.* 15. Cardin. *suo num.* 3. Abb. *num.* 6. & 7. Præpos. *num.* 2. & 18. Dec. *num.* 12. & reliqui omnes. Rota in d. *Toletana Canonicatus num.* 3. & *d. decis.* 65. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* S. Thom. in 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *ad* 3. dicens quantum ad hoc, ut electio impugnari non possit in foro judiciali satis esse eligere bonum, nec oportere eligere meliorem, quia sic omnis electio posset habere calumniam. Et idem repetit *quol.* 8. *art.* 6. *ad* 5. *vers. Vel dicendum*, & *quolib.* 6. *art.* 9. *vers. Sed contra*, Sylvest. *in ver. Electio*, in 1. *quæst. num.* 26. & alij plures tam Theologi, quàm Canonistæ, quos cumulat Covar. *in d. reg. Peccatum*, 1. *part.* 2. §. 7. *num.* 3.

11 Quod procedit etiam stante juramento, de eligendo magis idoneo, quia nihilominus electio de digno non retractatur, ut probatur hic, & tenet Cardin. *d. n.* 2. & Præpos. *eod. num.* Covar. *ubi supra*, *vers. Secundo probatur*, & Rota in *dicta Toletana Canonicatus*, *distinctum*, 3.

12 Fallit hæc conclusio si ab initio Electoribus denunciatum fuisset, ut digniorem eligerent, & à contraria electione fuisset appellatum, quia tunc electio de digno prætermisso digniori non valeret, ut hic Abb. *n.* 7. *vers. In hac materia*, id est irritanda esset per viam attentati, quasi contra appellationem facta, non quia nulla esset ipso jure secundum Præpos. *num.* 18. Et quamvis Franchus *col.* 2. *circa med. vers. Sed adverte*, posit Imol. oppositum sentiat, putans etiam hoc casu electionem de digno validam esse, nec retractari posse, ejusque opinionem in practica admittendam putet, Covar. *in d. reg. Peccatum num.* 3. *vers. Contra Imol.* ob eam rationem, quia alioquin quælibet electio revocari posset in discrimen, & omnia litibus involuerentur: tamen primam opinionem Abb. complectitur, & bene ab objectis tuetur Dec. *hic num.* 12. quæ etiam mihi magis placet, nec videtur urgere consideratio Covarruviæ, quia hic casus denunciationis, & appellationis à futura electione de digno omisso digniori est admodum rarus, & rarò etiam contingit in Parochialibus Ecclesiis non obstante, quod ex Constitutione Pij V. sint conferendæ magis idoneo in concursu, & rejecto licitum sit appellare à prælectione facta de digno, & constito de irrationabili judicio, prælectio sit retractanda, ut plenè dixi in c. *Eam te*, *supra de ætat. & qualitat.*

13 Ex hinc collige secundam sententiam ad regulam superius propositam, quod electio de digno omisso digniori valida sit in foro judiciali: tallit enim in Ecclesiis Parochialibus, quæ conferuntur prævia forma examinis per concilium ad præscriptum Concilii Tridentini c. 18. *sess.* 24. Nam in his Episcopus inter probatos ab Examinatoribus Synodalibus debet omnino eligere magis idoneum; alioquin licebit postposito appellare, & provocare prælectum ad novum examen, & electio per judicem appellationis erit retractanda, constito de irrationabili judicio Episcopi, & Parochialis magis idoneo erit conferenda, ut in præcitata Constitutione Pij V.

14 Tertio nota in eisdem verbis *magis idoneum & utilem reputarent*. Eligendum in Prælatum debere esse magis idoneum, non tantùm respectu sui, sed etiam in ordine ad utilitatem Ecclesiæ ut hic per Abb. *in* 3. *not.* concordat Concilium Tridentinum in d. *cap.* 1. *sess.* 24. ibi (Nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles judicaverint) neque enim Episcopi debent esse tantummodo revolutores chartarum, ut in c. *In canonum* 16. *qu.* 1. & alibi simpliciter repellit à promotione, ut c. *Petrus* 39. *dist.* Itaque non oportet, ut ad Prælationem semper eligatur, qui est melior simpliciter; Possibile est enim, ut illi, qui est in charitate perfectior, deficiant multa, quæ requiruntur ad hoc, ut aliquis sit Prælatus idoneus, quæ in alio, qui est minoris charitatis inveniuntur, ut sunt scientia, industria, potentia, & alia hujusmodi. Unde non oportet semper eligere meliorem simpliciter, sed eum, qui sit melior ad Ecclesiam regendam, ita S. Thom. *d. quodlib.* 8. *art.* 6. & *d. quodlib.* 6. *art.* 9. Considerandum est igitur, an persona sit sufficiens etiam respectu ipsius beneficii, an verò non,

non, ut hic per Imol. *num.* 8. & Præpos. *num.* 6. puta si beneficium habeat possessiones inter inimicos, eligetur potius primas in civitate, & Dux fidelionum, vel homo potens, & robustus, quam litteratus, c. *Officij supra de elect.* & innuit text. noster in illis verbis: *In quibus Præpositure possessiones*, similiter si beneficium esset ere alieno gravatum, potius eligeretur Dives, & potens, quam pauper; & Doctor arg. cap. *Hoc vos pertinet* 10. *qu.* 2. Quod si beneficium vel inter hæreticos, vel inter abhorrentes à cultu, præferendus esset Theologus, vel Canonista diviti, & potenti adnotata in c. 1. *supra de consanguin. & affinit.* Quod latius discurrendo per singulas qualitates prosequitur hic Hosti. *num.* 7. Jo. Andr. *num.* 21. licet glos. notabilis in c. *Quoniam verum*, *in ver. Introitus* 24. *qu.* 1. referat, cum duo certarent de electione, & unus alleget ignobilitatem, & paupertatem alterius, alium e adverso respondisse: Piscatori Petro fabri filio successorem quærimus non Augusto; unde glos. additionalis ibi:

Nobilem fossum, fossu sitem parit, & armat
Ex humo, capiunt hæ stra mattia iter.

Facit c. *Venerabilis*, & c. *de multa in fin.* cum utrobique notatis per DD. *supra de probend.* quæ de re plura cumulat hic Jo. Andr. *num.* 21. & adde quod de qualitatibus concurrentium scripsit in d. c. *Eam te, in ult. quæst. de stat. & qualit.*

17 Ultimò nota, ibi, *Confirmatione effectum*, Appellationem interpositam post confirmationem electionis non impedire quominus confirmatus possessionem consequi debeat, ut hic est casus secundum Abb. & alios supracitatos in Sum. tex. Ratio quia possessio illa est quid facti, & effectus consecutivus juris præcedentis; ac proinde ob interpositam appellationem differri non debet, ut hic in glos. *ult. ad fin.* & notat Imol. *num.* 6. & 13. Abb. *num.* 6. & Præpos. *num.* 12.

18 Declara primo tex. nostrum, ut procedat in appellatione extrajudiciali, prout intelligunt communiter DD. nam confirmatio, de qua tex. loquitur, facta fuit absque solemni causæ cognitione & ideo causa etiam rationabilis appellationis emissæ extra judicium non cessat, quod factum est ante appellationem, nec impedit illius executio-

19 nem, vel effectum, ut in tex. At secus est in appellatione emissa in judicio, quando scilicet confirmatio fit oblato libello, lite contestata, & alio judiciali ordine observato, quia tunc confirmatio habet vim diffinitivæ; & idcirco appellatio judicialis suspendit sententiam, & effectum ejus, secundum Innoc. *hic num.* 2. cum quo transeunt Abb. *num.* 14. & communiter DD.

20 Declara secundò tex. nostrum, ut locum habeat in confirmatione, in qua fuerit servata forma c. *fin. de elect. lib.* 6. secus autem in confirmatione clandestine facta, veluti quia edictum inspicinon potuit, vel quia fuit appositum tempore non congruo, vel in loco, unde potuit de facili auferri, vel quia fuit à pluviis corruptum; hoc enim casu appellatio etiam extrajudicialis bene impedit confirmationis effectum, quia cessat ratio. de qua infra in quarta declinatione, ita determinat Innoc. in c. *penult. num.* 3. *supra de caus. poss. & propriet.* & sequitur Præpos. *hic num.* 14.

21 Declara tertiò, ut non procedat si in loco recent consuetudo de non ponendo edictum juxta formam dicti c. *fin. de elect. lib.* 6. talis enim consuetudo valida est, ut ibi notatur per DD. nihilominus appellatio extra judicium suspendit effectum confirmationis, ut per Præpositum *ubi supra vers. Vel pone quod consuetudo*: nam & hoc casu cessat ratio, de qua infra proximè.

22 Declara quarto hunc textum, ut locum non habeat in collatione seu provisione: nam appellatione extrajudicialis bene impediet, ne provisus possessionem assequatur, ut cap. *Accedens*, *infra de Appellat.* & post Innoc. firmat Butr. & alij in d. c. *penult. de caus. poss. & propriet.* & Præpos. *hic num.* 13. Ratio differentiæ inter confirmationem, & collationem est, quia in confirmatione citatur pars, vel saltem per edictum fit citatio generalis, ut in d. c. *final. de elect. lib.* 6. Unde verisimile est, ut si quid esset discutiendum illud fuisset discussum in ipsa confirmatione, ideoque exceptio, seu appellatio videtur postea calumniosè interponi ad impediendum, ne confirmatus possessionem adipiscatur. At secus est in collatione, quia licet habeat vim confirmationis, ut notat glos. in c. 1. *de elect. lib.* 6. Tamen in ea non requiritur citatio illa, seu propositio Edicti, quæ requiritur in confirmatione, ut est glos. communiter approbata in d. c. *fin. in ver. Electione certa fin.* Unde nil mirum si volens opponere sit admittendus antequam tradatur possessio, cum non poterit contradicere in collatione, ut bene hic per Præpos. *d. n.* 13. Eamdem differentiam inter confirmationem electionis, seu institutionem, & liberam collationem, seu provisionem ponit Lambert. *de Iurep. lib.* 2. *par.* 2. *qu. in art.* 5. *num.* 5. Quamobrem non videntur audiendi Gonzalez *ad regulam de mensibus*, *gloss.* 9. §. 1. *in Annotat. num.* 27. & Lancellot. *de Attentat.* 2. *par. cap.* 12. *limit.* 5. *num.* 4. & 5. & *limit.* 40. *num.* 5. citati à modernis Collectoribus hic, dum dixerunt quando procedit extrajudicialiter, nullam appellationem exadverso interpositam suspendere collationem, nec possessionis traditionem: Etenim tex. noster, & DD. ab eis citati non loquuntur in collatione, sed in confirmatione, in qua diversa militat ratio, ut dictum est.

DE APPELLATIONE.

Cap Pastoralis.

SUMMARIUM.

Clausula, appellatione remota, *tollit omnem appellationem, quæ à iure non est expressè permissa.*

2 *Et datur à summo Pontifice tantùm in terris Ecclesiæ indistinctè; sed in terris Imperij in causis spiritualibus, vel mixti fori, aut inter personas Ecclesiasticas, & num.* 4.

3 *Clausula*, appellatione remota, *non datur à Congregationibus Cardinalium, nec à Signatura Justitiæ.*

4 *Datur ab Imperatore in locis imperio subiectis in causis temporalibus, & inter Laicos.*

5 *Item à Regibus, & Principibus non cognoscentibus Superiorem in temporalibus.*

6 *Appellatio cum sit species defensionis, quæ est de iure naturali, qualiter tolli possit à Principe.*

Clau-

7 *Clausulam*, appellatione remota, *à sententia interlocutoria aut Iudices inferiores dare possint in subdelegatione causarum.*

8 *Clausula utcunque obiisa in rescripto opposita debet intelligi, ut aliquid operetur ultra ius commune, & num. sequ.*

9 *Appellationis remedium nulli denegandum.*

10 *Privilegio suspensa imperatur quod de iure communi competit.*

11 *Expressè ratum, quod tacitè iustum, debet aliquid augere.*

12 *Statutum debet interpretari, ut non sit de casu indubitabili, & à iure communi decisso.*

13 *Verba Statuti debent impropriari, ut aliquid operentur.*

14 *Appellationi frivola deferendum non est, licet appellatio in rescripto non sit inhibita, & num.* 20.

15 *Clausula*, appellationes remota, *tollit appellationem, quæ à iure non indulgetur expressè ad effectum suspensivum tantùm, non autem devolutivum.*

16 *Ex stylo Curiæ quoad partes nihil operatur, sed tantùm quoad iudicem ne teneatur deferre.*

17 *Et gravamina à iudice illata post appellationem non revocantur per viam attentatus, sed per viam querelæ, & num.* 30.

18 *Clausula*, appellatione remota, *an bodie aliquid operetur, & quid & num. sequen. usque in fin.*

19 *Appellationes quatuor sunt species.*

20 *Appellatio manifestè frivola semper inhibetur à iudice, & à iure.*

21 *Clausula*, appellatione remota, *nihil operatur respectu appellationis, quæ à iure indulgetur expressè, & num.* 23.

22 *Et quando appellatio dicatur à iure expressè indulgeri.*

24 *Clausula*, appellatione remota, *non impedit appellationem nullo manifestè quis gravatur.*

25 *Appellatio latens frivola inhibetur à iure, sed non à Iudice quamdiu latet, ut latet.*

26 *Iudex datus cum clausula appellatione remota an bodie teneatur deferre appellationi ex causa probabili, quæ à iure non indulgetur expressè, & an hoc cap. sit correctum per cap. Vt debitum, inf. eodem.*

27 *Intellectus c. Ebteri de rescript.*

28 *Appellatio ex causa probabili non expressa in iure non suspendit iurisdictionem iudicis procedentis appellatione remota, quin possit sententiam exequi.*

29 *Fallit in certos casibus hic expressis.*

31 *Clausula*, appellatione remota, *effectus obedientiæ remittitur.*

32 *Clausula*, appellatione remota, *nihil operatur de consuetudine si apponatur in litteris Executorialibus, quæ expediuntur per Contradictas; secus si in litteris Commissionis.*

1 PASTORALIS. Per clausulam, *appellatione remota*, omnis appellatio prohibetur, quæ à jure non est expressè permissa. Hoc dicit usque ad §. Verum. Communis divisio, Consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Respondemus.*

2 Nota primò ibi, *inhibetur appellatio in rescripto*, appellationem tolli non posse nisi per rescriptum Apostolicum sive bullatum, ut cap. *Si*, *supra de rescript.* sive in corpore juris clausum, ut in cap. *Ad nostram*, *supra eodem.* & in cap. *Licet*, *de Offic. Ordin.* & in cap. *Pastoralis*, §. *final. de Offic. delegat. final.* de tali enim rescripto intelligitur hæc littera, ut notant Host. & Joann. Andr. ambo in *princ.* Inferior autem à Papa non rescribit appellatione remota, quia non potest tollere jus alterius, cap. *Super quæstionum*, §. 1. *cum ibi notat. de Offic. deleg.* & ita transeunt communiter Doctores hic, ut

3 testatur Abb. *num.* 4. Unde non semel audivi Sanctissimum Dominum nostrum Urbanum VIII. dicentem Congregationes Cardinalium non posse dare clausulam *appellatione remota*, quam nec Signatura Justitiæ dare potest, ut affirmat Marches. *de Commiss. par.* 1. *cap.* 10. *in titul. de Commiss. cum clausul.* appellatione remota, *in princ.* & dixit Rota apud Cardin.

4 Seraph. *decis.* 857. *num.* 2. Hanc conclusionem declarat Abb. *hic eod. num.* 4. ut habeat locum in causis ad jurisdictionem Ecclesiasticam pertinentibus, in quibus solus Papa removet appellationem, in aliis verò solus Imperator. Tu die in locis, quæ sunt de temporali jurisdictione Ecclesiæ, solum Romanum Pontificem appellationem tollere etiam in causis prophanis, & inter Laicos. In terris autem Imperij in causis Ecclesiasticis tantùm, vel mixti fori, aut inter personas Ecclesiasticas, ex his, quæ notat glos. in cap. 2. *in ver. Lex civilis*, *vers. Sed quid dices de arbitr. lib.* 6. & Bart. in l. *Privilegia*, *num.* 2. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Sed in causis temporalibus inter Laicos, & in terris Imperio subjectis solus Imperator dat judices appellatione remota, ut est textus in l. 1. §. §. *final. ff. à quib. appellar. non lic.* Per hoc tamen non excluditur quin idem possint alii Reges, & Principes non cognoscentes Superiorem in temporalibus, quia est eadem ratio, ut firmat Bart. in d. §. *fin. num.* 3. Alium. de Butr. in cap. *Venientes*, *numer.* 8. *supra de iureiur.* Felin. *in hac rubr. numer.* 2. & in cap. 1. *in princ. de rescript.* plenè Roland. à Vall. *cons.* 29. *Quæritur an à sententia numer.* 13.

6 & 15. *vol.* 1. Prædictis non adversatur, quod appellatio sit defensio, cap. *Cum speciali*, §. *Porro infr. eodem.* & defensio sit de jure naturali. l. *Vt vim*, *ff. de iust. & iur.* Clem. *Pastoralis de re iudic.* jus autem naturale à Principe tolli non potest, ut in *Summa* 5. *dist.* & §. *Sed naturalia*, *instit. de iur. & natur. gent. & civil.* & notant Innoc. & alii in cap. *Quæ in Ecclesiarum*, *supra de constitut.* Nam, ut respondet hic Præpos. *num.* 7. Quamvis defensio ipsa tolli non possit, tamen modalitas, seu forma seu fundendi bene potest tolli, cum fuerit inducta de jure positivo, ut in simili notat Butr. in Extravag. *Ad reprimendam*, *in ver. Sine figura*, & tenet hic Butr. *num.* 4. & in c. 1. *col.* 1. *supra de rescript.*

7 Limitat conclusionem superiùs firmatam glos. 1. in l. *fin. Cod. de sentent. & interlocut. omn. Iudic.* ut procedat tantummodo in appellatione à sententia diffinitiva; secus in appellatione ab interlocutoria, quam removere possunt etiam inferiores judices in subdelegatione causarum: & illam glossam sequitur, & extollit ibi Bartol. *num.* 4. dicens neminem posse nisi solum Principem committere causam appellatione remota à diffiniti-

va, sed bene ab interlocutoria : & subdit de hoc esse ibi casum notabilem. Hanc etiam limitationem dicit esse mirabilem Abb. *hic d. num. 4. vers. Vide ad predicta.*

Contrarium tenet idem Bartol. *in praelleg. 5. fin. num. 2.* ubi concludit judices nec à diffinitiva, nec ab interlocutoria posse appellationem removere. Idem tenent Alber. in dict. *l. fin. in princip. Cod. de sentent.* Præpos. *hic num. 13. vers. Secundo casus* : & Dec. *num. 11.* Probatur hæc opinio duplici fundamento. Primum est, quod adducit Bartol. nempe quia hoc esset tollere jus Superioris, ad quem appellatur, quod non poteit inferior. argum. *l. penult. ff. de aqua plur. arcen.* & est textus optimus in cap. *Venientes, de interdic.* Alterum fundamentum est, quia cùm judex non possit non deferre appellationi legitimæ, ut notat Abb. in cap. *De priore, supra eodem.* consequenter nec poteit hanc facultatem alteri subdelegare, cap. *Nemo potest plus juris, de regul. jur. lib. 6.* Et ita tenetur. Non obstat textus in dicta leg. *fin. Cod. de sentent.* Quoniam intelligi debet de appellatione frivola, quam judex potest removere in subdelegatione causæ secundum Bartol. *in dict. §. fin.* & ad objectum Abbatis, quod secundum hunc intellectum illa lex esset supervacua, quæ tamen videtur edita cum magna solemnitate; respondet ut hic per Dec. *num. 11.* post Alber. in d. *l. fin. in princ.*

8 Secundò nota in vers. *Nos igitur attendentes*, clausulam utcumque odiosam, & restringibilem appositam in rescripto ita esse intelligendam, ut aliquid operetur ultra jus com-
9 mune. Clausula enim, *appellatione remota*, est valdè odiosa, quia appellationis remedium nec Diabolo denegandum foret si esset in judicio, ut dixit Rota *decis. 16. num. 3. de dol. & contumac. in nov.* per textum in cap. *Cum inter, supra, de except.* & cap. *Cum specialis, infra eodem* : & tamen quia si intelligeretur de appellatione frivola nullius esset effectus, cum talis appellatio jam remota esset de jure antiquo, ut notatur in cap. *Ad Romanam*, & cap. *sequent. 2. quæst. 6.* idcircò intelligitur, ut locum habeat etiam in appellatione legitima, ut sic aliquid operetur ultra
10 terminos juris communis, ut hic patet. Frustra enim precibus impetratur quod de jure communi competit, ut leg. 1. *Cod. de thesaur. lib. 10.* & leg. 1. §. *Quod beneficium, ff. de municipal.* & notat gloss. 1. in cap. 1. *supra, de rescript.* & ita ex hac littera deducit Abb. Antiqu. *numer. 5.* quem sequuntur communiter
11 Doctores. Unde Baldus *num. 2.* similiter colligit ex textu expressionem ejus, quod tacitè inest, habere aliquid augere; allegat concordantem leg. 3. *Cod. si pend. appellat. mors intervenit* & Butr. *num. 3.* notat clausulam privilegiatam sonantem contra jus in dubio debere intelligi ut in aliquo detrahat juri, vel addat : ad hoc cap. *Si Papa, de privileg. lib. 6.* leg. 1. *Si quando, Cod. de inoffic. testamen.* & dict. leg. 1. *in fin. ff. de municipal.* sequitur Abbas Siculus *in secunda notab.* Quod nota perpetuò pro statutis, ut hic per Bald. *num. 3.*
12 Facit quod notat Dynus *consil. 32 Quæstio talis est, Ordinamus : in princip. & per totum*, ubi pluribus firmat statutum debere interpretari ut non sit de casu inhabitabili, & à jure communi decisio. Idem voluit Federicus de Senis *consil. 109. Quæstio, num. 2. vers. Nec est verisimile* : cùm enim, inquit, lex debeat esse utilis, & necessaria, cap. *Erit autem lex, 4. distinct.* quam utilitatem sequimur si solum jus commune continet ? ut quid membranas occupat ? Eamdem theoricam posuit Bartol. in leg. 4. §. *Prætor ait, num. 15. ff. de damn. infect.* ubi dicit statutum debere intelligi ut aliquid addat juri communi, quia alias nihil operaretur : & sequuntur Roman. *consil. 85. Licet jure communi, numer. 2. vers. Nec præmissa sententia.* Alexand. *consil. 196. Perspectis, numer. 2. lib. 6.* & alibi passim Docto-
13 res. Quinimò secundum Abb. *hic numer. 2. vers. Et adde ad prædicta* : & Præpos. *num. 3. vers. Et ideo infert*, quando dispositio statuti esset prorsus inutilis intelligendo verba ut jacent, debent verba impropriari ut aliquid operentur, licèt dispositio sit odiosa, & pœnalis, ut singulariter probat textus in cap. *Si sententiam, in fine, de sentent. excommun. lib. 6.* Et idem voluit hic Baldus, dicens de hoc esse textum meliorem de jure in *l. Hæreditas, §. final. ff. ad Trebell.*

14 Tertiò nota ibi, *Nos non fuisset inhibita* : appellationi frivolæ deferendum non esse, licet appellatio in rescripto non sit remota : & est ratio, quia cessat causa finalis appellationis, quæ fuit ad removendum gravamen, ut cap. *Suggestum, supra eodem.* Frustratoriè autem appellans non censetur gravatus, ut hic per Præpos. *in 1. notab.* de quo latius dicam, *infra, num. 20.*

Quartò nota ex textu per clausulam *appellatione remota*, prohiberi appellationem probabilem, & ex justa causa interpositam, dummodò tamen causa hujusmodi non sit in jure expressa, ut hic est casus secundum omnes, qui non reperitur alibi. Sed an hodie hoc sit correctum per Decretalem *Vt debitus, infra eodem*, plenè dicam *inf. in glos. 1.*

15 Ultimò nota ibi, *gravamen huiusmodi per Superiorem poterit emendari.* Quod etiamsi clausula, *appellatione remota*, tollat appellationem legitimam, quæ à jure non indulgetur expressè; tamen si justa sit causa gravaminis, poterit gravatus adire Superiorem etiam per modum appellationis : nam etsi aliqui, præsertim Hostiens. *numer. 1. in fine, vers. Aut ex causa non expressa in jure*, & Joann. Andr. *numer. 4. inver. Emendari*, magis probaverint intellectum ut hoc casu gravatus adire possit Superiorem per viam supplicationis, seu querelæ. Argum. *l. 1. ff. de offic. Præfec. Prætor.* juncta Authen. *Quæ supplicatio, Cod. de precib. Imperat. offeren.* & cap. *Cum ex litteris, cum ibi notat, supra de in integr. restitut.* Verior tamen intellectus habet ut id liceat etiam per viam appellationis, ut clare innuit hæc littera dum dicit, sed si appellans fuerit gravatus, poterit gravamen hujusmodi per Superiorem emandari; & sic apertè supponit eum fore audiendum per viam appellationis : non enim diceretur appellans nisi appellaret, ut inquit Abb. Antiqu. *num 3. in eodem vers.* Sedsi appellans, & hanc opinionem dicit magis communem

communem Abb. *num. 15. vers. Et adde.* Hinc etiam intellectum communem esse extendere Præpos. *numero sexto.*

Quod si objicies : Quid ergo operabitur clausula, *appellatione remota*, si etiam in casibus non expressis in jure gravatus poterit appellare ? Respondeo, hæc appellatio non operatur respectu judicis à quo, *sed* respectu judicis ad quem, ut sic decidat negotium ad eum, sed non impedit jurisdictionem primi judicis, ut hic declarat Butrius *num. 2.* & *numer. 5. vers. Aut est effectus*, & Alber. *numer. 9.* & hoc intendunt Abb. Antiqu. *num. 3.* Hostiens. *numer. 2. vers. In dicto capitulo*, & *numer. 4. in ver. Inscitè.* Joann. Andr. *eodem numero vers. Ex hoc sequitur*, dum dicunt judicem à quo non posse hoc casu appellationem deferre, docentes practicam, videlicet ut judex tradat libellos, sive Apostolos reverentiales, in quibus exprimat; & idò non deroganti, quia causa non erat exposita in jure, & appellatio remota fuerat in rescripto, ut cap. *Cum sit, §. 1. supra eodem tit. 6.* Qui intellectus potest etiam confirmari ex eo quod etiam Concilium Tridentinum in multis casibus removet appellationem, puta in causa visitationis, & correctionis, & aliis diffinitivam, ut in *cap. 1. session. 13.* & *cap. 20. session. 24.* & tandem Sacra Congregatio eiusdem Concilii interpres declaravit in illis casibus esse inhibitam appellationem ad effectum suspensivum tantum, sed non devolutivum, ut scripsi plenius in cap. *super eo, si quando, numer. 27. & 30. sa-*
16 *pra eodem* : & ita se habet stylus Curiæ, ut hic attestatur Collector. *numer. 1.* ubi ait Curiam tenere ut clausula, *appellatione remota*, quo ad partes nihil operatur quo minus semper ex causa justa possit appellari, sed bene quoad judicem ne teneatur deferre; & ita removet appellationem suspensivam, sed non de-
17 volutivam. Hinc autem resultat notabile effectus; nam cùm appellatio inhibitiva ad utrumque effectum suspendit jurisdictionem judicis à quo, fiet quidquid fit per ipsum post interjectam appellationem revocari debeat tanquam attentatum, ut cap. *Non solum, infra eodem tit. 6.* tamen secus est quando judex à quo non teneatur appellationi deferre, & sic inhibita est appellatio suspensiva, sed non devolutiva : nam tunc gravamen per ipsum illata post appellationem non revocabuntur per viam attentati, sed per viam querelæ, cùm illius jurisdictio non in suspensis, ut bene per Abb. *ibi num. 15. vers. Et intelligo*, & latius dicam *infra, num. 30.*

18 In glossa prima QUÆRO, An clausula, *appellatione remota*, hodie aliquid operetur, & quid.

19 Ad evidentiam præmitto (quod spectat ad rem præsentem) quatuor esse species appellationis secundum Petrum de Sampson. & Abb. Antiq. *hic num. 2.* & Joann. Andr. *num. 5.* Prima est manifestè frustratoria, seu frivola, veluti cùm quis appellat à sententia super notorio crimine, vel de quo in judicio confessus est, ut cap. *Romana, §. Si autem post sententiam, infra eodem tit. 6.* Secunda est latens frustratoria, ut cùm appellatur ex causa legitima, sed non vera, quæ si quis appellet quia tribitur ultra suas dictas extra mercium, quod tamen non est verum, ut cap. *Olim, supra, de except.* Tertia est latens probabilis, veluti cùm appellatur ex causa probabili, & vera, non tamen expressa in jure, ut in dict. cap. *Romana, §. Quia si contingat.* Quarta est manifestè probabilis, veluti cùm appellatur ex causa expressa in jure, cujus veritas est notoria, ut patet in cap. *Accedens, si quando, supra De his qui cleric. & in c. Cum E., de offic. deleg. cum concord. ut in numer. 21.*

20 His præmissis ad aperiendam quæstionis veritatem aliquantus excludam casus non dubios, & ita bonus modus solvendi ne sit prolixa distinctio, ut docuit Joann. Andreas cap. *Cum sint partes, num. 2. vers. Ad aperiendum, de regul. jur. lib. 6.* in *Mercuriali.*

Primum igitur extra dubium est, clausulam, *appellatione remota*, nihil operari respectu primæ speciei appellationis, scilicet executoriæ frustratoriæ, quia illi appellationi nec justitia deferre, nec est à judice deferendum, etiamsi appellatio in rescripto non sit inhibita, ut hic patet aperte in verb. *Non igitur attendentes* : & in cap. *Cum appellationem, infra eodem, tit. 6.* & notatur in cap. *Ad Romanam, in prima, 2. quæst. 6.* Atque ita hæc species appellationis semper inhibetur à judice, & à parte, ut inquit Abb. Antiq. *num. 2.*

21 Similiter extra dubium est hanc clausulam, *appellatione remota*, nihil operari respectu appellationis quartæ speciei, quæ scilicet à jure indulgetur expressè, ut liceat casus secundum
22 Joann. Andr. & omnes in *numero.* Unde talis appellatio secundum Abb. Antiq. semper admittitur à judice, & à jure, ad hoc autem, ut appellatio dicatur expressè à jure indulgeri, non requiritur in jure permittat appellationem in eo casu, in quo remota est appellatio in scripto porta terminos, cap. *Ex parte*, & cap. *Postremò, supra eodem*, & cap. *Ex conquestione, supra de rapt. puell.* ut patuit gloss. 1. *hic*, quæ omnia restrinxi dispositionem hujus Decretalis. Sed tamen est, ut appellatio sit expressè in jure approbata, licet jura non loquantur in casu appellationis in rescripto inhibita, secundum Hosti. *numer. 5. in vers. In dicto capitulo*, cum quo transeunt communiter
23 Doctores, ut eadem Abb. *num. 14.* Exempla patent in cap. *Significante*, ut cap. *Rationem* & cap. *Significante, supra de rescript.* in cap. *Exhibita, de appellat.* in cap. *Tuæ, cap. Libellos*, & cap. *Significantibus de except. & in cap. Significavit, supra eodem.* In his ergo, & consimilibus casibus, in quibus jura expressè indulgent appellationem, nihil operabitur clausula,
24 *appellatione remota.* Et ex ratio secundum Abb. *numer. 14.* quia ex quo jura permittunt expressè appellare, gravamen censetur [illegible] ac proinde nihil debet operari remotio appellationis, arg. cap. *Iniquum requirit, supra eodem.* & est textus singularis in dict. cap. *Ex conquestione de restit. spoliat.* ubi glos. *penult.* ex eo textu colligit remotionem appellationis in litteris non impedire appellationem, ubi manifestè quæ gravatur, quam glossam sequuta est Rota apud Puteum *decis. 419. lib. 3.*

Rursus

25 Rursus verò dubium est appellationem secundò factam, Ribler. tertiò frustratoriè, eximi à rescripto non sit remota appellatione, nam ille admittendus ubi constat de iniquitate judicis. Ratio est, quia tunc desinit esse tertiò frustratoria, & transit in primam speciem manifestè frustratoriæ, quæ semper recipitur, ut dictum est supra in prima specie numer. 20. Oportet enim causam in appellatione expressam esse, & non esse probabilem, sed etiam verum, ut cap. *interpretes, supra eod.* & dict. in cap. *super, 1. il secondo num. 24. supra eodem.* Sed antequam constet de falsitate causæ, quamvis hujusmodi appellatio non admittatur à jure, à quo multa falsitas approbetur; tamen admittitur à judice, secundùm Abb. Antiq. Atque in hac appellatione tertiò frustratoria, quamvis non apparet falsitas respectu judicis recipitur primò, si ex illa tamen probabili. Unde in Gloss. quadruplex omnis appellatione latenter frivola, agendo tantùm de certis speciebus latenter ventilatis, sub qua respectu judicis includitur latenter frivola. Quæ ratione, & Innocentius hic numer. 1. potuit circa omnem speciem appellationis, videlicet frivolam, ejusmodi esse deferendam; & expressè Bonifac. *libro*, cui semper est deferendum decretalium; in cum quis provocat in casibus quæ appellatio non est à jure expressè concessa, velutiti denuò eximendo, vel nimis brevem, vel non tot, quot sufficiant.

Demum extra dubium est non obstante clausula, *appellatione remota*, appellationem probabilem, quæ à jure nisi indulgeatur expressè, admittendam esse ad effectum devolutivum, quia talis clausula appellationem devolutivam non tollit, ut dixi supra in ult. notab. numer. 15.

26 Quibus ita constitutis, dubium ad hoc restringunt, videlicet an judex dictus cum clausula, *appellatione remota*, teneatur deferre appellationi probabili, & ex justa causa interponitur, quæ tamen à jure non indulgeatur expressè?

Glossatores hic, & in cap. *Vt debitus, infra eodem.* & alii utcumque attingunt hunc articulum, communiter in ea hinc opinione, ut hodie clausula, *appellatione remota*, nullius ut effectus. Ex quibus colligitur appellationem manifestè frivolam, & respectu appellationis, quæ expressè indulgetur à jure, hoc est clarum. Quo verò ad appellationem probabilem movetur, quia prædicta clausula non tollit appellationem in jure expressa, ut hic decidunt. Sed hodie in jure expressum est, ut liceat appellare ex quacunque causa probabili, ut in dict. cap. *Vt debitus, infra eodem.* Ergo hujusmodi clausula non tollit appellationem ex quacunque causa probabili interpositam. Atque ita in effectu tollit fraudem hanc Decretalem esse correctam per illud cap. *Vt debitus*, & consulit Innocen. *hic numer. 1. vers. Sed hodie remota est hac incertitudo*, & in dict. cap. *Vt debitus* dicens hoc esse tenendum, licèt alii aliter sentiverint. Et pro hac opinione videtur textus in cap. *Literæ, supra de rescript.* ubi quamvis inhibitis in appellatio, tamen potest ex rationabili causa appellari.

Sed his non obstantibus in oppositum est magis communis opinio, quam tenent hic Abb. Antiq. *numer. 3. & 4.* Host. *numer. 6. vers. Sed si vere dicimus*, Joann. Andr. *numer. 13.* Collectar. *in princip.* Bellam. *numer. 3. in 2. & 3. quæst.* Butr. *numer. 5. & 9.* & communiter Doctores sequentes, ut etiam Abb. Sicul. *numer. 2.* & sequitur Philipp. Franch. *num. 3. vers. sic ergo causale*, dicens ita tenere communiter omnes Doctores hic, ut in dict. cap. *Vt debitus.* Hæc igitur sic conclusio, ut judex procedens cum clausula, *appellatione remota*, non tenetur deferre appellationi ex causa probabili interpositæ, quæ in jure expressè non approbatur, & hoc cap. non sit correctum per Decret. *Vt debitus*, quod evidenter probatur triplici consideratione. Prima consideratio est, quia textuitis cap. *Inquisitioni, infra eodem*, qui extravit post Decretalem, *Vt debitus*, dictis clausulis, *appellatione remota*, in medio interceptum appellatio relata ad præcedentia, quibus annectitur, non autem ad sequentia. Quod utique ille textus non fecisset, si hujusmodi clausula posita cap. *Vt debitus*, nihil operaretur. Secunda consideratio est, quod illud cap. *Vt debitus*, non loquitur de appellatione interponenda à sententia definitiva, sed ab interlocutoria tantùm. Hoc autem cap. loquitur indefinitè, & sic de appellatione tam à definitiva, quàm ab interlocutoria. Ergo non est recitandum, ut illa Decretalis voluerit hanc corrigere multitudè. Tertia, & validior consideratio est, quia prædictum cap. *Vt debitus*, non inquitur in judice dato cum clausula *appellatione remota*, hic verò decidit casus, in quo specialiter remota est appellatio in rescripto. Ergo (ut verbis Host. utar) quæ necessitas, quæ æqualitas, quæ utilitas, Quæ justitia, quæ ratio, imò potius, quæ insania est, ut quæstionem specialem tam serious, tam rationabiliter cum distinctione hic solutam per illam generalem Constitutionem cogat dicere abrogatam? Nec est hæc sana doctrina, secundùm quam species per species derogantur; imò potius videremus in omni jure jura generi per speciem derogari. L. *in rem, ff. de reg. jur.* & notatur in cap. 1. *ad fin. supra de rescript.* & in cap. *studuisti, §. ceterùm, de Off. Legat.*) Ita Host. Cujus vera transcriptem Joan. Andr. num. 13. Bellam. numero *quæst.* & alii ut dicitur.

27 Non obstat textus in d. cap. *Literæ, de rescript.* quia dum decidit à sententia judicis procedentis appellatione remota posse appellari ex rationabili causa, intelligi debet idem in jure expressa, ut hic illa Decretalis declaretur per istum, ut l. *non est novum*, cum l. *seq. ff. de legib.* secundùm Host. *hic numer. 2. in vers. Expressè*, & Joann. Andr. *eodem num. & vers.*

Ex his habes primum effectum hujus clausulæ, *appellatione remota*, quia tollit omnem appellationem, quæ expressè non reperitur à jure concessa, ut fusè ostensum est supra.

28 Secundus effectus est, quia judex à quo non tenetur hujusmodi appellationi deferre, ut similiter patet ex dictis, unde & poterit sententiam suam executioni demandare, ut colligitur ex cap. *Pastoralis, §. Preterea, de Offic. deleg.* & hic notat Abb. *numer. 9.* cum enim appellatio

pellatio alias suspendat Jurisdictionem judicis à 29 quo, hinc effectum tollit clausula, quia jurisdictio non suspenditur ab judice à quo deferat appellationi, vel nisi fuerit inhibitum à judice ad quem, ut cap. *Bonum, de appell. lib. 6.* vel nisi Superior deliberet de appellatione admittenda; tunc enim primò judicis jurisdictio suspenditur ab eo tempore, quo ex certa scientia appellationem admittit, ut d. §. *Preterea*, & notat Butr. *hic num. 5. vers. Quinò enim appellatio.*

Tertius effectus, qui ex præcedenti consequitur est, quia judex non deferens appellationi quantumcunque probabili non teneatur in primum cap. *Decretal. 2. quæst. 6.* ex quo appellatio à jure non indulgetur expressè; hoc enim hæc jura authoritas; unde Principes, qui statuunt non contumaciner per cap. *Qui prius, 23. qu. 4.* & l. *Generalem Cod. ad leg. Jul. de adulter.* secundùm Host. *hic num. 9.* Butr. *num. 9. vers. ex hoc secundo*, & Abb. *num. 10.*

30 Quartus effectus est, quia cum innovata post appellationem interpositam ante omnia revocari debent per judicem appellationis tamquam attentata, ut cap. *Non licet, supra eodem lib. 6.* Hoc operatur clausula *appellatione remota*, ut non revocentur per viam attentati, vel nullitatis, & ita tenent omnes Doctores Franch. *hic col. 3.* & Put. *decis. 328. in princ. lib. 2.* Quoniam cum jurisdictio judicis à quo non sit suspensa, processus non est nullus nisi in casibus, quos potest Judex proximè in secundo effectu. Per Superiorem tamen poterit revocari per viam querelæ, ut consultant Host. *num. 9. vers. Quarto quæ si pendente* Joann. Andr. *num. 4. in vers. Excludari*, Butr. *num. 5. vers. Tertiò affirmo*, Abb. *numero 1.* & plures alii.

31 Hi sunt præcipui effectus clausulæ *appellatione remota*. Sed in universum Philip. Franc. *hic col. 3. circa med. vers. Operatur ergo primò*, ponit quatuor septemdecim effectus, quos per dictas clausulas operatur, & octodecim Petrepol. *num. 32. vers. ante dictum tertius quæ dicit provisio.*

32 Adverte tamen ad id, quod idem Petrepol. dicit *numer. 22.* videlicet de conformitate clausulam, *appellatione remota*, aliquando loquitur, aliquando Host. *in summ. de Offic. deleg. 2. Quæ sit cum Offic. ex vers. Quod autem hic clausula*, Speculator *de §. In quinto, vers. Ego dico*, Lap. *alleg. 126.* Ang. *§. in l. 3. Cod. de sentent. & interlocutor.* num. *indic.* & Butr. *hic vers. 8.* Adverte, inquam, ne decipiaris, quia hoc intelligi debet quando hujusmodi clausula apponitur in literis executorialibus, quæ expediuntur per contractus, ex quo dantur sine aliqua cognitione causæ, & passim in omnibus clausula apponitur; & hoc casu tenenda est opinio Host. *ubi supra*: nam, utait Bald. *hic in 1. oppos.* [cum hodie dicta clausula apponatur potius de stylo generali (intellige in literis executorialibus) quam de ministerio speciali, sonat potius in quamdam monitionem, videlicet, ut non deferatur appellationi frustratoriæ, quam quod in aliquo deroget, & juri communi] Hæc Bald. Secùs verò si dicta clausula apponatur in rescripto commissionis, quia cum Princeps vel Signatora talem clausulam non apponat nisi cum causæ cognitione; tunc bene operatur affectus suos. Ita singulariter declarat Rota apud Put. *decis. 328. princip. in num. Hinc ater, lib. 2.* De quo dic latius in *Scrip. ff. in cap. Studuisti, in §. quinto num. 2. supra de Offic. leg.*

DE APPELLATIONIBVS.

Cap. Cum causam.

SVMMARIVM.

1 A *Diœcesi confessionem eadem die revocatam, si judex nolit habere pro lite contestata, vel processum subdelegati ratificet, ab eo licitè appellatur.*

2 *Delegatus ab alio quam à Principe non potest causam aliter delegare.*

3 *Delegatus ab inferiore à Principe ad universitatem causarum potest unam causam subdelegare.*

4 *Delegatus ab universitate causarum Ordinaria appellatur, & non ab.*

5 *Et idem potest quod Ordinarius.*

Et ab eius sententia non appellatur ad Delegantem, sed ad superiorem ipsius Delegantis num. 7.

6 *Ordinaria dicitur tota causarum universitas committa*

8 *An liceat Nuncio ex posito expositione causæ ad Nuncium sororis pertinente, quamvis non habeat requisita à Statutum, de rescriptis lib. 6. & Concil. Tridentin. cap. 10. sess. 24. & num. sequ. usque in fin.*

9 *Audiatur Nuncium non posse expositione causæ appellationem à sententia Episcopi, vel non Vicario in commissione hæc.*

10 *Et sententia ab ea lata in causa appellationem huiusmodi non subsistere, & exemplum erroris.*

11 *Quæ res Legatorum habeantur sufficientem ordinariam, & delegatam, & num. sequ.*

12 *Legatus ejusque omnes Protonotarius Pronuncierum.*

Legatus Provincialis delegatus habent non ordinariam sufficientem iudicem.

13 *Audiatur Legatorum ex rescriptum Ordinario, sunt casu exceptis, ut ex delegatis specialis.*

14 *Ordinaria ex specialis commissione non efficitur Delegatus.*

1 CUM CAUSAM. Si judex confessionem Advocati eadem die revocatam pro lite contestata habere, vel processum à subdelegato factum ratificet, ab eo licitè appellatur. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes.

2 In Glos. in verb. Delegatus, circa finem, vers. Et quod dicitur nota bene hanc glossam, quia ait Delegatus ab alio quàm à Principe non potest causam alteri delegare, ut dicitur hic in textu circa finem: tamen ut dicit gloss. hoc intelligitur de eo, qui est Delegatus ab inferiori à Principe ad unam causam tantùm: secùs verò si ei esset delegata universitas causarum, quia tunc bene posset unam causam alteri subdelegare, leg. *cum Prætor, §. 1. ff. De iudic.* leg. *Legatus*, secundùm unam lecturam, de qua ibi in gloss. *ff. de off. Proconsul. & Legat.* & voluit Bartol. in leg. *Mare, num. 11. ff. de interdict. num. indic.* leg. *Mare*, *num. 11. ff. de interdict. num. indic.* dicens

dicunt id communiter tenere, & pondera rationem in glos. nostra expertum, quæ talis Delegatus ad universitatem causarum quasi Ordinarius videtur: & eam glossam concordant hic Hostiens. *numer. 3.* Joann. Andr. *numer. 6.* Petr. *numer. 11. versf. Hæc vera dicit*: & Rafaelomanus; & sic non est verè, & propriè Ordinarius, sed Ordinario similis, ut per Jason. *in dict. l. Mens, numer. 10 versf. Ulterius ad fin. ff. de iurisdict. num. initio.* & ibi etiam Jason. *dict. numer. 19.* Alexand. *consil. 12. Visis gravibus, numer. 4. lib. 6.* Felin. alios citando in *cap. Significasti, & quando, & primo, numer. 40. de appellat.* Bald. *in l. 2. n. Sciendum, de primo, numer. 16. Cod. quando, & quando iud.* ubi ait Delegatum ad universitatem causarum, cum 4 remanente in essentia jurisdictionis universalis, idem posse quod Ordinarius. Quamvis glossa appellat eum Ordinarium in *cap. Tantum, 2. Inquit, in verb. Moderatus, de rescript. lib. 6.* patent illum glosi. ad hoc ponderat *Jul. locis citatis.* Item Specular. *de emat. de offic. Ordinar. numer. 2.* ut Ordinarium dici cui interdictus causarum est commissus, *2. & Idem dicit Petr. de Anchoran. in cap. Licet in fine, col. 2. numer.* 7 *versf. Nec mirum, de offic. Ordinar.* Quo fit ut à sententiis Delegati ad universitatem causarum non appellatur ad Delegantem, quasi idem sit tribunal, sed ad Superiorem ipsius Delegantis, ut leg. 1. *in fine ff. Quæ & à quib. appell. & argum. cap. 2. de confirmat. inv. 6.* & leg. *final. Cod. de offic. Vicar.* & notat Jason. in dict. *l. Mens, numer. 19. versf. Et dicere responsionem, ff. de iurisdict. num. initio.*

2 Hinc sumpta occasione QUÆRO, An Auditor Nuncii Sedis Apostolicæ possit cognoscere causas ad Nuncii forum pertinentes, quamvis non habeat qualitates requisitas in *cap. Statutum, de rescript. lib. 6.* nec in deputatus in Synodo diœcesana juxta Decretum Concilii Tridentini *cap. 10. sess. 24.*

Si quæratur de causis appellationum à sententiis Episcopi, vel ipsius Vicarii in causis illimitatis, 9 jam Sacra Congregatio declaravit Auditorem Nuncii non posse eas cognoscere, obstaremque *cap. 2. sess. 13.* Ac posita subjecta sententia Auditoris in causis hujusmodi appellationum latæ ex commissi errore non fulciri; & hæc declarationes audito partibus citra missa fuerunt ad Nuncium Florentiæ.

Quod alias causas appellationum non comprehendat in dicto *cap. 2.* remanet dubium, an Auditor Nuncii eas possit cognoscere, quamvis nec sit in dignitate ecclesiastica constitutus, nec in Synodo Diœcesana deputatus juxta dictum *cap. Statutum*, & Decretum Concilii *dict. cap. 10.* In qua difficultate Consulo *in consil. 48. Repetito Divino Numine*, latissimè discussa in 2. *dubio, numer. 38* 11 *usque 1.* apertè tenuit Auditores Legatorum etiam de latere non habere ordinariam jurisdictionem, sed tantum delegatam, redditque optimas rationes, inter quas ea est præcipua, quod 12 Legati æquiparantur Proconsulibus Provinciarum, *cap. 2. de offic. Legat. lib. 6.* Legati autem Proconsulis delegatam habent, non ordinariam jurisdictionem, leg. *Legati Proconsulis, ff. de offic. Proconsul.* Quæ opinio si vera sic inde inquitur, ex ipso Auditori causæ committi non poterit, nisi concurrant in eo qualitates d. *cap. Statutum*, & decreti d. *cap. 10.*

Verum quia hæc opinio totum fere orbem commoverat ob immensa propinquorum sententias latas, & quæ passim ferunt ab Auditoribus Nunciorum non habentibus has qualitates, videtur potius adhærendum sententiæ, qua Auditores Nunciorum sint Ordinarii, & sic neque comprehendantur in *cap. Statutum*, neque in Decreto Concilii. Ad quod probandum adducitur Bald. in *l. final. numer. 4. Cod. qui Senat. vel alter*, qui tamen id magis præsupponit, quam discutit, non enim id quæritur an sint Ordinarii, sed præsupponens duos Auditores Cardinalis Sabinensis esse Ordinarios, quærit an ex eo, quod non cognoscerent causas nisi ex delegatione speciali, redderentur delegati, & parte non esset Delegatus, sed Ordinarius, quia illa est potius determinatio causarum, ac petitio curæ, quam vera delegatio. Quæ doctrina vera quidem est posito quod sint Ordinarii: Nam ex illis specialibus commissionibus non efficiuntur delegati. Quod sentiebant Panor. in *tract. de Offic. & potestat. cap. ad. vacant. in 2. quæst. prima parte principi numer. 4.* Vant. *in tractat. de nullit. vit. Causarum, numer. 24.* Verum Bald. ut dictum est libi non disputat an sint Ordinarii, vel Delegati; sed tantum supponit esse Ordinarios, licentiam ex speciali commissione non esse ex Ordinario Delegatos, sed remanere Ordinarios, ut prius erant. Quod potuit contingere, quia fortè à Principe essent constituti Ordinarii, & deputati Auditores Nuncii; sed quia hoc est divinare, ideo Bald. pro hac sententia simpliciter referunt Jason. in *l. ex secundo, ff. de iust. & iur. numer. 8. in quarta sententia.* Felin. in *cap. Inter, & alia*, rei in *cap. Scriptis, 3. sent. & dict. num. 40. versf. Prædicta ex omnibus ut respiciat.* Joann. Bapt. Ferrer. *cons. 2. numer. 20. & sequen.* & Pavin. *dicta loco num. 36. in fin.* Hæc itaque opinio videtur esse communior, & certe tutior est, quam vos, & praxis quotidiana comprobavit; licet quinto Cornel. in puncto juris fortè videri possit varior, & solidioribus utra rationibus, ex qua opinione communi sentiunt resolutio ad dubium: Nam cum Auditores Nunciorum ex prædicta opinione sint Ordinarii, in eis non potest habere locum *cap. Statutum*, nec tex. Concilii loquens de iis, quibus delegandæ sunt causæ; quamvis enim Nuncius ei specialiter causas committat, ex Ordinariis non effici propterea delegatos sentiunt Doctores citati à Vant. & Joann. Franc. Pavin. *in locis supra allegatis.*

14 Præterea etiamsi hujusmodi Auditores essent delegati, non tamen videntur in eis habere locum *cap. Statutum*, & Decretum Concilii loquentis de causis delegandis: nam Delegatus ad universitatem causarum æquiparatur ordinario, & tenet glos. *prædict. loc.*, & fusè ostensum est supra *numer. 4.* Concilium verò jure

jure voluit, ut tam Sedis Apostolicæ Nuncij, quam Legati causas in partibus committendas personis designatis in Synodo committerent, ne ex ignorantia personarum rudes, & ignari ad causas cognoscendas delegarentur. Quæ ratio non procedit in Auditore Nuncij, qui ab ipso ad causarum universitatem deligitur.

Ad hæc ita Concilium videtur esse intelligendum ex consuetudine ita observata, quæ est optima Concilij interpres, *l. si de interpretatione ff. de legib.* cap. *Cum dilectus de Consuetudin.* Nam semper Auditores etiam non designati in Synodo, & non præditi qualitatibus requisitis in cap. *Statutum*, causas cognoverunt, & deciderunt. Quæ omnia in dubium revocarentur, si exceptio nullitatis ex hoc capite esset admittenda. Validæ igitur, nisi aliud obstet, esse videntur hujusmodi sententiæ ab Auditoribus Nunciorum latæ, sed ad tollendam omnem difficultatem expedire videtur, ut Sanctitas sua, si ità ei visum fuerit, per Breve eidem Nuncio directum declaret licuisse Auditori prædicto à Nuncio electo, & deputato hujusmodi causas cognoscere, quamvis non haberet qualitates requisitas in cap. *Statutum*. Nec esset in Synodo Diœcesana deputatus. Atque ex hoc capite sententias ab eo latas, ac ab eo, aliisve Auditoribus de cætero ferendas minimè impugnari, aut nulla dici posse, vel debere.

DE CONFIRMATIONE

Vili, vel inutili.

Cap. Si quis.

SVMMARIVM.

1 DEre scienter confirmata per Papam judex inferior non cognoscit, nisi tempore confirmationis res esset litigiosa, vel confirmatio alias subreptitia.

2 *Confirmatio rei litigiosæ etiam ex certa scientia, non facta mentione litis, ipso jure nulla, nec impedit judicem in causa procedere.*

Declaratur num. 17.

3 *Impetratio subscriptitia privilegij, vel beneficij, non valet.*

4 *Judex potest in causa procedere non obstante privilegio post mot. am litem impetrato, si in eo litis mentio facta non fuerit. Addit scilic. & num. 17.*

5 *Possidere qui non dicitur rem pacifice, si super ea quæstio sibi moveatur.*

6 *Litigiosa rei est, de cuius dominio causa movetur inter petitorem, & possessorem iudiciaria conventione.*

7 *Idem si causa moveatur de quasi dominio directo, vel utili.*

8 *Litigiosi vitium non nascitur super bono, si actio personalis fuerit intentata.*

9 *Litigiosi vitium non inducitur super proprietate, si lis moveatur super possessione.*

10 *Possessio tamen efficitur litigiosa.*

11 *Confirmatio ex certa scientia quando dicatur, & num. 28. & 29.*

12 *Confirmatio in qua inseritur tenor rei confirmatæ, dicitur in forma specifica.*

13 *Confirmatio, in qua exprimitur substantia rei, probat absque eo, quod doceatur de confirmato.*

14 *Confirmatio ex certa scientia legat manum iudicis, quamvis possit cognoscere de quæstione excepta super re confirmata.*

15 *Nisi constat notorie confirmationem esse subreptitiam, & num. 17.*

16 *Judex inferior non cognoscit de quæstione, an confirmatio apostolica sit valida, necne.*

Et quid posset Cons. Trid. num. 26.

18 *Confirmatio in forma communi, quæ sit.*

19 *Parum, aut nihil operatur.*

20 *Non impedit iudicem cognoscere de re confirmata.*

Ad quid impetretur, num. 22.

Det causam, & titulum legitimum prescribendi num. 23.

21 *Confirmatio sine causæ cognitione an sit vera, vel falsa, solus Papa cognoscit. & num. 25.*

24 *Concordia à Sede Apostolica confirmata non sunt sublata à Conc. Trident. c. 6. sess. 25. & num. 34.*

25 *An hoc procedat tantum in confirmationibus ex certa scientia, an verò etiam in confirmationibus in forma communi. & num. seqq. usque in fin.*

26 *Confirmationem Apostolicam Concilium Trident. non meminit, nisi in cap. 14. sess. 24.*

27 *Confirmatio in forma communi, & ex certa scientia in quibus differant.*

28 *Confirmatio an sit ex certa scientia, si fiat cum clausula, sicut justè possitis.*

29 *Et quid si cum clausula ex certa scientia.*

30 *Confirmatio ut suos probat ac effectus, duo requiruntur, videlicet fiat ex certa scientia, & cum causæ cognitione vocatis partibus.*

31 *Instrumentum est forcium vinculum, quam confirmatio in forma communi, & firmat actum invalidum.*

32 *Concordiæ, ut sint reales, & obligent successores, debent esse confirmatæ ex certa scientia: aliàs sunt personales.*

33 *Per Confirmationem in forma communi Papa non censetur prædecessorum ac Ordinarij.*

35 *Confirmationem appellatione in dubio venit illa, quæ fit ex certa scientia.*

37 *Concordiæ à Sede Apostolica confirmatæ in forma communi intelligentur delegatam à Concilio Tridentino etiamsi cum ea concurrat nonnemo abilis consortinde.*

38 *Consuetudines à Sede Apostolica confirmatæ an Concilium Tridentinum sustulerit.*

SI QUIS. De re scienter confirmata per Papam judex inferior non cognoscit, nisi tempore confirmationis res esset litigiosa, vel confirmatio alias subreptitia. Hoc dicit cum cap. seq. & sunt duo dicta, secundum ibi, *sed si.*

Nota primò ex prima parte textus, confirmationem à Sede Apostolica impetratam lite pendente, nullam esse ipso jure; adeo ut ea non obstante possit judex causam cognoscere, ac diffinire perinde, ac si confirmatio non emanasset, ut hic notant Abb. & Decius ambo *in primo not. ab.* Quod verum est etiam si confirmatio emanaverit à Papa ex certa scientia, & cum causæ cognitione; de hac enim

enim intelligunt hunc textum Abb. Antiqu. Joann. Andr. Bald. Bellum. Cardin. Anchar. Alvis. & Joann. de Anan. omnes *in principio*. & benè, quicquid dicat Decius *hic in 3. not.* nam cùm textus dicat judicem posse cognoscere, si confirmatio sit rei litigiosæ, & non posse cognoscere, si sit rei pacificè possessæ: utique necessario supponit utroque casu confirmationem emanasse ex certa scientia; alias enim si sub communi forma, sive res esset litigiosa, sive non, indistinctè posset judex in causa procedere, ut tangetur in glos. *ult. num.* 14. & hoc est ex mente Innoc. dicentis hunc intellectum esse planiorem, *num.* 1. *vers. Planior est intellectus*, Præfata tamen procedunt dummodo in litteris confirmationis non sit facta mentio litis pendentiæ; tunc enim confirmatio respectu illius rei, super qua lis vertitur, est subreptitia, & ipso jure nulla, cap. *Ad nostram*, ibi *denunciata strictè*, & *manet*, & cap. *Perveniens*, ibi, *Denunciatio non valere*
3 intra eodem. Et est communis regula non solùm in confirmationibus, sed etiam in privilegiis, beneficiis, ut impetratio subreptitia non valeat, ut notat Calderin. *in cons.* 1. *de feud.* Dec. *his num.* 3. & scripsi plenè in cap. *Ad audientiam il secundo* post Abb. & Felin. *supra de*
4 *rescript.* Et tenet hic Innocen. *num.* 1. *vers. Imo quod plus est*, dicens, judicem posse procedere non obstante privilegio post notam litem impetrato, in quo litis mentio facta non fuerit, per cap. *Causam, il secundo supra de testam.* secus verò si in confirmatione, vel privilegio diceretur, *non obstante quod res sit litigiosa*; quia tunc illa causa eriperetur à jurisdictione judicis inferioris, ut cap. *fin.* ibi, *de illa quæstione facta mentio non fuisset, supra. Vt lite pendent*, secundum Innocen. *hic num.* 1. cui subscribunt Host. *eodem num. vers. Sed secundum Dominum nostrum*, Joann. Andr. *numer.* 5. Butr. Imol. Abb. & Dec. omnes *in primo not.*

5 Secundò nota ibi, *sed si rem tunc pacificè possidebat*, quem non dicit pacificè rem possidere, si super ea quæstio sibi movetur, ut hic notant Butr. & Imol. ambo *in ult. notab.* Abb. *num.* 3. & Decius *num.* 19. Cardinal. in Clem. *Gratiæ, in* 13. *quæst. de rescript.* Archid. Ju. Andr. & Gemin. in cap. *Commissa, de electi. dis.* 6.

6 Adverte tamen, quia per hoc res ipsa non efficitur litigiosa, nisi quæstio, seu lis moveatur inter petitorem, & possessorem judiciaria conventione dicit text. in auth. *Litigiosa, Cod. de litigios.* & ibi notant Jacob. Butricar. Bald. & Salycet. omnes *in Summaria*, Oldrad. Cyn. uterque *num.* 1. Petr. de Bellapert. *vers. Dicit enim*, Host. in cap. Ec-
7 *clesia S. Mariæ num.* 2. *supra ut lit. pendent.* Et idem dicendum si lis movetur super quasi dominio directo, vel utili, puta per Publicianam, *in rem* actionem, vel aliquam utilem rei vendicationem, ut notat glos. in d. auth. *Litigiosa, in ver. Dominia*, Odofred. Bellapert. & Host. *locis citatis*. Secus verò si actio per-
8 sonalis fuerit intentata, quia ex hoc super bonis vnium litigiosi non nascitur, ut est textus in l. *Quæsitum*, §. *Iuliana*, *ff. de aqua pluv. arc.* & voluit Rota *decis.* 173. *numer.* 6. *par.* 7.
9 *Recent.* Item secus si quæstio moveatur super possessione, quia per hoc vitium litigiosi non inducitur super proprietate, & ita intelliges glossam primam, hic secundum Abb. *numer.* 5. Alberic. in d. auth. *litigiosa num.* 1. Callador. *decis.* 6. *num.* 2. *de rescript.* Sa. nen. *in regul. de Tri-*
10 *ennal. quæst.* 53. *num.* 8. Sed tamen possessio ipsa, super qua movetur controversia, efficitur litigiosa, & ita procedit hoc cap. ut declarat Abb. d. *num.* 5. *vers. Secundò potest*, Cravet. *in cons.* 279. *Scripsi alias num.* 3. *vers. Præsupposito*; & fuit resolutum in Rota, ut refert Lancellott. *de Attenta. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 493.

11 In glossa ultima nota confirmationem esse in duplici differentia. Alia est, quæ conceditur ex certa scientia, & cum causæ cognitione, veluti, cum totum negocium fuit Papæ relatum, & ipse nulla conditione adjecta simpliciter confirmat; tunc enim intelligitur confirmare ex certa scientia, ut hic firmat glos. nostra post medium *vers. Et hoc intelligitur*
12 Abb. antiq. *numer.* 3. & Abb. Sicul. *num.* 6. *vers. & dicitur ex certa scientia*, & idem est si in litteris inserattur tenor rei confirmatæ, cap. *Venerabilis, supra eodem*. Rot. *in Recentior. decis.* 157. *num.* 8. *part.* 6. quo casu dicitur confirmatio in forma specifica, ut per Rotam *decis.* 222. *numer.* 12. & 13. *part.* 7. *Recent.* &
13 ubi fuit expressa substantia rei, confirmatio probat absque eo, quod doceatur de confirmato, ut decidit Rota *decis.* 36. *num.* 1. & *sequent. part.* 2. *diversf.* & *decis.* 225. *numer.* 22. *par.* 7. *Recent.* Et talis confirmatio habet tres effectus, quos notat glos. in cap. *Cum accessissent, in ver. Confirmatum, supra de Constitut.* & fusius prosequitur Abb. *hic num.* 6. & 7. Sed
14 quod pertinet ad textum nostrum, hæc confirmatio ligat manus judicis, quominus possit cognoscere de quæstione exorta super re confirmata, sine mandato Papæ, ut hic est ca-
15 sus in fine: & ita intelligi debet Vincentius hic allegatus in glossa *ultima*, nisi tamen confirmatio fuerit subreptitia, puta, quia fuit obtenta super re litigiosa non facta mentione
16 lite, vel alio modo peccat in subreptione; tunc enim quamvis judex inferior non possit cognoscere de quæstione orta, an ipsa confirmatio valeat, necne, secundum opinionem Laurentij, quam dicit veram Bernardus *hic in ultim. glos. ante medium, vers. Et Laurentius dicit*: & tacitè approbavit Tridentina Synodus in *cap.* 14. *sess.* 24. ut dicam infra, *num.* 26. tamen non impeditur cognoscere
17 de re confirmata, quia si certum esset confirmationem fuisse obtentam per falsi suggestionem, impetratio non valeret, ut cap. *proxim. infra eodem*: & probatur hic in prima parte textus, & fuit opinio Tancredi, quam hic sequitur glos. *ultim. in fine*, & Rota *decis.* 351.
17 *num.* 14. *part.* 6. *Recentior.* Ad hoc tamen requiritur, ut notoriè constet de vitio subreptionis, puta ex partis confessione, vel ex tenore ipsius Bullæ, secundùm Innocent. in cap. *sequent. in fine*, & Abb. *num.* 8. *vers. Et hoc intellige*, & vide quod legitur, & notatur in cap. *Cum venissent, supra de iudic.*

18 Alia est confirmatio, quæ conceditur in forma communi, videlicet adjecta conditione, si justè, canonicè, aut providè factum sit, vel

vel alia consimili, ut per Abb. *hic num.* 6. *vers. Et dicitur*, quæ hodie in confirmationibus statutorum, & privilegiorum ex stylo consuevit exprimi per illam clausulam, *Dummodo servis Canonibus, Tridentini Concilij Decretis, & Constitutionibus Apostolicis non adversetur*: &
19 talis confirmatio, seu innovatio nihil novi juris tribuit juribus hic allegatis in glos. 2. eamque parum, aut nihil valere asserunt hic glos. *ult.* Abb. Antiq. *num.* 2. *vers. Aut non apponitur*. Bald. *num.* 2. Abb. Sicul. *num.* 6. & passim alii.
20 Calsador. *decision. unic. hoc titul.* Rota *decis.* 84. *numer.* 8. *part.* 7. *Recent.* Unde per hujusmodi confirmationem non præcluditur via judici ordinario cognoscendi de validitate juris confirmati, cap. *Bona, infra eod.* & c. *Quia diversitatem, de concess. preben.* & in hoc convenunt omnes: & est ratio secundum glo. 2. quia Summus Pontifex censetur hæc facere sine alicujus præjudicio, ut patet in juribus præallegatis: & in c. *final.* ubi glos. *un. infra eod.* Bald. *hic num.* 10. Rota *decis.* 356. *num.* 19. *part.* 6. Re-
21 *cent.* Cæterum etsi judex, ut prædixi, non impediatur cognoscere de validitate juris confirmati, tamen si quæstio sit an confirmatio ipsa obtenta sine causæ cognitione sit vera, vel falsa, solus Papa cognoscit, ut post Innoc. firmat Bald. *hic num.* 5.

22 Sed dices, Ad quid ergo prodest talis impetratio? Respondeo cum glos. 2. & Abb. *num.* 6. parum prodesse, & impetrationem fieri ad cautelam, ne videatur sine scientia Papæ processisse, & ad hoc ut ob illius reverentiam magis
23 timeatur, arg. c. *Quæmquam*, 23. *dist.* Adde tu alium effectum valde notabilem hujus confirmationis, vel privilegii sub communi forma, quem tangit Abb. Antiq. *hic num.* 2. *vers. Sed dic.* & in c. *Dudum, num.* 24 *vers. Et est nota dignum, infra de decim.* quia scilicet dant causam, & titulum legitimum præscribendi: ad hoc c. *Cum persona*, §. *Quod si tales, de priviil. lib.* 6.

24 QUÆRO, posito decisione S. Congregationis Concilij, qua declaratum fuit, concordias à Sede Apostolica confirmatas, non esse sublatas
25 decreto Conc. Trident. c. 6. *sess.* 25. An hujusmodi decisio vendicet sibi locum in confirmationibus tantum, quæ emanarunt ex certa scientia, & cum causæ cognitione; an verò etiam in confirmationibus in forma communi.

26 Confirmationes Apostolicæ ex certa scientia emanatæ nullo casu per Conc. Trid. videntur sublatæ: observandum est enim de confirmationibus Apostolicis expressam mentionem haberi dumtaxat in *cap.* 4. *sess.* 24. ubi solum tribuitur facultas Ordinariis tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis cognoscendi de earum subreptione, & obreptione, & intentionis defectu; quæ facultas aliis Episcopis non competebat, in cap. *prox. infra eod.* & dictum est supr. *num.* 16. & 21. Quippe Patres Concilii pro debita reverentia de provisionibus Apostolicis judicari noluerunt, nisi maturè, & Apostolica authoritate, quæ reverentia in plurimis ejusdem Concilii decretis elucet.

27 Pro solutione dubii præmittendum videtur, hanc distinctionem Confirmationum esse legalem, ut patet in c. *Quia diversitatem de concess. preben.* & in cap. *illa, ne Sed. vacan.* quibus in locis fit expressa mentio de confirmationibus in forma communi ad differentiam aliarum, quæ emanant ex certa scientia, & cum causæ cognitione. Item esse realem, & diversos inter se effectus producere, ut per glos. in *dictis iuribus*, & in cap. *Pastoralis*, §. *Præterea de Offic. deleg.* Host. *in summa de confirm. util. vel inut.* Calsador. *decis. un. eod. tit.* & patet ex dictis *supra num.* 11. & 18.

28 Præmittendum secundò ad discernendas invicem has confirmationes, tradi à Doctoribus, & glossis regulas; nec esse tutum dicere illas esse in forma communi, in quibus apposita est clausula, *sicut sine præritate*, vel *sicut insitè positides*, ut dicebat Abb. Antiq. *hic num.* 2. quia hæc verba possunt sumi conditionaliter, & causaliter, ut notat alter Abb. in cap. *Venerabilis*, & in cap. *Examinata, in fin. infra eodem.* Quem-
29 admodum neque omnes, in quibus ponitur clausula, *ex certa scientia*, negant esse in forma communi; ut per eumdem Abb. & apertius Paris. *cons.* 19. *numer.* 12. *volum.* 1. post Aretin.
30 *cons.* 15. Nam duo copulativè requiruntur, ut confirmatio Apostolica sues producat effectus, nempe ut fiat ex certa scientia, & cum causæ cognitione vocatis partibus, ut plenè per Rotam *decis.* 166. *numer.* 45. 8. & 14. *par.* 5. *Recent.* Denique præmittendum, quantum attinet ad propositam quæstionem, confirmationes in forma communi illas intelligi, quæ novum jus tribuunt, nec firmant ea, quæ aliàs sunt ex se invalida, juxta communes traditiones, & constat ex dictis supra *num.* 19.

His præmissis ad propositam quæstionem respondetur, has confirmationes in forma communi conferi sublatas, sive afficiant concordias sive statuta, seu alia, quæ per Conc. Trident. expressè tolluntur tamin c. 4. *sess.* 6. quàm alibi.

31 Probatur primò juramentum est fortius vinculum, quam confirmatio in forma communi; siquidem illud firmat actum invalidum. Auth. *Sacramenta puber. C. si adversus vendit.* Paris. *consil.* 33. *num.* 24. *lib.* 1. post glos. & Doctores hic, & in c. *dilecta infra eod.* At Concilium tollit vinculum juramenti, non obstante, quod præsupponat aliud vinculum præcedens, sive sit statutum, sive concordia, super qua interponitur. Ergo etiam confirmationem in forma communi.

32 Secundò Concilium secundum declarationem Sac. Congregationis præservat illas concordias, quæ aliquo reales sunt, & aptæ ligare successores, aliàs præservatio nulla esset earum concordiarum, quæ personales sunt, & obligant tantum auctores, secundum ea, quæ leguntur, & notantur in cap. *Veniens supra de transact.* At solæ confirmationes emanatæ ex certa scientia redduntur concordias reales, ut obligent Successores *de* cap. *Veniens*, ubi expressè Innocen. Rota *decis.* 2. *de confirm. util. vel inutil. in addit. in novis.* Ergo &c.

33 Tertiò illa interpretatio sciendi est, quæ proximior est menti statuentis, & est quam omnia conciliantur, & vitantur absurda. Talis autem est hæc, quæ non solum sequitur intentionem confirmantis Papæ, qui per confirmationes in forma communi non intendit præjudicare Ordinariis, cap. *final. infra eod.* cap. *Ex parte de Constitut.* c. *Dudum* §. *final. de decim.* & dictum est supra *num.* 20.

num. 26. Sed deservit etiam menti Patrum in Concilio, qui voluerunt tolli funditus omnia obstacula impedientia Capitulorum visitationes, scientes rara esse Capitula, quæ non possent juvari hujusmodi confirmationibus in forma communi, ut ex inspectione actorum ejusdem Concilii
34 planè colligitur. Nec discrepat à sententia S. Congregationis, quæ difficilè descendit in hanc partè, per quam confirmationes Apostolicæ præservantur, ex rationibus, & effectibus militantibus dumtaxat in confirmationibus ex certa scientia.

Accedit, quod glos. *antepenult.* in Clem. *Dudum de sepult.* propter quam primum Rota, deindè Sac. Congregatio mota fuit, loquitur in pacto ex sententia confirmata ex certa scientia, ut ex lectura, & iis, quæ Doctores ibidem dicunt, facilè deducitur, Bellam. *decis.* 534. Quare in eisdem terminis tum decisionis Rotæ; tum Sac. Congregationis declaratio erit intelligenda ad tex. in l. 1. & ibi Bart. *in prin. ff. de conting. cum ex ancip. libet.* cum similib. ut dixi in c. *Quoniam, num.* 23. *supra de constitut.* si sola ratio duplicis vinculi talem declarationem persuasisset, eadem ratione intelligi deberent præservatæ illæ concordiæ, quæ juramento vallatæ, & insuper sententiis essent confirmatæ; quia triplex funiculus difficilius rumpitur, c. 1. *de treug. & pac.* quod tamen alienum est à sententia tum Rotæ, tum Sac. Congregationis.

35 Ad hæc verba declarationis debent accipi in potentiori significatu, l. 1. *ff. Si ager vect. vel empt. per.* Ideoque in dubio appellatione confirmationis intelligitur illa, quæ fit ex certa scientia. Jo. And. in c. *penult. in fin.* Abb. in c. *Examinata n. 5. vers. Concludo infra eod.* per tex. in c. *Inter dilectos, de fid. instr.* & in c. *Constitutus*, juncta glos. *in vers. Confirmavit, de religios. domib.* Ergo declaratio Sac. Congregationis non est intelligenda de ea, quæ fit in forma communi.

36 Quod verò dicitur Concilium tollere concordias, quæ suos tantùm ligent auctores, *c. 4. sess. 6.* & *c. 6. sess. 25.* directè adversatur dispositioni Concilij, quod imò præservat concordias quoad hunc effectum, ut suos obligent auctores procederet propositio, quando Concilium loqueretur modo indicativo, quæ suos tantum ligant auctores. Cæterum cùm loquatur modo imperativo, quæ suos tantum ligent auctores ostendit verba hæc accipienda esse non demonstrativè, sed potiùs limitativè, quasi Concilium derogando omnibus concordiis, etiam illis, quæ aptæ erant ligare Successores, restringat obligationem ad earum auctores dumtaxat, & secundum hunc intellectum textus inducitur ad probandum sublatas esse, vel saltem modificatas concordias confirmatas etiam ex certa scientia; aliàs enim superflua videri posset derogatio Concilij: Siquidem omnes aliæ concordiæ, præter has confirmatas ex certa scientia, sunt personales, c. *Venens de transact.* Postremò Concilium intelligendum de vinculo Confirmationis valido, quod sit simile aliis expressis in Concilio, quæ fiunt cum matura consideratione. Unde sequitur ut sit intelligendum potiùs de vinculo Confirmationis ex certa scientia, quod est validius, & fit cum majori deliberatione: Confirmatio enim in forma communi ex se debile vinculum est, imò nec vinculum, quia non vincit, nec fit ad vinciendum, sed ut magis timeatur ob reverentiam Sedis Apostolicæ, ut fusiùs dictum est supra, *num.* 19. & 22.

37 Et hanc sententiam in fortioribus terminis olim probavit Sac. Congregatio Concilij; nam proposito dubio, An decreto *c. 6. sess.* 25. intelligatur derogatum concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, si simul cum ea concurrat immemorabilis consuetudo: Sac. Congregatio censuit intelligi derogatum.

38 Porrò cum Rota decidisset in una Salamantina jurisdictionis *cap. 9. sess.* 24. & *c. 14. 10. sess.* 23. loquentia de visitatione, & concessione dimissoriarum, non sustulisse consuetudines à Sede Apostolica confirmatas, Sac. Congregatio die 12. Januarij 1581. censuit decisionem Rotæ revocandam per ipsammet Rotam, tanquam decretis Concilij non congruentem, & permanendum in decretis aliàs ab hac S. Congregatione in hujusmodi materia editis, rationibus adductis in duobus votis; & id significandum Rotæ Auditori, coram quo causa pendet in tertia instantia. Sed prius omnia referenda S. D. N. si Sanctitas sua id fieri probaverit.

Die 16. Januarii 1581. in Consistorio Sanctissimus respondit audiendum Episcopum; & instit propter duplex vinculum.

Hanc decisionem videtur sequuta Rota coram Finetto in una Palentina in qua quærebatur, an Archidiaconus de Cavore posset visitare in territorio sui Archidiaconatus non servata forma decreti Concilij; & Episcopum visitantem impedire: & Rota sensit non posse nisi servata forma, non obstante vinculo simplici, scilicet consuetudinis, sententiarum Rotalium, & Confirmationis Apostolicæ.

Explicit Commentarius in Librum secundum Decretalium.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UANL
FONDO
A.B. PUBLICA DEL ESTADO

UANL
RSIDAD AUTÓNOMA DE NU
ECCIÓN GENERAL DE BIBLIO